This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 1,029,880

1837
ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

878
P6
M2

# C. PLINI SECUNDI

81954

# NATURALIS HISTORIAE

## LIBRI XXXVII.

POST LUDOVICI IANI OBITUM

RECOGNOVIT ET SCRIPTURAE DISCREPANTIA ADIECTA

EDIDIT

**CAROLUS MAYHOFF.**

## VOL. V. LIBRI XXXI—XXXVII.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXXVII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

# PRAEFATIO

In quinto hoc volumine longiore non opus est praefatione. criticum munus qua ratione administraverim, ex ipsa editione et ex appendice satis apparet. locos parallelos sive auctorum excerptorumque testimonia, quotquot inveni, sedulo adnotavi, adiutus in iis partibus, quae ad artes earumque historiam spectant, plurimum Overbeckii diligentia, non nihil etiam amplo volumine Londinensi, quo nuper Eugenia Sellers has partes seorsum edidit instruxitque commentario copioso et H. L. Urlichsii, Furtwängleri, Münzeri, Traubii, aliorum Germanorum doctrina locupletato. quae editio peropportune ad me perlata est, antequam libri XXXIII et sequentium plagulas pridem perscriptas tradi typographo necesse esset. praeterea de rebus archaeologicis mihi, ubi visum est, per litteras consulenti prompta voluntate responderunt amici Ricardus Förster Vratislaviensis et Henricus Ludovicus Urlichs Monacensis. codicum scripturas collatione accuratius exploranti faverunt bibliothecarum regiarum, quae sunt Bambergae et Dresdae, praefecti, Fridericus Leitschuh, qui eximia liberalitate nobilem illum librum Bambergensem iussit Dresdam mitti, et Franciscus Schnorr de Carolsfeld, studiorum adiutor numquam non paratissimus. his viris debita observantia gratum animum hoc quoque loco testificari et decet et iuvat.

Scribebam Dresdae cal. Sept. MDCCCLXXXXVII.

# CONSPECTUS CODICUM

De codicum manu scriptorum, quorum lectiones discrepantes in hoc volumine adnotatae sunt, origine et auctoritate uberrime disputavit Detlefsen a. 1869 in philologi vol. XXVIII p. 284—337; quae scripserat partim retractavit a. 1870 in praef. edit. vol. IV p. V sqq. et in diurn. litt. Ienens. 1874 n. 26 p. 395 sqq. praeterea cfr. quae exposuerunt Carolus Welzhofer in progr. gymn. Ludov. Monac. a. 1878, quod inscribitur 'Ein Beitrag zur Handschriftenkunde der nat. hist. des Plinius', et Urlichs in Bursiani annal. litt. antiqu. 1878 II p. 267—272.

I. Ac vetustiorem quidem codicem in quinto hoc volumine habemus unum eumque praestantissimum et qui ex omnibus solus operis finem servaverit

**B**: *codicem Bambergensem* (*M. V. 10*), membranaceum, saeculo X in Italia transcriptum ex archetypo ceteris et puriore et multis locis pleniore. continet libros XXXII usque ad XXXVII, indicibus suo quoque libro praemissis. constat foliis 166 binarum columnarum, quarum quaeque 26 versus 25 fere litterarum complectitur. folia per quaterniones composita sunt, nisi quod folia 145, 146, 163, 164 singularia sunt et folia 165 et 166 inter se cohaerent. ultimum folium vacuum est; in folii 163 B columna altera media lacuna magna fugit librarium, qui a *ſummo ochrum* (XXXVII 183) transiit ad [lig]*ni modo ardet* (§ 188), sive quod totum folium errore omisit sive quod archetypi quaternio ultimus — ut Detlefseno praef. vol. V p. IV videtur — uno folio carebat. minores lacunae librariorum errore ortae in omnibus libris inveniuntur. scripserunt plures librarii inter se excipientes; semel duo eodem tempore suam uterque partem absolverunt: nam folii 146 A columnae alterius ultima pars post verba *taliſ inuentio* (XXXVII 60) et tota pagina B vacuae relictae sunt, lacuna nulla, cum in folio 147 A recte continuentur *eſt & hoc munuſ omne*. de scripturae genere et de vitiis correctionibusque fusius in appendice disputavi. detexit codicem Ian a. 1831 et identidem in usum Silligii contulit;

eodem postea ad 'vindicias Plinianas' adhibito Urlichs errores aliquot sustulit; totum denuo contulit a. 1871 Detlefsen, in correctiones potissimum cura intenta, sed cum is quoque interrogationis nota lectionibus aliquot adposita dubitationem reliquisset et nonnullae cum Silligiana editione discrepantiae suspicionem moverent, ipse a. 1893 Bambergae quadringentos fere locos dubios inspexi et a. 1896 Dresdae totum codicem ad bibliothecam regiam missum ita contuli, ut lectionum eius a me editarum veritatem mihi non dubiam esse affirmare possim.

II. Recentiores autem codices, qui totum opus Plinianum plus minusve integrum continent et toti aut maximam partem perpetuo collati sunt, variis gradibus, qui certo definiri vix posse videntur, redeunt omnes ad archetypos duos, ut duae sint familiae discernendae.

1. Prioris familiae sunt

1) **V**: *codex Leidensis Vossianus fol. n. LXI*, saeculo XI in Gallia septentrionali maioribus litteris Gothicis scriptus. continet XXXI—XXXVI 97 *correctus videbatur cetera*, exceptis duabus lacunis his: XXXV 176 *faciei cum terebinthi resina* — 194 *infirmior tantum bitumini* et XXXVI 62 *igni funditurque* — 66 *fecisse dicuntur* (cfr. infra **R**). praeterea sub finem libri XXXI cum traiectione archetypi foliorum ordo turbatus et errore postea cognito ita correctus esset, ut partes traiectae iterum describerentur (**V**[a], Sillgio ψ), factum est, ut genuina et iterata deinceps hoc ordine scripta inveniantur: XXXI 118 *addita et resina* — 131 *redegere afri* | XXXII 17 *inserendis praebent* — 43 *saepius uero quantum* | XXXI 131 *canas quarum* — XXXII 17 *ora hiantia manibus* | XXXII 43 *benefici in menstruis* — 58 *pastinaca contra suum* ‖ XXXI 118 *addita et resina* — 131 *redegere afri* ·| XXXII 17 *inserendis praebent* — 31 *priuatim contra uiscum* ‖ XXXII 58 *ictum remedio ē*. alio errore factum est, ut XXXIII 106 propter vocem *plerumque* in archetypo iterarentur XXXIII 95—98 hoc modo: 106 *quā molypditim & plerūq.* | 95 *replerit' & eodem* — 98 *aeris uena infra ab* (pro *alumen*) | 106 *omnes hi colores.* (cfr. infra **R** et **d** et Detlefs. mus. Rhen. XV p. 374—376). codicem post Nautam denuo contulit Detlefsen.

Ubicumque **V** deest aut scriptura legi iam non potest, eius locum obtinet

2) **F**: *codex Leidensis* [Lipsii] *n. VII*, saeculo XI ex **V** nondum ab altera manu correcto transcriptus, qui continet

XXXI—XXXVII 199 *primum pondere*, exceptis lacunis duabus XXXVII 86 *ex ipso nomine* — 105 *reperta est lau*[datissime] et ibid. 111 *norunt hinc* — 118 *totus uero*. diu oblitteratum Detlefsen invenit contulitque et usui critico patefecit. eundem autem statuit esse Leidensem hunc codicem atque

**f**: *codicem Chiffletianum*, cuius lectiones exstant in margine editionis Dalecampii, qui, cum promiscue siglis *Ch.* et *Chiff.* vel *Chiffl.* uteretur, coniecturas quoque ipsius Chiffletii admiscuisse videtur, non accurate distinctas a codicis lectionibus.

3) **R**: *codex Florentinus Riccardianus*, scriptus a compluribus hominibus Italis circa a. 1100 binis columnis litteris minusculis, multis locis mutilus. continet XXXI usque ad XXXVI 157 *autem ex basanite*, exceptis lacunis duabus XXXV 191 *oculorum quoque* — 196 *maxime Thessalica nascitur* et XXXVI 62 *igni funditurque* — 66 *fecisse dicuntur* (cfr. supra **V**). ex eodem quo **V** archetypo ortus exhibet XXXI 118 sqq. eandem traiectionem iterationemque (**R**ª, Silligio Ω) et XXXIII 106 eandem iterationem. collatus est in Silligii usum a Iano; collationem in bibliotheca regia Dresdensi adservatam denuo inspexi.

4) **d**: *codex Parisinus latinus 6797* (Harduino Regius II), saeculo XIII binis columnis scriptus, continens XXXI usque ad XXXVII 199 *primum pondere*. eandem quam **VR** traiectionem habet Iano teste XXXI 118 sqq. (iterationem non item, ut videtur) eandemque iterationem XXXIII 106. cum **F** communem habet lacunam XXXVII 111—118, sed pannis ex Isidoro compilatis misere resartam (cfr. infra **h**). ceterum hic liber ultimus 'ab altera manu, ut ait Ian, additus' est ex codice recentiore multis locis interpolato. libri XXXI, XXXII, XXXVII a Iano collati sunt eamque collationem denuo inspexi, reliqui a Silligio. scripturae autem discrepantiam ad librum XXXI tantum plene adnotavi, in ceteris ita, ut e silentio nihil concludendum sit.

Quae in his codicibus ab altera manu factae sunt correctiones exigui vel nullius momenti sunt, interpolatoris manum plerumque aperte ostendentes, uno excepto codice **R**, cuius est alia condicio (cfr. infra **r**).

Eiusdem familiae sunt codices hi, quorum lectiones delectu insigniorum habito, ubi utile visum est, ceteris adpositae sunt:

**T**: *codex Toletanus*, saeculo XIII binis columnis scriptus, qui continet libros XXXI—XXXVI (deficiente ultimo: cfr. supra **d**) et a Pintiano quondam diligenter in-

spectus, in Sillígii usum collatus est a duobus presbyteris Hispanis (cfr. edit. Sill. vol. I praef. p. X).

x: *codicis Luxemburgensis* pars, quae continet XXXI 49—62, suppleta ex exemplari priori huic familiae cognato. scripturae discrepantiam publici iuris fecit Matthaeus Michel pp. 49. 50 singularis libelli ('Le manuscrit de Pline le naturaliste conservé à la bibl. de l'Athénée de Luxembourg'), quo a. 1865 codicem accurate descripsit.

h: *codex Parisinus 6801*, membranaceus, saeculo XV litteris maioribus Gothicis columnis binis transcriptus ex archetypo passim ad d prope accedente, praecipue in libro XXXVII, multis autem locis correcto, pluribus interpolato. exigui est pretii, sed cum saepe consentiat cum editionibus vetustis, ob hanc causam neglegi non potuit. continet libros omnes usque ad XXXVII 199 *primum pondere.* inde a libro XXXII contulit Sillig (cfr. eius edit. vol. I praef. p. XVII).

2. Alterius familiae sunt

codices ii, qui plurimum valuerunt ad constituendam lectionem a vetustissimis editoribus vulgatam. in his principem locum tenet

1) E: *codex Parisinus latinus 6795* (Sillígio et Iano a, Harduino Regius I), saeculo X vel XI litteris Gothicis binis columnis exaratus, qui olim integer, nunc in fine detruncatus continet XXXI et XXXII, desinens § 135 in v. *inlitum psilotrum* ////. correctionibus $E^2$ nihil fere tribuendum esse exposui nov. luc. p. 88 sqq. contulit Detlefsen.

Communem cum hoc habet originem

2) r: codex incognitus, quem repraesentant *correctiones in Riccardiano* R vel inter ipsos versus vel ad marginem a seriore manu factae inde ab initio libri XXVI. correxit autem satis accurata collatione XXXI 1—125.

Eiusdem stirpis sunt

3) b: *codex Vaticanus 1954*, saeculo XIV ineunte scriptus, qui a Detlefseno a. 1860 collatus et in libro XXXII, ubi E deest aut infimi potissimum paginarum versus ob situm et squalorem legi non possunt, adhibitus est.

4) a: *codex Vindobonensis CCXXXIV* (Sillígio et Iano ω), saeculo XII vel XIII ortus ex archetypo minus mutilato quam E, sed neglegenter atque etiam licenter scriptus ac tot lacunis magnis parvisque foedatus, ut haud raro excerptoris potius quam librarii manum prae se ferat. continet libros omnes usque ad XXXVII 203 *quecumque ambitu*[r mari], qui est operis finis in omnibus ante Sillígium editionibus. XXXII 152. 153 contulit MHaupt in edit. Ovidii Halieuticorum, sequentes

libros annis 1855—1858 Detlefsen, qui scripturam adnotavit ad XXXIII 141—XXXIV 178. XXXVI 63—66. 94—XXXVII 203. ego in numerum eorum, quorum lectiones constanter ac perpetuo adscripsi, recepi eum a XXXVI 157, ubi **R** deficit, ad librum XXXVII simul usus peculiari collatione in usum Iani a. 1861 a Vahleno (§ 1—25) et Hartelio (§ 26—203) ad textum Ianianum diligenter facta (cfr. acta acad. litt. Bavar. a. 1862 p. 230). quae cum Detlefseniana plerumque congruit; ubi ita discrepantem vidi, ut dubitatio exsisteret, interrogationis notam lectioni Detlefseni adposui.

Hoc loco commemorandus est etiam

5) **L**: *codex Laurentianus plut. LXXXII 1. 2* sive *Slaglosianus*, saeculo XIII ineunte scriptus, qui, quamquam antecedentibus libris ad priorem familiam (**Fd**) pertinet, in maiore parte libri XXXVI et per totum librum XXXVII, ubi deficit in vv. *desinens nitor* (§ 199), originem ducit ex archetypo ad **a** proxime accedente (cfr. glossema illud XXXVII 191 *ratio nominum non est in borsycite*), sed minus lacunoso et ab homine docto, ut videtur, castigato: certe aliis locis corripiendo, aliis amplificando vel varie mutando interpolatus est, nonnullis vero (ut XXXVII 173. 190. 193) convenienter fere cum **a** suppletus a correctore ($L^2$). contulit Detlefsen a. 1858 ad XXXVI 62—66. 178 usque ad XXXVII 199.

Codices **a** et **L** artissimo cognationis vinculo cohaerere cum iis, quorum ope vetustissimi editores textum Plinianum conformaverint, e lectionibus in commentario adnotatis passim apparet.

Denique non omittendae sunt

**O**: *codicis Vindobonensis CCXXXIII* (Silligio et Iano π), membranacei, saeculo fere VI scripti, reliquiae septem foliorum in 22 lacinias dissectorum, quae binis columnis exarata continent fere XXXIII 142—163. XXXIV 3—42. 109—118, litteris permultis evanidis. primus edidit Endlicher ex apographo Reussii; denuo contulit correxitque nonnulla Detlefsen a. 1855. consentiunt scripturae, quae quidem adnotari potuerunt, saepius cum **a**, emendationi non multum utiles.

---

Praeterea sparsim adnotatae sunt lectiones aliquot desumptae ex

*man. Dal.*: codice a Dalecampio in editionis margine sigla *M* vel *Man.* notato (Silligio r), de quo cfr. Urlichs in Eo II (1866) p. 359, Detlefsen philol. vol. XXVIII (1869) p. 301, Welzhofer l. l. p. 36.

*cod. Poll.*: ***codice Monacensi Pollingano*** (Silligio **P**), a. 1459 in Italia scripto, de quo cfr. edit. Sill. vol. I praef. p. XXI, Welzhofer l. l. p. 82—89. continet omnes libros usque ad XXXVII 199 ***desinens nitor***. contulit Ian XXXIV 48—70 et XXXVII.

*cod. Burb.*: ***codice Neapolitano Burbonico V a. 4*** (Silligio **N**), a. 1360 scripto, de quo cfr. edit. Sill. vol. I praef. p. XIX. continet omnes libros. excerpsit Ian XXXV 1—119.

---

# NOTARUM EXPLICATIO

*a.* = ante.

*add.* = addit, addunt, addito.

*coni.* = coniecit, coniectura.

*corr.* = correxit, correctura.

*del.* = delevi, delevit, deleto.

*dist.* = distinxi, distinxit.

*lac.* = lacunam.

*ll.* = libri manu scripti **BVR** (r)**dEbaL**, quotquot quoque loco collati et uniuscuiusque paginae in margine superiore siglis indicati sunt.

*om.* = omisit, omisso.

*praem.* = praemisso.

*r* = reliqui codices praeter eos, qui ad eandem lectionem adnotati sunt.

*ras.* = rasura.

*v* = veteres editores vel lectio vulgata inde a vetustissimis editionibus usque ad hanc aut ad eam, quae una adnotata est, velut *v.a.G.* = veteres ante Gelenium; *v.a. G(H)* = veterum ante Gelenium lectio, revocata ab Harduino.

---

*B* = Hermolai Barbari castigationes Plinianae. Romae 1492. 1493.

*Bas.* = Basileensis editio (Erasmi) 1525.

*Brot.* = Broterii editio Parisina 1779.

*C* = Io. Caesarii editio Coloniensis 1524.

*D* = Detlefseni editionis Berolinensis vol. V. 1873.

*Dal.* = Dalecampii editio Lugdunensis (1587) 1606.

*vet. Dal.* (Silligio **K**) = coniectura incerti hominis docti vel vetustioris alicuius editionis lectio a Dalecampio ad marginem enotata.

*G* = Gelenii editio Basileensis 1554. (Eiusdem castigationes sive annotationes 1535).

*Gron.* = Gronovii (I.F.) in aliquot libros C. Plinii Secundi notae (1669). v. Sill. edit. vol. VI.

*H* = Harduini editio Parisina (1685) 1741.

*Hack.* = Hackiana editio. Lugd. Bat. 1668.

*J* = Iani editionis Teubnerianae vol. V. Lipsiae 1860.

*Lugd.* = Lugdunensis editio (I. N. Victorii) 1563.

*P* = Pintiani in C. Plinii nat. hist. libros omnes observationes. (Salmanticae 1544) Lugduni 1593.

*S* = Silligii editionis vol. V. Hamburgi et Gothae 1851.
*Salm.* = Salmasii Plinianae exercitationes in Solini polyhistora. (Parisiis 1629). Traiecti ad Rhenum 1689.
*U* cum numero = Urlichsii vindiciarum Plinianarum vol. II. Erlangae 1866. *U* sine numero = chrestomathia Pliniana. Berolini 1857.
*Ven.* = Veneta editio (I. B. Palmarii) 1499.
*Verc.* = Alexandri Benedicti editio 1507.

---

*Bergk* (Th.): Exercitationes Plinianae I. II. Marburgi 1847. 1851.
*Birt* (Th.): De Halieuticis Ovidio poetae falso adscriptis. Berolini 1878.
*Fels* (Alb.): de codicum antiquorum, in quibus Plini nat. hist. propagata est, fatis, fide atque auctoritate. Gottingae 1861.
*Frobeen* (C.): quaestionum Plinianarum specimen. Regiomontani 1888.
*C F W Müller*: Krit. Bemerkgn. zu Plinius' nat. hist. Breslau 1888. — *grat.*: Festschrift z. 50j. Doctorjubiläum Ludwig Friedländer dargebracht von s. Schülern. Leipzig 1895. (p. 543—554).
*Müller* (Jo.) *emend.*: Emendationen zur nat. hist. des Plinius. V. Wien 1882. *de stilo*: Der Stil des älteren Plinius. Innsbruck 1883.
*luc.*: mea lucubrationum Plinianarum capita III. Neostrelitiae 1865. — *nov. luc.*: meae novae lucubrationes Plinianae. Lipsiae 1874. — *Pliniana* (mea): v. Philolog. Abhandlungen (Martin Hertz dargebracht). Berlin 1888. (p. 28—43).

---

*Th. H.* = Theophrasti historiae plantarum libri IX (ed. Wimmer vol. I 1854). — *Th. lap.* = Theophr. fragm. II περὶ λίθων (ed. Wimmer vol. III 1862).
*Diosc.* = Dioscoridis de materia medica libri V (ed. C. Sprengel 1829 vol. I). — *Diosc. eupor.* = Εὐποριστων libri II (eiusdem edit. vol. II).
*Orph. Lith.* et κηρ. = Orphei Lithica (accedit Damigeron de lapidibus). rec. Eug. Abel. Berolini 1881.
*Cels.* = A. Cornelii Celsi de medicina libri VIII (ed. C. Daremberg. Lipsiae 1859).
*Damig.* = Damigeron de lapidibus (ed. Eug. Abel: v. supra).
*Isid.* = Isidori origines (ed. Otto in Lindemanni corp. gramm. Latt. III. Lipsiae. 1833).
*Marc.* = Marcelli de medicamentis liber (ed. G. Helmreich 1889).
*Plin. iun. Gargil.* = Plinii Secundi quae fertur una cum Gargilii Martialis medicina edita a Valentino Rose. Lipsiae 1875.
*Seren.* = Q. Sereni Sammonici liber medicinalis (ed. Aem. Baehrens in poet. Lat. min. vol. III. Lipsiae 1881).
*Theod. Prisc.* = Theodori Prisciani euporiston libri III editi a Valentino Rose. Lipsiae 1894.

---

# C. PLINI SECUNDI

# NATURALIS HISTORIAE

## LIBRI XXXI—XXXVII

opif
fluc
inp
ver
bus
dur
biu
ful
mi
pa
sec
po
en
—
pr
—
II
fu
V
1
-n
te
n

# C. PLINI SECUNDI
# NATURALIS HISTORIAE
## LIBER XXXI

---

**1.** (1) Aquatilium secuntur in medicina beneficia, 1
opifice natura ne in illis quidem cessante et per undas
fluctusque ac reciprocos aestus amniumque rapidos cursus
inprobas exercente vires, nusquam potentia maiore, si
verum fateri volumus, quippe hoc elementum ceteris omni-
bus imperat. terras devorant aquae, flammas necant, scan- 2
dunt in sublime et caelum quoque sibi vindicant ac nu-
bium obtentu vitalem spiritum strangulant, quae causa
fulmina elidit, ipso secum discordante mundo. quid esse
mirabilius potest aquis in caelo stantibus? at illae, ceu
parum sit in tantam pervenire altitudinem, rapiunt eo
secum piscium examina, saepe etiam lapides, subeuntque
portantes aliena pondera. eaedem cadentes omnium terra 3
enascentium causa fiunt, prorsus mirabili natura, si quis

---

§§ 1 extr.—3: Isid. XIII 12, 3. 4. — § 3: cfr. Vitruv. VIII praef. 2 sqq.

---

2 opıce **V**. 3 fluctisque **V**. 4 exerente **E***v.a.H. sed cfr. II 215. 106.* | uirus **VR**$^{1}$. | potentiam ea uire **V**. 6 aeque **V**. 6. 7 scandant **V**. 8 obtentum **Vd**. 9 flumine lidit **V**. fulmine ledit **d**. | ipse **VR**$^{1}$. 10 aquis **dEr***v*. -uas *r*. | in *om.* **VR**$^{1}$**d**. | ad ille **V**. 11. 12 eos cum **E**. et secum *Isid.* 12 exanima **V**. -me **E**. | etiam in **V**. | subeuntque **VRdT***H*. -nt **E***v*. subvehunt *C*. 13 pondere **E**. | aedem **V**. | omnia **V**. | terre **R**$^{1}$. -rrae *S*. 14 enascentium **V***J coll. XI 128. XVII 244.* nasc- (-tum **R**$^{1}$) *rv*.

velit reputare, ut fruges gignantur, arbores fruticesque vivant, in caelum migrare aquas animamque etiam herbis vitalem inde deferre, iusta confessione, omnes terrae quoque vires aquarum esse beneficii. quapropter ante omnia ipsarum potentiae exempla ponemus. cunctas enim enumerare quis mortalium queat?

4 **2.** (2) Emicant benigne passimque in plurimis terris alibi frigidae, alibi calidae, alibi iunctae, sicut in Tarbellis Aquitanica gente et in Pyrenaeis montibus tenui intervallo discernente, alibi tepidae, egelidae, *at*que auxilia morborum profitentes et e cunctis animalibus hominum tantum causa erumpentes augent numerum deorum nominibus variis urbesque condunt, sicut Puteolos in Campania, Statiellas in Liguria, Sextias in Narbonensi provincia. nusquam tamen largius quam in Baiano sinu nec pluribus auxiliandi generibus:
5 aliae sulpuris v*i*, aliae aluminis, aliae salis, aliae nitri, aliae bituminis, nonnullae etiam acida salsave mixtura, vapore ipso aliquae prosunt, tantaque est vis, ut

---

§ 5: cfr. Vitruv. VIII 3, 1. Seneca nat. qu. III 2, 1. Isid. XIII 13, 1. — § 6: Isid. XIII 13, 2.

---

1 refutare **E**. | ui **Vd**$^1$. un$^{11}$ **d**$^2$. unde **T**. 2 uiuunt **V**. 3 iuſta confessione *C*. uicta (uita **r**) conf- **dTarv**. conf- uicta (urta **R**) **VR***S*. conf- uitae *D*. conf- inuita *CFWMüller p. 27*. confessione ..... **E**. 4 benefici **V**. -ciū **dT**. 5 potentiae **R***v*. -ia *rD*. 6 que ar **V**. 7 pluribus **VR**$^1$. *cfr. § 107*. 8 alibi **Er***v*(*D*). -iae **T***S*. -ie **Rd**. ale **V**. | fridae **V**. | alibi ... alibi **Er***v*(*D*). aliae ... aliae *r***T***S*. | iunctae **dEr***v*(*G*). inunctae **V**$^2$**R***B*. iniu- **V**$^1$. inuin- **T**. | in *om.* **VR**$^1$. | terbellis **E**. treb- *v.a.B*. *cfr. IV 108*. 9 aquitania **V**. -nica — pyrenaeis *om.* **R**$^1$. | et in **VRd***G*. ex in **E**. exin in *v*. | cirenaeis **E**. | gentibus **Er**. 10 discendente **V**. desc- **R**$^1$. | alibi **E**$^2$**r***v*(*D*). alii **E**$^1$. -iae *rS*. | egelidae atque *ego*. -daeque (gel- **dT***v.a.G*) *ll.***T***v*. 11 confitentes **E**. -ferentes *v.a.H*. | animalium *v.a.S*. 12 *dist. ego*. | uaries **V**. 13 statielas **R**$^1$*v.a.Bas*. *cfr. III 49*. 14 sexcias **V**. | narboniensa **V**. | prouintia **E**(?)*D*. 15 balano si nunc e **V**. 16 ui *D*. ut **VRE**. *om.* **d**(?)*v*. | alie **R**. iliae **E**. alia **r**. | luminis **V**. | soliis **E**. 17 agida **V**$^1$. alg- **V**$^2$. 18 uapore quoque ipso **d**(?)*v.a.S*. | tantaque **Er** *e corr. Verc.*(*D*). -tatio **Vd**$^1$. -ta his **d**$^2$. -ta iis *S*. -taque eis *v*. *de mendo cfr. § 88*.

balneas calefaciant ac frigidam etiam in soliis fervere cogant. quae in Baiano Posidianae vocantur, nomine accepto a Claudii Caesaris liberto, obsonia quoque percocunt. vaporant et in mari ipso quae Licinii Crassi fuere, mediosque inter fluctus existit aliquid valetudini salutare.

(3) Iam generatim nervis prosunt pedibusve aut 6
coxendicibus, aliae luxatis fractisve, inaniunt alvos, sanant vulnera, capiti, auribus privatim medentur, oculis vero Ciceronianae. dignu*m* memoratu, villa est ab Averno lacu Puteolos tendentibus inposita litori, celebrata porticu ac nemore, quam vocabat M. Cicero Academiam ab exemplo Athenarum, ibi compositis voluminibus eiusdem nominis, in qua et monumenta sibi instauraverat, ceu vero non et in toto terrarum orbe
fecisset. huius in parte prima exiguo post obitum ipsius 7
Antistio Vetere possidente eruperunt fontes calidi perquam salubres oculis, celebrati carmine Laureae Tulli, qui fuit e libertis eius, ut protinus noscatur etiam ministeriorum haustus ex illa maiestate ingenii. ponam enim ipsum carmen, *ut* ubique et non ibi tantum legi *queat:*

---

1 solis VE *v.a.C(D)*. 2 in baiano r *in ras. v(J)*. in banaiano E. in bala (-le V) *r*. nunc Baiae *S cum Gronovio.* | posidianae d*G*. -no E. possidianae (-ne V) *r*. -deanae *v. cfr. Sueton. Claud. 28.* 4 uaporant *om.* E. 5 fuere que R¹. -re quem V. | mediisque V. -dios d. 7 generatis V. 8 eluxatis d. elox- VR¹. 9 auribusque Rd(?)*v.a.D.* 10 dignū *ego.* -nu V. -no E. -na *r*(?)*v*. -nae *D* (*cum antecedd. iungens*). 11. 12 celebra V. 12 euocabat Er. et uoc- *v.a.S.* M. E*v(D)*. *om. rH.* 14 eisdem *v.a.G.* | nominibus VE*v.a.G.* in aqua E. 15 nen E. | et in *v*. ex in Er. int R. in eo d. in V*S. cfr. § 4.* | toto dEr*v*. eo to *r*. 16 fecisset d*v*. -sse *r*. | exiguo *om.* VR¹. | ouitum V. 17 ualidi VR¹. 17. 18 perquam dEr*v*. -que R. inquam V. 20 ministerium *v.a.H.* | haustus RdT*H. cfr. praef. 24.* -tis Vf. eius *G*. eius haustus (-tum *C*) *v*. | ingenii dT*H*. -ni r¹. -enam VRf. *om.* Er²*v*. 21 ut *ego. om. ll.S.* dignum *v*. | ubique et *ll.v(D)*. uti queat *J coll. XXXVII 12 et VIII 100; adde XXVIII 210. XXXVI 155. XVII 197.* | ibi tantum non VR¹d*J*. 22 queat (*omissum ante* quod tua) *ego. om. ll.v.*

8 Quo tua, Romanae vindex clarissime linguae,
silva loco melius surgere iussa viret
atque Academiae celebratam nomine villam
nunc reparat cultu sub potiore Vetus,
hoc etiam apparent lymphae non ante repertae,
languida quae infuso lumina rore levant.
nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope,
ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
sint plures oculis quae medeantur aquae.

(4) In eadem Campaniae regione Sinuessanae aquae sterilitatem feminarum et virorum insaniam abolere pro-
9 duntur, (5) in Aenaria insula calculosis mederi et quae vocatur Acidula ab Teano Sidicino IIII p. — haec frigida —, item in Stabiano quae Dimidia vocatur et in Venafrano ex fonte Acidulo. idem contingit in Velino lacu potantibus, item in Syriae fonte iuxta Taurum montem auctor est M. Varro et in Phrygiae Gallo flumine Callimachus. sed ibi in potando necessarius modus, ne lymphatos agat, quod in Aethiopia accidere *i*is, qui e
10 fonte Rubro biberint, Ctesias scribit. (6) iuxta Romam Albulae aquae volneribus medentur, egelidae hae, sed

---

§ 8 extr.: Isid. XIIII 13, 4. — § 9: Vitruv. VIII 3, 17. — Ctesias ap. Antigon. hist. mir. 145 (160). Ovid. met. XV 320 sqq. Isid. XIIII 13, 4. — § 10: Strabo V 3, 11 p. 238. Vitruv. VIII 3, 2. — Celsus IV 12 p. 137, 7. cfr. Plin. XXXI 59. II 209. III 109. Seneca nat. qu. III 25, 8. — Th. H. IX 18, 8. Isid.

---

1 quo **d***G*(*S*). quod *rv*(*H*). | tua romane **E**r. mane uarro **V**. /////uarro **R**. | clarissima **E**. 2 siluere **R**$^{1}$. | uires **Vd**. 4 cultu **d**r*v*. -tus **E**. -tos *r*. 5 hic *v.a.S.* | reparte **V**. 6 rore leuant **RE***v*. releuant **V**. iā rel- **d**. 12 sterelitatem **VRE**. | saniem **d**. 13 aeraria **E**. 14 dicino **E**. | haec *om. v.a.G.* 16 uenenafrano **V**. -no frano **d**. | acidulos **VR**$^{1}$. -lus **d**. | item contigit **E**. 17 idem (*sc.* contingere) *coni. J.* 18 phiae **V**. 19 putando **V**. 20 ne **E**r*v*. ne in *r*. | in *om.* **VR**$^{1}$. | iis *v*. his *ll. C.* | qui e **VRd***H*. quae **E**. qui *v*. 21 esias **V**. 22 egelidae hae (haec **E**. suctu haec r) **E**r*G*(*D*). -dae **VR***S*. hę gelidae **dT** (*an recte?*). praegelidae eae *v*.

Cutiliae in Sabinis gelidissimae suctu quodam corpora invadunt, ut prope morsus videri possit, aptissimae stomacho, nervis, universo corpori. (7) Thespiarum fons conceptus mulieribus repraesentat, item in Arcadia flumen Elatum, custodit autem Linus fons in eadem Arcadia abortusque fieri non patitur. e diverso in Pyrr*h*a flumen,
quod Aphrodisium vocatur, steriles facit. (8) Lacu A*l*phio 11
vitiligines tolli Varro auctor est Titiumque praetura functum marmorei signi faciem habuisse propter id vitium. Cydnus Ciliciae amnis podagricis medetur, sicut apparet epistula Cassi Parmensis ad M. Antonium. contra aquarum culpa in Troezene omnium pedes vitia sentiunt.
Tungri civitas Galliae fontem habet insignem plurimis 12
bullis stillantem, ferruginei saporis, quod ipsum non nisi in fine potus intellegitur. purgat hic corpora, tertianas febres discutit, calculorum vitia. eadem aqua igne admoto turbida fit ac postremo rubescit. Leucogaei fontes inter Puteolos et Neapolim oculis et vulneribus medentur. Cicero in admirandis posuit Reatinis tantum paludibus ungulas iumentorum indurari.

---

XIII 13, 1. 5. — § 11: Strabo VIII 3, 19 p. 347. — Vitruv. VIII 3, 6. — § 12 extr.: Isid. XIII 13, 6.

---

1 cutiliae **d** *G*. -illae (-ille **V**) *r*. subcutile *v*. | gellidissimae **V**. | quidam **d**̣**E**. quiddam **V**. 3 thesiarum **E**. 4. 5 flumina latum **VR**¹. 5 autem *ego*. autem flatum (*ortum ex iterato* Elatum) *ll*. autem fetum *H cum P*. autem partum *v*. *de dictione cfr. XXVIII 248. XX 248.* (*XXX 123. 142. 124. XXVIII 246*). | leinus **d**. le//inus **R**¹. lemus **V**. lechnus *Isid*. | edem **V**. 6 pyrrha *B*. -rra **d** *D*. *cfr. Theophr.* pirra **V**. -rrea **E**. pyrraea **R**(?). -rrhaea *H*. -rrhea *v*(*G*). (*cfr. Theophr. C. II 6, 4*). | flumen **dEr***v*. non patitur flumen **VR**. 7 afrodisium **V**. afrond- **E**. Amphrysium *coni. B*. | lacus **Er***v.a.S.* | alphio *S*. -ion *G*. aphio **Er**. apio **R**. opio **Vd**. amphion *v*. 8 tollit **E***v.a.S.* | titiumque *S*. -tumque **d**. -tiumquae *r*. -tium quendam *v*. 9 id uinum **E**. 11 in epistola **R**(?) *v.a.D.* 14 stillantem *ll*.**T***v*(*S*). stell- *G*. | ferrugines **V**. 16 febras **V**. | calculorum **VRd**. -rumque **Er***v*. | uitiae adest **V**. 16. 17 admota **VR**¹. 17 ad postremo (-mum *v*) **E***v.a.S.* 18 poteoles **V**.

13 (9) Eudicus in Hestiaeotide fontes duos tradit esse, Ceronam, ex quo bibentes oves nigras fieri, *N*elea, ex quo albas, ex utroque varias, Theophrastus Thuriis Crathim candorem facere, Sybarim nigritiam bubus ac
14 pecori, (10) quin et homines sentire differentiam eam; nam qui e Sybari bibant, nigriores esse durioresque et crispo capillo, qui e Crathi candidos m*oll*ioresque ac porrecta coma. item in Macedonia qui velint sibi candida nasci, ad Haliacmonem ducere, qui nigra aut fusca, ad Axium. idem omnia fusca nasci quibusdam in locis dicit et fruges quoque, sicut in Messapis, at in Lusis Arcadiae quodam fonte mures terrestres vivere et conversari. Erythris Aleos amnis pilos gignit in corporibus.
15 (11) In Boeotia ad Trophonium deum iuxta flumen *H*ercynnum e duobus fontibus alter memoriam, alter ob-

---

§ 13: Strabo X 1, 14 p. 449. Arist. ausc. mir. 170. Antig. hist. mir. 78 (84). cfr. Seneca nat. qu. III 25, 3. Vitruv. VIII 3, 14. Isid. XIII 13, 5. Plin. II 230. — Theophr. ap. Aelian. n. a. XII 36. Timaeus ap. Antig. hist. mir. 134 (149). Aristot. ausc. mir. 169. — § 14: Strabo VI 1, 13 p. 263. Ovid. met. XV 315 sqq. Seneca nat. qu. III 25, 4. — Theopomp. ap. Antig. hist. mir. 137 (152). Aristot. ausc. mir. 125. — § 15: Isid. XIII 13, 3. cfr. Pausan. IX 39, 2. 8. — Vitruv. VIII 3, 22. 4, 25.

---

1 hestiaeotide **R**(?)*G*. -ae uticae **V**. estiaeotide **d**(?)*Brot.* -odicae **E**. hestia (-iaea *B*) euthice *v*. thessalia *Isid.* *an* hestiaea euboica? *cfr. Thucyd. I 114, 3. Strabo X 1, 3. Diodor. XII 22. de dictione cfr. § 28. XXXVI 128.* 2 ceronem *v.a.S.* -na *U 684.* | nelea *H. cfr. Strabo, Aristot., Antig.* mellea **VRd**$^{1}$. -eam **d**$^{2}$**T**. melle **Er**. melan *C* (*e II 230*). mellem *v*. 3 duris **E**. 4 chratim **VRd**. | bubus **Er***D*. bobus **d***v*. ambobus *r*. 7 e (ex **d***H*) crathi **dTf***S*. -e crati **V**. & rati **R**. echatari **Er**. ex crathide *v*. | molliores que *v*. madidior- *ll.***Tf** (*an recte?*). 7. 8 prorecta **VR**$^{1}$. 8 uellint **V**. 9 haliacmonem *S*. -mon *B*. halacmonem **Er** *e corr.* halialm- *v*. alialm- **d**. aliacm- *G*. allimo **V**. | ducere — 10 nasci *om.* **VR**$^{1}$. 10 quibusdam *om.* **R**$^{1}$. ab alialmo quibusdam **d**. 11 ad **V**. 12 tres **E**. | uiuire **V**. bibere *v.a.G*. 13 alios **VR**$^{1}$. -ius **d**. aleon *U 685 e V 117.* 15 hercynnum *S. cfr. Pausan. et Liv. XLV 27, 8.* erc- **r***D*. ercinn- **E**. erycn- **dT**. er//////num **R**. eryn- *v*. eryc **V**. orchomenon *B*. | e — alter **RdTE***S*. *om.* **V**. duo sunt fontes quorum alter *v*.

livionem adfert, inde nominibus inventis. (12) in Cilicia apud oppidum *Ce*scum rivus fluit Nuus, ex quo bibentium subtiliores sensus fieri M. Varro tradit, at in Cea insula fontem esse, quo hebetes fiant, Zamae in Africa, ex quo canorae voces. — (13) Vinum taedio venire *ii*s, qui ex 16
Clitorio lacu biberint, a*i*t Eudoxus, *s*et Theopompus inebriari fontibus iis, quos diximus, Mucianus Andri e 2,230
fonte Liberi patris statis diebus septenis eius dei vinum fluere, si auferatur e conspectu templi, sapore in aquam transeunte, (14) Polyclitus *Lipa*ri iuxta Solos Ciliciae 17
ungui, Theophrastus hoc idem in Aethiopia eiusdem nominis fonte, Lycos in I*n*dis Ora*t*is fontem esse, cuius aqua lucernae luceant; idem Ecbatanis traditur. Theopompus in Scotusaeis lacum esse dicit, qui volneribus

---

Isid. XIII 13, 3. 2. — § 16: Vitruv. VIII 3, 21. Ovid. met. XV 322. Isid. XIII 13, 2. — cfr. Plin. II 231. Pausan. VI 26, 2. — § 17: Antig. hist. mir. 135 (150). Vitruv. VIII 3, 8. Isid. XIII

---

2 cescum *G*(*H*) *e paroemiogr.* (*Zenob.* *4, 51*). uiscum **VRdT**. uisgum **Er**. iusg- *v*. crescum *Dal.* | nuus **Er***D*. nouus *r***T**. nus *G*. unus *v*. 3 M. **dE***G*(*D*). P. r. *om.* *rv*(*S*). | ad **V**. *om.* **E**. 4 *an* esse e quo? | ex quo **Er***v*(*S*). es **V**. *om.* **Rd**. quo *G*. 5 in taediū **dT***H*. | iis *v*(*S*). tis **V**. his **dEr** *e corr* *C*(*D*). 6 ait *H*. att **E**. at **d***v*. ad *r*. | set *ego*. et *ll.v*(*S*). *del.* *H*. | theupompus **VR**. thepo- **d**. 7 iis **Vd***v*. his *r***Tf***D*. | andriae **R***v.a.B*. adrie **d**. 8 ſtatis **Er***v*. *om.* *r*. *an* festis? (ἐς τὴν ἑορτὴν *Pausan.*). *nisi vero* eius dei *post* templi *transponendum est.* | eius det **V**. -sdem **dT**. -sdem dei *v.a.G*. 9 aqua **Vd**. 10 polyclitus *ll.S*. -critus *H ex Antigono*. -clytus *v*. *cfr.* *Brunn.* *p. 40. 21.* | lipari *U 686*. ex lip- *D*. expleri (-peri **R**[1]) *ll.J*. -re olei uicem *v*. | ciliciae **E***v*. -cie·r *in ras.* -cia **Vd**. 11 ungui **Er***D* *cum U*. congui **VR**. eo ungui *J*. congruit **d**. liparim *S*. fontem *v*. | theophilarastus **VR**[1]**d**. | huc **V**. hac **R**[1]. ac **d***J*. 12 fontem **VRdT***S*. | in (*om.* *D*) indis oratis *ego cum D coll. VI 75.* (*de* in *cfr.* *§ 4. 10. 18. 21 27. 29. 77. XXXVII 39. 103. 130 al., de mendo XXXII 63*). inditis oraeis (traeos r) **Er**. indistraeo **R**. inditistra (in Dit- *J*) eius *rJ*. in Tasitia eius *S coll. Ptolem. IV 7, 15.* in indiae terris *v*. | pontem **R**. potentem **d**. 13 lucernae luceant **E***D*. -rnae ardeant *v*. luceat *r***Tf***S*. 14 scotusaeis *J*. -tusei **VR**. -tiis ei **d**. -thussei r. -thissei **E**. -tussis *B*. -tusa *H*. scotis *v*.

18 mede*a*tur, (15) Iuba in Trogodytis lacum Insanum malefica vi appellatum ter die fieri amarum salsumque ac deinde dulcem totiensque et noct*e*, scatentem albis serpentibus vicenum cubitorum; idem in Arabia fontem exilire tanta vi, ut nullum non pondus inpactum respuat;
19 (16) Theophrastus Marsyae fontem in Phrygia ad Celaenarum oppidum saxa egerere. non procul ab eo duo sunt fontes Cl*a*eon et Gelon ab effectu Graecorum nominum dicti. Cyzici fons Cupidinis vocatur, ex quo potantes amorem deponere Mucianus credit.
20 (17) C*r*anone est fons calidus citra summum fervorem, qui vino addito triduo calorem potionis custodit in vasis. sunt et Mattiaci in Germania fontes calidi trans Rhenum, quorum haustus triduo fervet, circa margines vero pumicem faciunt aquae.
21 (18) Quod si quis fide carere ex his aliqua arbitratur, discat in nulla parte naturae maiora esse miracula, quamquam inter initia operis abunde multa rettulimus.
2, 221 sqq. Ctesias tradit Si*la*n vocari stagnum in Indis, in quo

13, 2. — Theopomp. ap. Antig. hist. mir. 142 (157). Aristot. ausc. mir. 117. — § 18: Isid. XIII 13, 9. (cfr. Plin. II 228). — § 19: Isid. XIII 13, 7. ib. 13, 3. — § 20: Athenaeus II 16 p. 42[d]. — cfr. Ammian. Marc. 29, 4, 3. — § 21: Diodor. II 37 p. 151. Strabo XV 1, 38 p. 703. Antig. hist. mir. 146 (161). Isid. XIII

1 medeatur *CFWMüller p. 19.* -detur *ll. v.* 2 uia **VRd**. 3 ei **V**. etiam **d***v. a. S.* | nocte *ego.* -ti **VR**[1]. -tu *rv. cfr. § 73 et nota ad XXVII 60; XVI 33. (VIII 117. IX 56. 74. X 132. XXI 62. XXIX 138. XXXI 78).* 5 nulla (*om.* non) **T**. nulla mora **d**(?)*H.* 7 saxa egerere *om.* **E**. | procul habeo **V**. 8 claeon *B*(*D*). cleon **E**. cyllon *rv*(*J*). | gelom **VR**[1]. gyllon **d***v. a. B.* | afectu **R**[1]. effectu — nominum *om.* **d**. 9 dicit **V**. cit **d**. 11 cranone *B. cfr. IV 29. 32.* (crann- *Ven. S*). c///an- **d**. can- **R**[1]. cann- *r.* gann- *v.* 12 in uino **fE**. in uinum *v. a. S.* | addito (-tus *v*) triduo **E**(*v*)*D.* triduo addito *r***Tf***S.* 13 mattiati **VR**[1]. | fontis callidi **V**. | renum **V**. 14 haustum **V**. -to **R**[1]. 15 facient **E**. 16 extis **V**. ex iis *v. a. C.* 16. 17 arbri tratur **V**. *an* arbitretur? 17 discat (dicat **E**) — naturae (-ra **Er**) **E***rv.* naturae **d**. ae **V**. *om.* **R**. | maioresse **V**. 18 internecia **R**. 19 silan *ego e Strab. et Antig.* siden **r***S.* -de **E**. -derin **VRf**. syderim **dT**. sid- *v.*

nihil innatet, omnia mergantur; Caelius apud nos in Averno etiam folia subsidere, Varro aves, quae advolaverint, emori. contra in Africae lacu Apuscidamo omnia 22
fluitant, nihil mergitur, item in Siciliae fonte Phinthia, ut Apion tradit, et in Medorum lacu puteoque Saturni. *item* *fluvii* fons Limyrae transire solet in loca vicina portendens aliquid; mirum qu*o*que quod cum piscibus transit. responsa ab his petunt incolae cibo, quem rapiunt adnuentes, si vero eventum negent, caudis abigunt. amnis 23
Alcas in Bithynia Brya*z*um adluit — hoc est e*t* templo et deo nomen —, cuius gurgitem periuri negantur pati velut flammam urentem. et in Cantabria fontes Tamarici in auguriis habentur. tres sunt octonis pedibus distantes, in unum alveum coeunt vasto amne. singuli siccantur duo- 24
denis diebus, aliquando vicenis, citra suspicionem ullam aquae, cum sit vicinus illis fons sine intermissione largus.

---

13,7. — Strabo V 4, 5 p. 244. Verg. Aen. VI 239. — § 22: Isid. XIII 13, 7. Seneca nat. qu. III 25, 5. Antig. hist. mir. 150 (165). — cfr. Plin. XXXII 17. Athen. VIII 8 p. 333$^{d-f}$. Aelian. n. a. VIII 5. — § 23: cfr. Aristot. ausc. mir. 152. — § 24 extr.: Isid. XIII 13, 9.

---

1. 2 in uerno **E**. 2 autem **E**. ait etiam *v.a.S.* 3 porcidami *Isidorus*. 4 sicilia **V**. | phinthia **E***v*(*G*). pin- **VRf**. pithia **d**. pythia *C cum B*: Plinthia *S cum Osanno coll. Seneca*. 5 mediorum **V**. | poteoque **VR**¹. 5. 6 item fluuii *ego* (*cfr. V 100*). temthuni **r**. themtu- **V**. ///emtu- **R**. thentu- **T**. templum **E**(*B*)*D*. *om.* **d**(?)*C*. neptuni *v*. 6 limyrae **V***v*. lymirae **R**. lynisie **d**. limare **E**. 7 quoque *ego*. queque **E**. que *r**G*. quoque est *v*. | quo **V**. 9 gaudis **VR**¹. -diis **d**. | omnis **E**. 10 alcas (-ces *D*) *ego cum D coll. V 149*. alchas **r**. olcas **R**. oleas **d**. holcas **V***S*. olachas **E***v*. | bryazum *H. cfr. V 148*. bria- (*B*)*C*. bryacum **r** *e corr.* brietium **V***Ven.*(*D*). -ecium **d**. -etcum **E**. -etum *v*. | allunt **E**. | est et *v*. esse **V**. est *r**J*. et *Dal.* 11 dō **R**. | gurgitem **VRdT***v*(*H*). -te **E***B*(*D*). | negantur **VRdT***H*. neca- **a***v.a.B*(*D*). nota- *B*. | pati **VRdT***B*. parthi **E***v*. rapti *D*. 12 flamma urente *v.a.B*(*D*). | et *om.* **a***v.a.G*(*D*). | tamarici *v*. -ritiae **E**. tamamarice **d**. -cae **V**. -rre **R**. 14 amne. singuli *ego*. amne (ammes **E**) singulis **E***v*. singuli amne *r***Tf***H*. amne *D*. | sicantur **V**. 14. 15 duodenis **T***J*. -decies **RE***v*(*D*). -cim eas **V**. -cim **d**. 15 singulis diebus *D*. | uicenis **dT***J*. -ciens **VR***S*. -cies **E***v*(*D*). 16 uicinos **V**. -nios **d**. | illis **E** *v* (*D*). his **r**. is *r*. iis *S*.

dirum est non profluere eos aspicere volentibus, sicut proxime Larcio Licinio legato p*r*o praet*ore* post septem dies accidit. in Iudaea rivus sabbatis omnibus siccatur.

25 (19) E diverso miracula alia dira. Ctesias in Armenia fontem esse scribit, ex quo nigros pisces ilico mortem adferre in cibis. quod et circa Danuvii exortum audivi, donec veniatur ad fontem alveo adpositum, ubi finitur id genus piscium, ideoque ibi caput amnis eius intellegit fama. hoc idem et in Lydia in stagno Nym-
26 pharum tradunt. in A*r*ca*d*ia ad Pheneum aqua profluit
2, 231 e saxis Styx appellata, quae ilico necat, ut diximus, sed esse pisces parvos in ea tradit Theophrastus, letales et ipsos, quod non in alio genere mortiferorum fontium.
27 necare aquas Theopompus et in Thracia apud Cichros dicit, Lycos in Leontinis tertio die quam quis biberit, Varro ad Soracten in fonte, cuius sit latitudo quattuor pedum; sole oriente eum exundare ferventi similem; aves, quae degustaverint, iuxta mortuas iacere. namque et haec insidiosa condicio est, quod quaedam etiam blandiuntur aspectu, ut ad Nonacrim Arcadiae, omnino nulla deterrent qualitate. hanc putant nimio frigore esse noxiam, utpote

---

§ 25: Antig. hist. mir. 165 (181). — § 26: Pausan. VIII 17, 6. Antig. hist. mir. 158 (174). Seneca nat. qu. III 25, 1. Isid. XIII 13, 7. — § 27: Antig. hist. mir. 141 (156). Aristot. ausc. mir. 121. Vitruv. VIII 3, 15. — Antig. 159 (175). — cfr. Plin. II 207. — Vitruv. VIII 3, 16. cfr. Plin. II 231. Seneca nat. qu. III 25, 1.

---

1 mirum **VR**$^1$**dTf**. | non uolentibus **Er**. 2 pro praetore *D e coni. S.* post praeturam *ll.v.* 2. 3 septem enim dies occidit **f***S. sed cfr. § 54.* 4. 5 dirae tesias in arminia **V**. 5 nigre **VR**$^1$. -ri **d**. 6 quod *om.* **Rd**. 8 adeoque **VR**$^1$**T***J.* 10 arcadia *B*(*J*). achaia **RdTE***v*(*H*). achia **V**. *cfr. § 54. XXVI 46. IV 21.* | ad apaneum **E**. 11 ex **VR***S.* | appellata **Er***v*(*D*). -tur *r***Tf***H.* | quae *om.* **VR**$^1$**T***J.* 12 laetiles **E**. 14 necare **d***v*. -ri *rD.* | aquis **E***D.* | threcia **V***J.* | cichros *ego.* cicros **VR**. chicros **E**. cychros **d**(?)*v*. Cychropas *coni. H.* (Chropsi *Vitruv.* Κίγχρωψι *Antig.* Κύκλωψι *Aristot.*). *nomen nondum restitutum.* 15 licos **Vd**. | die *om.* **E**. | quisquam **E**. si quisquam *v.a.H.* 16 soracte **R**. -tae **V**. 17. 18 auesque quae *v.a.H.* 18 gustauerint **E***v.a.H.* 20 omnino *ego.* -ino enim *ll.v.* | nonnulla *D e coni. S.*

cum profluens ipsa lapidescat. aliter circa Thessalica 28
Tempe, quoniam virus omnibus terrori est, traduntque
aēna etiam ac ferrum erodi illa aqua. profluit, ut indi- 4, 31
cavimus, brevi spatio, mirumque, siliqua silvestris am-
plecti radicibus fontem eum dicitur, semper florens pur-
pura. et quaedam sui generis herba in labris fontis viret.
in Macedonia non procul Euripidis poetae sepulchro duo
rivi confluunt, alter saluberrimi potus, alter mortiferi.

(20) In Perperenis fons est, quamcumque rigat, lapi- 29
deam faciens terram, item calidae aquae in Euboeae
Aedep*so*. nam quae adit rivus saxa in altitudinem cre-
scunt. in Eurymenis deiectae coronae in fontem lapideae
fiunt. in Colossis flumen est, quo lateres coniecti lapidei
extrahuntur. in Scyretico metallo arbores, quaecumque
flumine adluuntur, saxeae fiunt cum ramis. destillantes 30
quoque guttae lapide durescunt in antris, co*nchat*is ideo,
nam Mi*e*zae in Macedonia etiam pendentes in ipsis cama-
ris, at in Cor*y*cio cum cecidere, in quibusdam speluncis

---

§ 28: Seneca nat. qu. III 25, 2. Vitruv. VIII 3, 16. 15. 16. — § 29 extr.: cfr. Antig. hist. mir. 135 (150). — § 30: cfr. Aristot. ausc. mir. 59

---

1 ipse d*G*. 3 aena *S*. ena E. aen VR. aes d*v*. | qua d. 3. 4 indicauis V. -cau/// R[1]. 5 semper REv. -per eum dicit (dio d) Vd. -per eundo T. 5. 6 purpurea *D cum U 688*. (purpura = colore purpureo: *cfr*. *XVIII 78*). 7 corripidis Vd. 9 quamcunque E*H*. quac- VRT. qui quac- *v*. quec- d. 9. 10 lapidem V. 10 facit Er *in ras. v.a.H.* | euboeae VR*G*. -boea dT*v*. -boe E. 11 aedepso *S*. aedempro V. ead- RdT. edebio r. debio E. delio *G*. lebedon *B*. lebeonem *v*. | nam quae E*G*(*D*). nam qua rT*H*. namque *B*. que *v*. | adit E. cadit rT*H*. alluit *v*. adl- *D*. | altitudinis V. -nes dT. *an* latitudinem? 12 lapideae V*S*. -des r*v*. 13 fiant VR[1]. | co V. quod E. in quo *v.a.H.* | lapidei VT*J*. -des r*v*. 14 siretico V. sirie- d. | quacumque V. 15 saxeae dT*D*. -xae VE. -xe R. -xa *v*. 16 guttae Er*v*. -ttis r. | lapideae Er[1]. -dee r[2]. in lapides *v.a.S.* | conchatis *ego*. *cfr*. *XI 270*. coricis *ll*. -ryciis *v*. | ideo *ll.D*. *del. v*. Idaeo *J coll. Pausan. X 12, 4*. item in Idaeo *coni*. *S*. Idae *U 689*. 17 nam *ll.v*. nomen *D*. *locus adhuc corruptus*. | miezae *B*. *cfr*. *IV 34*. miozae Vd. -ze r. -osae *v*. 18 corycio *S*. -co *G*. -ricio E. -rintio VdTf. -thio R(?)*J*. -tho *v*.

utroque modo columnasque faciunt, ut in Phausia Cherrhonesi *adversae* Rhodo in antro magno, etiam discolori aspectu. et hactenus contenti simus exemplis.

31 **3.** (21) Quaeritur inter medicos, cuius generis aquae sint utilissimae. stagnantes pigrasque merito damnant, utiliores quae profluunt existimantes, cursu enim percussuque ipso extenuari atque proficere; eoque miror cisternarum ab aliquis maxime probari. sed hi rationem adferunt, quoniam levissima sit imbrium, ut quae subire
32 potuerit ac pendere in aëre. ideo et nives praeferunt nivibusque etiam glaciem, velut ad infinitum coacta subtilitate; leviora enim haec esse et glaciem multo leviorem aqua. horum sententiam refelli interest vitae. in primis enim levitas illa *d*eprehendi aliter quam sensu vix potest, nullo paene momento ponderis aquis inter se distantibus. nec levitatis in pluvia aqua argumentum est subisse eam in caelum, cum etiam lapides subire appareat cadensque inficiatur halitu terrae, quo fit ut pluviae aquae sordium plurimum inesse sentiatur citissimeque ideo calefiat aqua
33 pluvia. nivem quidem glaciemque subtilissimum elementi eius videri miror adposito grandinum argumento, e quibus pestilentissimum potum esse convenit. nec vero pauci

---

§ 31: Colum. I 5, 3. (Celsus II 18 p. 66, 23). — Athen. II 16 p. 42$^{cd}$. — § 33: Hippocr. de aëre et aquis c. 4 p. 199. — cfr. Plin. II 152. XVII 225. Seneca nat. qu. III 25, 11.

---

1 phausia (-ucıa **E**$^{1}$) **E***v*. ipsa usia **d**. -aiisia **V**. -aia **R**. al. . . . . **r** (*reliquis margine abscisis*). bubassia *U 690 coll. V 104. nomen nondum restitutum. an* Tisanusa? 2 aduersae *ego. om. ll.v.* | rhodo **VdE***v.a.B.* -diorum **R**(?)*B coll. § 55.* -di *D. sed cfr. CFW Müller p. 21.* 5 stagnentes **V**. | dampnant **R**. 6 fluunt **dT**. *an* profluant? | existimant **a**. 8 cistanarum **V**. 9 breuissima **VR**$^{1}$**d**. | imbrium aqua *v.a.J.* | ut **Er***v*. *om. r.* 10 praeferuntur **E**. -unt imbribus **R**(?)*v.a.J.* 11 nubibus quae **E**. | ad finitum **E**. infin- **R**. affinium *H cum anon. Dal.* | coacto **V**. 12 meliorem **T**. -raem **V**. 13 aque **d**. | uituae **V**. 14 deprehendi *v*. repreh- **d**. repraeh- *r*. | alitem **V**. -tate **d**$^{1}$. agili- **d**$^{2}$. | sensus **V**. sexu **E**. 15 poenae **V**. | distantur **VR**$^{1}$. 17 lapides *om.* **E**. | subisse **E**. 19 plurium **E**. | qua **E**. 20 elementi **E***v*. -to **d**. -tum *r*. 21 adpositū **V**. -ta **E**.

inter ipsos e contrario ex gelu ac nivibus insaluberrimos
potus praedicant, quoniam exactum sit inde quod tenuis-
simum fuerit. minui certe liquorem omnem congelatione
deprehenditur et rore nimio scabiem fieri, pruina uredi-
nem, cognatis et nivis causis. pluvias quidem aquas ce- 34
lerrime putrescere convenit minimeque durare in naviga-
tione. Epigenes autem aquam, quae septies putrefacta
purgata sit, *ait* amplius non putrescere. nam cisternas
etiam medici confitentur inutiles alvo duritia faucibusque,
etiam limi non aliis inesse plus aut animalium, quae fa-
ciunt taedium. *item* confitendum habent nec statim 35
amnium utilissimas esse, sicuti nec torrentium ullius, la-
cusque plurimos salubres. quaenam igitur et cuius gene-
ris aptissimae? aliae alibi. Parthorum reges ex *Ch*oaspe
et Eulaeo tantum bibunt; eae quamvis in longinqua comi-
tantur illos. sed horum placere, non quia sint amnes,
apparet, quoniam neque e Tigri neque Euphrate neque e
multis aliis bibunt.

(22) Limus aquarum vitium est. si tamen idem amnis 36
anguillis scateat, salubritatis indicium habetur, sicuti fri-

---

§ 34: (cfr. Celsus II 30 extr.). — § 35: Hippocr. de aëre et aquis c. 5. — Herodot. I 188. Athen. II 23 p. $45^b$. Solin. 38, 4. — § 36: Athen. II 16 p. $42^a$. (cfr. Plin. XXIV 1). Geopon. II 5, 14. — Vitruv. VIII 5, 1. 2. (Celsus II 18 p. 66, 30). Pallad. IX 10, 1. 2. Athen. II 25 p. $46^b$.

---

1 ipsas d. | gelo VR. | insaluberrimis Vd$^1$. 3 congelationem V. 4. 5 uridine a. ...dine E. 5 ex niuis d. 8 ait *J*. *om.* VdE. perhibet R(?)*v*(*D*) *contra Plinii usum*. (*an* tradit?). 9 duricia VRdT. -cias r. -tias E. -tias facientes *v.a.S.* 10 plus aūt E. plis ut V. 10. 11 *an* faciant? 11 taedium. item *ego*. taedium *ll.v.* (*an* taedium. at iidem?). | *dist. D.* | confitendum r*v*. -ntum E. -ntes *r*. | habent *ll.v.* *cfr. praef.* § 33. autem *D*. 12 ullius *v*. uilius VRd. illius E. 13 salubres maxime *v.a.J.* | que. Nam V. quaedam *v.a.S.* | huius d(?)E*v.a.S.* 14 id partorum d. | choaspe *v*. quoasphae E. quot asphecto V. quo aspectu *r*. 15 et Er*v*. *om. r.* | euleo VR$^1$*v.a.Lugd.* -lo d. | eae (et eae *C*) *v*. heae d. hae (he R) *rS*. *an* eaeque? 16 sed VRd*S*. et E*v*. | placere potum *v.a.S.* 17 apparent VR$^1$. | nec (*ter deinceps*) *v.a.S.* | e V*v*. ex d. *om. r.* | euphrate neque *om.* Vd.

goris taenias in fonte gigni: ante omnia autem damnantur
amarae et quae sorbentem statim implent, quod evenit
Troezene. nam nitrosas atque salmacidas in desertis
Rubrum mare petentes addita polenta utiles intra duas
horas faciunt ipsaque vescuntur polenta. damnantur in
primis quae fonte caenum faciunt quaeque malum colorem
bibentibus, refert et si vasa aerea infici*a*nt aut si legu-
mina tarde percoc*a*nt, si liquatae leniter terram relinqu*a*nt
37 decoctaeque crassis obduc*a*nt vasa crustis. est etiamnum
vitium non fetidae modo, verum omnino quicquam resi-
pientis, iucundum sit illud licet gratumque et, ut saepe,
ad viciniam lactis accedens. aquam salubrem aëri quam
simillimam esse oportet. unus in toto orbe traditur fons
aquae iucunde olentis in Mesopotamia Chabura; fabulae
rationem adferunt, quoniam eo Iuno perfusa sit. de ce-
tero aquarum salubrium sapor odorve nullus esse debet.
38 (23) Quidam statera iudicant de salubritate, frustrante
diligentia, quando perrarum est ut levior sit aliqua. certior
subtilitas, inter pares meliorem esse quae calefiat refrige-
returque celerius. quin et haustam vasis *portatis*, ne manu
pendeant, depositisque in humum tepescere adfirmant. ex

§ 37: cfr. Plin. XV 108. Diosc. V 18. — § 38: cfr. Athen. II 25 p. 46$^{b}$.

1 taeneas **V**(**E**?)*D*. tineas *v.a.H.* *de mendo cfr. XXVII 79 al.* | fronte **V**. 2 sorbentem **VRf***S*. cum sorbentur **dT***H*. sorbem **E**. -be **r**. scrobem *C*. scobem *v*. | *an* impleant? 3 salmacidas *v*. .... cidas **r** (*prioribus abscisis*). -adicas **V**. -aticas **R**. -andicas **dT**. sed in acidas **E**. 6 quae fonte **d***J*. que fonte **VRT**. qui (que **r**) fontes **Er**. fontes qui *v*. | *an* faciant? | que quae **V**. quique **R**(?)*v.a.J.* 7 uas **E**. | aera **Vd**. atra **T**. aere *v.a.H.* | inficiant *ego*. -ciunt *ll.v.* *item ter infra*. | aut **Er***v*. et *r*. 8 *an* leuiter? | tam terram **V**. 9 eructis **V**.
10 ſecidae **d**. 11 ut saepe **VRd***v*. tusae **E**. 12 uicenam **R**[1]. -na **Vd**. uicina *v.a.G* (*cfr. XXX 7*). | salubris **VR**[1]. | aeri *v*. -rē **V**. -ris **dEr** *e corr. D*. 14 mesopotamiae **E**[1] (*coni. S, sed cfr. XXXII 16*). | chabillae **E**. -bylle **r**. cabille *v.a.B.* 16 sabrium **V**. 17 frustante **VRE**. 18 ferrarum **V**. fera- **R**[1]. | aliquando **R**[1]. 20 e haustam **E**. exh- *v.a.H.* | portatis *ego*. *om. ll.v.* | manu *vet. Dal.* -nus *ll.v.* *cfr. C F W Müller p. 27.* 21 suspendant *D*. | in unū **R**.

quonam ergo genere maxime probabilis continget? puteis
nimirum, ut in oppidis video constare, sed *i*is, quibus et
exercitationis ratio crebro haustu continget et illa tenuitas
colante terra. salubritati haec satis sunt; frigori et opa- 39
citas necessaria utque caelum videant. super omnia una
observatio — eadem et ad perennitatem pertinet —, ut
illa e vado exiliat vena, non e lateribus. nam ut tactu
gelida sit, etiam arte contingit, si expressa in altum aut
e sublimi deiecta verberatum corripiat aëra. in natando
quidem spiritum continentibus frigidior sentitur eadem.
Neronis principis inventum est decoquere aquam vitroque 40
demissam in nives refrigerare; ita voluptas frigoris contingit sine vitiis nivis. omnem utique decoctam utiliorem
esse convenit, item calefactam magis refrigerari, subtilissimo invento. vitiosae aquae remedium est, si decoquatur
ad dimidias partes. aqua frigida ingesta sistitur sanguis.
aestus in balineis arcetur, si quis ore teneat. quae sint
haustu frigidissimae, non perinde et tactu esse, alternante
hoc bono, multi familiari exemplo colligunt.

(24) Clarissima aquarum omnium in toto orbe frigoris 41
salubritatisque palma praeconio urbis Marcia est, inter
reliqua deum munera urbi tributa. vocabatur haec quondam Aufeia, fons autem ipse Pitonia. oritur in ultimis

---

§ 40: cfr. Plin. XIX 55. Sueton. Nero 48. Martial. epigr. XIV 117. — Aristot. meteor. I 12, 17. — cfr. Plin. XXXI 102. — § 41 extr.: Plutarch. Coriol. 1. Dio Cass. 49, 42. cfr. Plin. XXXVI 121.

---

1 probabile **E**. | puteis — 3 continget *om.* **R**$^1$. 2 constare uideo **R**(?)*v.a.S.* | iis *v.* his *ll.C.* | et **E***D.* *om.* *rv.* 3 continget **Vd**r. -git **E***v.* (-gat *Ven.*). 4 salubritate **VR**$^1$. 6 pertinentia **VR**$^1$. -ent qua **d**. -et imo *J.* 7 illa e **RE***Brot.* ille **V**. ile **d**. illa *v.* 8 si etiam expressa r*v.a.S.* 8. 9 autem e r. autem **R**. 9 uerberatu r*v.a.S.* 11 dicoquere **V**. | ultroque **V**. 12 uoluptates **VR**$^1$**d**. 14 refrigerari **E***v.* -are *r.* 16 iniecta **E***v.a.H.* 17 balneis **E** *v.a.H*(*D*). | sint **E**r*D.* sunt **Vd***v.* *om.* **R**. 18 esset **R**. 22 deum **R***v.* ad eum *r.* | munera **VdE***v*(*S*). -re **R**(?)*C.* | urbi *om.* **E**. turbe **V**. 23 aufeta **d**. aut foeta **V**. Saufeia *coni. H.*

montibus Paelignorum, transit Marsos et Fucinum lacum, Romam non dubie petens. mox in specus mersa in Tiburtina se aperi*t*, *i*ta novem milibus passuum fornicibus structis perducta. primus eam in urbem ducere auspicatus est Ancus Marcius, unus e regibus, postea Q. Marcius Rex in praetura, rursusque restituit M. Agrippa.
42 (25) idem et Virginem adduxit ab octavi lapidis diverticulo duo milia passuum Praenestina via. iuxta est Herculaneus rivus, quem refugiens Virginis nomen obtinuit. horum amnium comparatione differentia supra dicta deprehenditur, cum quantum Virgo tactu praestat, tantum praestet Marcia haustu, quamquam utriusque iam pridem urbi periit voluptas, ambitione avaritiaque in villas ac suburbana detorquentibus publicam salutem.

43 (26) Non ab re sit quaerendi aquas iunxisse rationem. reperiuntur in convallibus maxime et quodam convexitatis cardine aut montium radicibus. multi septentrionales ubique partes aquosas existimavere, qua in re varietatem naturae aperuisse conveniat. in Hyrcanis montibus a meridiano latere non pluit; ideo silvigeri ab aquilonis tantum parte sunt. at Olympus, Ossa, Parnasus, Appenninus, Alpes undique vestiuntur amnibusque perfunduntur, aliqui ab austro, sicut in Creta Albi montes. nihil ergo in his perpetuae observationis iudicabitur.

---

§ 42 init.: Dio Cass. 54, 11 extr. — § 43: Vitruv. VIII 1, 6. Pallad. IX 8, 7. Geop. II 5, 1. Democrit. ap. Geop. II 6, 5.

---

1 marisos **V**. 2 roma **V**. | mox in **VRd***H*. mons **E**. mox *v*. | spectus **V**. -cu *v.a.H*. 3 aperit ita *ego*. -rint a **VR**. -ruit a **d**. -rit a **T***S*. -rit **E***v*(*D*). | formicibus **V**. 4 instructis perinductam (-tum *v*) **E***v.a.B*. truſtis perduc **V**. | primum **VR**[1]. in *om.* **E**. 5 Q. **RE***v*. que **d**. quae **V**. 7. 8 deuerticulo *S*. 9 obtenuit ut **V**. 10 dicta *om.* **Vd**. 11 praestat **VRTf***S*. -tet **E***D*. *om.* **d**(?)*v*. 12 prestet **V**. praeter **Er**. 13 perit **V***D*. | auaritiaequae **V**. 15 re sit **Vd***v*. serit **R**. repsit **Er**. | rationem **Er***v*. *om.* **VR**. causas **dT**. *cfr. index*. 16 quondam **d**. 17. 18 ubi **V**. 19 apparuisse **R**[1]. 20 ab *om.* **R**(?)*Brot*. 22 perfundiuntur **V**. 23 sicut **d***v*. -ti **VR**. sic et **Er**. | alibi **dE**.

(27) Aquarum sunt notae iuncus et herba, de qua 44
dictum est, multumque alicui loco pectore incubans rana. 26, 30
salix enim erratica et alnus aut vitex aut harundo aut hedera sponte proveniunt et conrivatione aquae pluviae in locum humiliorem e superioribus defluentis, augurio fallaci, certiore multo nebulosa exhalatione ante ortum solis longius intuentibus, quod quidam ex edito speculantur proni terram adtingente mento. est et peculiaris 45
aestimatio peritis tantum nota, quam ferventissimo aestu secuntur dieique horis ardentissimis, qualis ex quoque loco repercussus splendeat. nam si terra sitiente umidior *sit* ille, indubitata spes promittitur. sed tanta ocu- 46
lorum intentione opus est, ut indolescant. quod fugientes ad alia experimenta decurrunt. loco in altitudinem pedum quinque defosso ollisque e figlino opere crudis aut peruncta pelvi aerea *lanae vellere* cooperto lucernaque ardente concamarata frondibus, dein terra, si figlinum umidum ruptumve aut in aere sudor vel lucerna sine defectu olei restincta aut etiam vellus lanae madidum reperiatur, non dubie promittunt aquas. quidam et igni prius excocunt locum, tanto efficaciore vasorum argumento.

§ 44: Vitruv. VIII 1, 3. Pallad. IX 8, 4. Geop. II 4, 1. (II 5, 4. 16. 6, 23 sqq.). — § 45: Vitruv. VIII 1, 1. Pallad. IX 8, 1. Geop. II 5, 11. — ib. 5, 13. — § 46: Vitruv. VIII 1, 4. 5. Pallad. IX 8, 5—7. Geop. II 4, 2—5. 6, 42—45. — Vitruv. VIII 1, 5. Pallad. IX 8, 7.

1 iuncus *D coll. v. 3 et Vitruv.* (*philol. XXXI p. 396*). iuncus (incus **R**[1]) aut harundo *ll.v.* | et **dE***D*. aut *rv.* | herbae **d.** 2 ranas **VE.** 3 aut harundo *del. v.a.H.* 5 e *om.* **E.** 6 fallacia **R**[1]. | certiore *S.* -or pe **VR.** -or est **d.** -or **E***rv.* | multo **E***rv. om. r.* | exhalatio **d.** -tio est *v.a.S.* 7 colis **R.** | qui etiam **V.** | editu **d.** hedito **V.** 10 oris **V.** 11. 12 utilior **a***r.* (*de* **E** *non constat*). 12 sit *ego.* (*cfr. v. 19*). est *ll.v.* 14 aliqua **E.** 15 defossi **V.** | aliisque **E.** 16 peluia *r.* pelle **R.** | lanae uellere *ego. om. ll.v. cfr. v. 19 et Vitruv. Pallad. Geop.* | cooperto *post* dein terra (17) *transposuit D. cfr. philol. l. l. p. 399.* 17 concamerata **d***v.a.S.* | sit liginum **V.** 19 modidum **V.** 20 aquas **E***v.* -uis **VR.** *om.* **dT.** | igne **VR**(?)*v.a.D.* 20. 21 excolunt **E***v.a.G.* exquocunt **V.** (*an* exficcant, *ut XVIII 242?*).

47 (28) Terra vero ipsa promittit candicantibus maculis
aut tota glauci coloris. in nigra enim scaturigines non
fere sunt perennes. figularis creta semper adimit spes,
nec amplius puteum fodiunt coria terrae observantes, ut
48 a nigra descendat ordo supra dictus. aqua semper dulcis
in argillosa terra, frigidior in tofo. namque et hic pro-
batur, dulces enim levissimasque facit et colando continet
sordes. sabulum exiles limosasque promittit, glarea in-
certas venas, sed boni saporis, sabulum masculum et
harena carbunculus certas stabilesque et salubres, rubra
saxa optimas speique certissimae, radices montium saxo-
sae et silex hoc amplius rigentes. oporteat autem fodien-
tibus umidiores adsidue respondere glaebas faciliusque
49 ferramenta descendere. depressis puteis sulpurata vel alu-
minosa occurrentia putearios necant. experimentum huius
periculi est demissa ardens lucerna si extingu*a*tur; tunc
secundum puteum dextra ac sinistra fodiuntur aestuaria,
quae graviorem illum halitum recipiant. fit et sine his
vitiis altitudine ipsa gravior aër, quem emendant adsiduo
linteorum iactatu eventilando. cum ad aquam ventum est,
sine harenato opus surgit, ne venae obstruantur.
50 Quaedam aquae vere statim incipiente frigidiores sunt,

---

§ 47: cfr. Democrit. ap. Geop. II 6, 39. II 5, 7. Vitruv. VIII 1, 2. Pallad. IX 8, 2. Geop. II 5, 3. — § 48: Vitruv. VIII 1, 2. Pallad. IX 8, 2. 3. — § 49: Vitruv. VIII 7, 12. 13. Pallad. IX 9, 1. 2.

---

2 toto clauci **V**. | eaturrigines **V**. 3 figularis **VRdTf** *Ven.*(*H*). -ri *v*. -guris **E**. | adimit *ll. Ven.*(*H*). -mitur *v*. | spem *Gronov.* 5. 6 dulcis in *om.* **E**. 6 tofo *v*. -fa **E**. toſto *r*. 7 leuisque **E**. -uesque *v.a.H.* 8 glaria **VR**. -ie **r**. 9 masculi **R**. -linum **Er**. 10 harena **VRTE***v*(*D*). -na et **d**(?)*H*. | carbunculosa *v.a.H.* *cfr. philol. l. l. p. 400.* (*an* harenae?). 11 optima **E**. | certissimae **d***v*(*D*). -me **E**. -mas **VRf***S.* -ma **r**. | montiumque **VR**. 11. 12 saxosas **VR**[1]. 12 oporteat **RE**. -tet **r***v*. *cfr. vol. III p. 494.* 14 feramenta **V**. | uelut **E**. 16 ardent **V**. | extinguatur *v*. -uitur *ll. S.* *cfr. XXIII 63.* 17 fodiuntur **RdE***v*(*D*). -nt **Vf***H.* 18 grauiores **dx**. *om.* **E** (*hic deficiens*). 19 adsidue **R**. 21 harenato *ll.* **Tfx***H cum B.* arena **a***v*. | opus *ll.***x***B.* tophus **a***v*. | obtruantur **V**. 22 aqua **V**.

quarum non in alto origo est — hibernis enim constant imbribus —, quaedam a canis ortu, sicut in Macedonia*e* Pella utrumque. ante oppidum enim incipiente aestate frigida est palustris, dein maximo aestu in excelsioribus oppidi riget. hoc et in Chio evenit simili ratione portus et oppidi. Athenis Enneacrunos nimbosa aestate frigidior est quam puteus in Iovis horto, at ille siccitatibus riget. **4.** maxime autem putei circa arcturum, non ipsa aestate, deficiunt omnesque quatriduo eo subsidunt, iam vero multi hieme tota, ut circa Olynthum, vere primum aquis redeuntibus. in Sicilia quidem circa Messanam et Mylas hieme 51
in totum inarescunt fontes, aestate exundant amnemque faciunt. Apolloniae in Ponto fons iuxta mare aestate tantum superfluit et maxime circa canis ortum, parcius, si frigidior sit aestas. quaedam terrae imbribus sicciores fiunt, velut in Narniensi agro, quod admirandis suis inseruit M. Cicero, siccitate lutum fieri prodens, imbre pulverem. — (29) Omnis aqua hieme dulcior est, aestate 52
minus, autumno minime, minusque per siccitates. neque aequalis amnium plerumque gustus est magna alvei differentia. quippe tales sunt aquae, qualis terra, per quam fluunt, qualesve herbarum, quas lavant, suci. ergo iidem

---

§ 51: Ciceronis fragm. ed. Klotz. IV 3 p. 349. — § 52 med.: Vitruv. VIII 4, 26. 3, 12. — Theophr. ap. Athen. II 15 p. 42$^a$.

---

1 constat **VR**$^1$. 2 quadam **V**. | a **a***D*. *om.* *rv*. | ortus **V**. | macedoniae *G*. -ia *ll.***a***v*. 3 pella **a***G*. apellant **V**. appellam (-ant **dx**) *r*. *an* Macedonia ad Pellam? *cfr. § 51. 74. 106.* | astae **V**. 4 palustri **VR**$^1$. 5 oppidi **a***v*. -dis (opi- **Vx**) *ll.* **Tx**. | rigit **VR**$^1$. 6 oppida thenis **Vdx**. | henne acrunus **V**. enneacynnos **d**. -cinnos **x**. 8. 9 *dist. D cum P*. 8 auctorum **V**. -tumnum **dT** *e corr.* **x**. | non *ll.***Txa**(*P*)*H*. nam *v*. 10 olinthum **R**. olympum **d***v.a.S*. olim- **x**. 12 ipsa aestate **a***D*. *cfr. v. 8*. 14 circa **a***G*(*D*). *om.* *rv*(*J*). *cfr.* *XXX 25.* | ortu **Tx***v.a.G*(*J*). 15 siciores **V**. 16 admirandis — 17 M. *om.* **V**. 17 luctum **R**. 18 est **Vdxa***v*(*S*). *om.* **R***C*. 19 minus **Rxa***S*. -nus autem **V**. autem minus **d**(?)*v*. | meme **V**. | minusque **Vdx***v*. persisque **ar** *e corr.* | sicitates **V**. 20 plurumque **V**. | albei **V**. 22 qualesue **VTx***D*. -lisue **a**. -lesque *r*(?)*v*. | idem **xa***D*.

amnes parte aliqua reperiuntur insalubres. mutant saporem et influentes rivi, ut Borysthenen, victique diluuntur. aliqui vero et imbre mutantur. ter accidit in Bosporo, ut salsi deciderent necarentque frumenta, totiens et Nili rigua pluviae amara fecere, magna pestilentia Aegypti.
53 (30) Nascuntur fontes decisis plerumque silvis, quos arborum alimenta consumebant, sicut in Haemo obsidente Gallos Cassandro, cum valli gratia silvas cecidissent. plerumque vero damnosi torrentes conrivantur detracta collibus silva continere nimbos ac digerere consueta. et coli moverique terram callumque summae cutis solvi aquarum interest. proditur certe in Creta expugnato oppido, quod vocabatur Arcadia, cessasse fontes amnesque, qui in eo situ multi erant, rursus condito post sex annos
54 emersisse, ut quaeque coepissent partes coli. **5.** terrae quoque motus profundunt sorbentque aquas, sicut circa P*h*eneum Arcadiae quinquies accidisse constat. sic et in Coryco monte amnis erupit posteaque coeptus est coli. illa mutatio mira, cu*i*us causa nulla evidens apparet, sicut in Magnesia e calida facta frigida, salis non mutato sapore, et in Caria, ubi Neptuni templum est, amnis, qui fuerat
55 ante dulcis, mutatus in salem est. et illa miraculi plena, Arethusa*m* Syracusis fimum redolere per Olympia, verique

§ 53: Theophr. ap. Senec. nat. qu. III 11, 3. — Theophr. ib. III 11, 5. — § 54: (cfr. Th. H. III 1, 2. V 4, 6). Theophr. ap. Senec. nat. qu. III 11, 2. id. ap. Athen. II 15 p. 42[a]. — §§ 55. 56: Strabo VI 2, 4 p. 270. 271. Seneca nat. qu. III 26, 5. 6. Athen. II 16 p. 42[e].

2 boristenen (-ryst- **R**) **VRx**. *an* ut in Borysthene? | diluntur **V**. 3 ger **d**. | bosforo **Rx**. -sphoro *v.a.Brot.* 4. 5 nili rigua **a***v*. niligna **VR**. in ligna **dx**. 7 alumenta **Vx**. | hemo **x***v.a.G.* hiemo **V**. 9 conriuantur **a***v*. corriga- **rx**. 17 pheneum *v. cfr. § 26.* feniū **R**. fin- **V**. apenninum (app- **x**) **dx**. preneum **a**. praene .... r (*reliquis margine abscisis*). | archadie **x**. aquas aream die **V**. 18 corryco **V**. corisco **x**. -ico *v.a.C.* | posteaque *ll.***Tfx***H.* -quam **a***v*(*D*). 19 mira cuius *D.* -culus **V**. -culis **rxa**. mira ubi *G.* -abilis *v.* | euidente *v.a.G.* 21 omnis **Vdx**. 23 arethusam *v.* -sa (arhe- **a**) *ll.***a**.

simile, quoniam Alpheus in ea*m* insula*m* sub maria per-
meet. Rhodiorum fons in Cherroneso nono anno purga-
menta egerit. mutantur et colores aquarum, sicut Baby-
lone lacus aestate rubras habet diebus XI et Borysthenes 56
statis temporibus caeruleus fertur, quamquam omnium
aquarum tenuissimus ideoque innatans Hypani, in quo
et illud mirabile, austris flantibus superiorem Hypanim
fieri. sed tenuitatis argumentum et aliud est, quod nul-
lum halitum, non modo nebulam, emittat. qui volunt
diligentes circa haec videri, dicunt aquas graviores post
brumam fieri.

**6.** (31) Ceterum a fonte duci fictilibus tubis utilis- 57
simum est crassitudine binum digitorum, commissuris
pyxidatis ita, ut superior intret, calce viva ex oleo levi-
gatis. libramentum aquae in centenos pedes sicilici mini-
mum erit, si cuniculo veniet, in binos actus lumina esse
debebunt. quam surgere in sublime opus fuerit, plumbo
veniat. subit altitudinem exortus sui. si longiore tractu
veniet, subeat crebro descendatque, ne libramenta pereant.
fistulas denum pedum longitudinis esse legitimum est et, 58
si quinariae erunt, sexagena pondo pendere, si octonariae,
centena, si denariae, centena vicena ac deinde ad has
portiones. denaria appellatur cuius lamnae latitudo, ante-

---

§ 57: Vitruv. VIII 7, 10. 8. 1. 3. Pallad. IX 11, 2. 1. — § 58: Vitruv. VIII 7, 4. 7. Pallad. IX 12.

---

1 eam insulam *Lugd.* ea insula (-la/// **R**) *ll.***xa***v.* | sū **R.** | maria **r***D.* ima maria **d**(?)*v.* mari **xa.** ma **VR.** *an* mare (*vel* mari: *cfr. XXXVI 55*)? 2 *an* fons Rhodiorum? 3. 4 babyloniȩ (babil- **x**) **dx***v.a.H.* 4 undecim *ll.***xa***v.* 5 statis *ego ex Athen. cfr. nov. luc. p. 101.* est- **x.** aest- *ll.***a***v.* 6 hipani **x.** hisp- **VR**[1]. 7 flatibus **a.** | hypanim **a***v.* -ni (hisp- **VR**[1]) *r***Tx.** 8 esse **a.** 9 emittat **Rdxa***G.* -ttit **V***v*(*S*). 10 diligens **R.** | hoc **R**(?)*v.a.D.* 15 sicilici **VRdTx***H.* suilici **ar.** sursum elici *v.* 15. 16 minis numerit **V.** 16 bonos **V.** | lumine **V.** laminae *v.a.H.* 17 e plumbo *v.a.S.* 18 ueniat *om. v.a.H.* 19 crebo **V.** | pereat **V.** 21 sexageno **V.** -ne **R**[1]. -ginta **x.** | pondo pondere **VR**[1]**x.** 22 denarie **x.** nonagenaria **a.** 23 denaria (-iae *v*) appellantur **Rd***v.a.S.*

quam curvetur, digitorum x est, dimidioque eius quinaria. in anfractu omni collis quinariam fieri, ubi dometur impetus, necessarium est, item castella, prout res exiget.
59 (32) Homerum calidorum fontium mentionem non
fecisse demiror, cum alioqui lavari calida frequenter in-
duceret, videlicet quia medicina tunc non erat haec, quae
nunc aquarum perfugio utitur. est autem utilis sulpurata
nervis, aluminata paralyticis aut simili modo solutis, bitu-
minata aut nitrosa, qualis Cutilia est, bibendo *i*taque pur-
60 gationibus. plerique in gloria ducunt plurimis horis per-
peti calorem earum, quod est inimicissimum, namque paulo
diutius quam balineis uti oportet ac postea frigida dulci,
nec sine oleo discedentes, quod vulgus alienum arbitratur,
idcirco non alibi corporibus magis obnoxiis, quippe et
vastitate odoris capita replentur et frigore infestantur su-
dantia, reliqua corporum parte mersa. similis error quam
plurimo potu gloriant*ium*, vidique iam turgidos bibendo
in tantum, ut anuli integerentur cute, cum reddi non
61 posset hausta multitudo aquae. nec hoc ergo fieri con-
venit sine crebro salis gustu. utuntur et caeno fontium ipsorum utiliter, sed ita, si inlitum sole inarescat. nec vero omnes, quae sint calidae, medicatas esse credendum, sicut in Segesta Siciliae, Larisa Troade, Magnesia, Melo,

§ 59: Homerus (Χ 149. 150). Ξ 6. Χ 444. θ 249. 451 al. —

1 decem (*pro* denum) *ll.v*. 2 anfractu (amf- **a**) **a***v*. -ti **r**. fractu **dx**. -to **V**. -ti **R**. | omnis **d**. | collis **d***v*. -lli **Vxar**. -llo **R**. | quinariam **R***v*. -ria **Va**. -rii **dx**. 3 exiget *ll*.**x***v*. -git **a***D*. 5 alioquin **x***v.a.Brot*. 5. 6 induceret **dxar***G*. -diceret **Rf***v*. -ret et **V**. -carit *C*. 7 profugio **VR**¹**x**. 9 est **Vdxa***S*. *om*. **R**(?)*H*. utilis est *v*. | itaque *ego*. atque **d***v*. atquae **V**. aq; **x**. aquę **Ra**. *del. voluit S*. 10 gloriam **dx**. 12 dulci **a***v*(*D*). -cedi **V**. -cedine **Rdx***Brot*.(*J*). mulceri *S cum Gron. an* ablui? *cfr. XXI 125. XXXIII 109*. 13 discedentes **dr***H*. (-teis *Lugd*.). -tis **rxa***G*(*S*). -tibus *v*. 16 reliqua *om. H*. | quam *ll*.**xa***H*(*J*). quod quam *S*. quo quidam *v*. 17 glori-antium *H cum P*. -tur *ll*.**xa***v*(*S*). | undique **V**. 18 anulli **V**. | cote **V**. 20 *an* gustatu? | ceno **V**. sceno **x**. 23 in **ar***v*. *om*. *r***Tx**. | segeta **dTx**. -tas **R**¹. | troadae **V***v.a.C. dist. U 695. cfr. V 121. 123 et XXXVI 138*.

Lipara. nec decolor species aeris argentive, ut multi existimavere, medicaminum argumentum est, quando nihil eorum in Patavinis fontibus, ne odoris quidem differentia aliqua deprehendetur.

(33) Medendi modus idem et in marinis erit, quae 62
calefiunt ad nervorum dolores, ferumina*nd*a a fracturis ossa, contusa, item corpora siccanda, qua de causa et frigido mari utuntur. praeterea est alius usus multiplex, principalis vero navigandi phthisi adfectis, ut diximus, 24, 28 28, 54
aut sanguine egesto, sicut proxime Annaeum Gallionem
ſecisse post consulatum meminimus. neque enim Aegyptus 63
propter se petitur, sed propter longinquitatem navigandi. quin et vomitiones ipsae instabili volutatione commotae plurimis morbis capitis, oculorum, pectoris medentur omnibusque, propter quae helleborum bibitur. aquam vero maris per sese efficaciorem discutiendis tumoribus putant medici, si illa decoquatur hordeacia farina, ad parotidas. emplastris etiam, maxime albis, et malagmatis
miscent; prodest et infusa crebro ictu. bibitur quoque, 64
quamvis non sine iniuria stomachi, ad purganda corpora bilemque atram aut sanguinem concretum reddendum

Vitruv. VIII 3, 4. — § 62: Diosc. V 19. Seren. 973. cfr. Marc. 36, 45. Celsus VIII 10, 1. 7. — cfr. Plin. epist. V 19, 6. — § 63: cfr. Celsus III 22 p. 111. — Marc. 15, 41. Diosc. V 19. — § 64: Diosc. V 19. Pl. iun. 51, 7—10. Marc. 28, 63. Seren. 909.

2 existimauere (estim- **x**) **dx***v*. -aue **VR**. -auerunt **ar***D*. 3 patinauinis **V**. 4 deprehendetur **R**. -ditur *v*. -deretur **x**. depraeh- **Vdar**. 5 id est et **V**. 6 feruminanda *S*. ferruminata *ll.* **Txa***v*. -nant *C*. -nandas *H cum Gron.* | a *ll.* **Txa***S*. *del. H.* et *v*. 6. 7 fracturas ossaque *v.a.S.* 7 corpora **ar***G*(*D*). -ra ad **VR***S*. -ra as **dTx**. ad corp- *v*. *an* corpora adstringenda, siccanda? *cfr. § 98.* | siccanda *ll.* **Txa***v*(*H*). -ant *G*. 9 affectis **x***v*. adfecti (-tu **R**[1]) *r*. 10 sanguine **dTxa***S*. -nem **VR***v*. | egesto **dTxar***S*. -te **VR**. egerentibus *v*. exscreantibus *Brot.* 11 *a v.* fecisse *denuo incipit* **E**. | meum inim **V**. 13 sint abili (hab- **R**[1]) **VR**[1]. | uoluptatione **R**. 14 pluribus **E***v.a.C.* 16 sese **Vf***v*(*S*). se *r G*(*D*). | discutiendis (-ti eſt dis **V**) cauendis **VR**[1]**dT**. 17 si *om.* **dT**. st **V**. | decoquatur **dEr***v*. -quitur (dequoqu- **V**) **VTf**. -qtur **R**. 18 malacmatis **VR**. 19 cerebro icto *coni. Dal.* 20. 21 corporalemque **V**.

alterutra parte. quidam et in quartanis dedere eam bibendam et in tenesmis articulariisque morbis adservatam in hoc ut vetustate virus deponentem, aliqui decoctam, omnes ex alto haustam nullaque dulcium mixtura corruptam. in quo usu praecedere vomitum volunt. tunc
65 quoque acetum aut vinum e*t* aqua*m* mi*sc*ent. qui puram dedere, raphanos supermandi ex mulso aceto iubent, ut ad vomitiones revocent. clysteribus quoque marinam infundunt tepefactam. testium quidem tumores fovendo non aliud praeferunt, item pernionum vitio ante ulcera, simili modo pruritibus, psoris et lichenum curationi. lendes quoque et taetra capitis animalia hac curantur. et liventia reducit eadem ad colore*m*. in quibus curationibus post marinam aceto calido fovere plurimum prodest. quin et ad ictus venenatos salutaris intellegitur, ut phalangiorum et scorpionum, et ptyade aspide respersis; calida
66 autem in his adsumitur. suffitur eadem cum aceto capitis

---

§ 65: Pl. iun. 51, 10—12. Diosc. V 19. Marc. 27, 124. Seren. 680. Pl. iun. 64, 12. 13. Marc. 33, 22. Diosc. l. l. Seren. 85. 69. Pl. iun. 13, 4. 5. 102, 13—15. Diosc. περὶ ἰοβ. 21. eupor. II 122. 120. Seren. 869. — § 66: Diosc. V 19. Pl. iun. 50, 18. 49, 14. 15. Marc. 27, 124. — Diosc. V 19. eupor. I 59.

---

1 in *om.* **R**[1]*G*. 2 articularisque **VR***D*. -ribusque **Er** *v. a. S.* 3 et in **d**(?)*v. a. S.* | *dist. CFW Müller p. 16.* | ut **VR**. ex **dT**. *om.* **Er***v*. *de* ut *causali cfr. XXIX 9* ut cautior, *XVII 4* ut praesens, *VII 105* ut debilis. (*an potius* et?). | uetusta **VR**[1]. | deponente **Vd**. *an vero* ut .. deponeret (*corruptum in* deponent)? | decocta **V**. coctam **R**[1]. 4 ex alto *om.* **VR**[1]. | nullaque **d***v*. -lloque **Er**. ullaque *r*. 5 quo supra cedere **E**. | uomitum — 7 dedere *om.* **E**. 6 et *ego*. ex *ll. S.* ea *J. del. v.* | aquam *ego*. -ua *ll. v.* | miſcent *v*. mittent *ll.* 9 tumores **d**. -re **V**. -rē **E***D*. -ri **R**(?)*v*. *cfr. XX 161. XXII 140. XXVI 91. XXXV 196; contra XXXI 129. XXVIII 215. XXIV 15.*

10 pernionem **V**. -ne **R**[1]. 12 tenera **E**. | et **d***v*(*D*). ut *rS.* 13 eruducit aeadem **V**. | colorem *v*. -res *ll. D* (*contra Plinii usum: cfr. § 117. XX 27. XXVI 150. XXVII 112. XXVIII 245*). 14. 15 quinta dictus **Vd**. 15 salutaria **V**. *an* salutaris ita (*i. e.* fotu: *cfr. Diosc.*)? 16 ptyade *B. cfr. XXVIII 65.* pthiade **Er***v*. -adeos (pthya- **d**) *r*. | respersos **VRf**. | calidam **V**. caudam **E**. 17 sufficitur **R**[1]. | autē eadem **dT**.

doloribus. tormina quoque et choleras calida infusa clysteribus sedant. difficilius perfrigescunt marina calefacta. mammas sororientes, praecordia maciemque corporis piscinae maris corrigunt, aurium gravitatem, capitis dolores cum aceto ferventium vapor. rubiginem ferro marinae celerrime exterunt, pecorum quoque scabiem sanant lanasque emolliunt.

(34) Nec ignoro haec mediterraneis supervacua videri 67
posse. verum et hoc cura providit inventa ratione, qua sibi quisque aquam maris faceret. illud in ea ratione mirum, si plus quam sextarius salis in IIII sextarios aquae mergatur, vinci aquam salemque non liquari. cetero sextarius salis cum IIII aquae sextariis salsissimi maris vim et naturam implet. moderatissimum autem putant supra dictam aquae mensuram octonis cyathis salis temperari, quoniam ita et nervos excalefaciat et corpus non exasperet.

(35) Inveteratur et quod vocant thalassomeli aequis 68
portionibus maris, mellis, imbris. ex alto et ad hunc usum advehunt fictilique vaso et picato condunt. prodest ad purgationes maxime sine stomachi vexatione et sapore

§ 67: Pl. iun. 8, 6—10. — § 68: Diosc. V 20. Pl. iun. 47, 6—12. Marc. 20, 136. Seren. 532.

1 choleras **VRd** *in ras.* **T***D*. -ra (co- **E**) **Er**. -ram *v. de plur. numero cfr. XX 122. 146. 150. 217. XXII 144. XXIII 12.* | calidam **VdE**. | infusam **dE**. 2 sedant **Er***v*(*D*). dant **VR**. sedat **d**(?)*C*. | calefacta **VRfE***v*(*S*). -ti **d**(?)*G*. 3 sororientes (solori- **E**. sori- **d**) *ll.G*(*J*). -iantes *Lugd.* rigentes *v.* | aciemquae **E**. 4 doloribus **V**. 6 exierunt **V**. 9 qui **E**. 10 facere **VE**. | in ea **Er***v*. ea **Rd**. ae **V**. 11 sextariū **VR**[1]**f**. 11. 12 salis cum quattuor aquae sextariis **E***v.a.H.* 12 unti **VR**[1]. | no **R**[1]. | loquari **VR**[1]. 13 sextarius **V**[2]**d***v*. -ios **V**[1]**R**. -io **E**. | quattuor *ll.v.* | sextariis *v.* -ris **dEr***D*. -rios *r*. 14 uim **Er***v*. umquam (ſū quā **R**) *r*. uimque *P. an* uim totam? 15 cyathis *om.* **Vd***S*. | malis **E**. 16 iſta **VRd***S*. *de mendo cfr. XXIII 40.* 17 exaſperat **VR**[1]. *an* exulceret? *cfr. nota ad XXIII 143.* 18 et *om.* **E***v.a.H.* | uocat **E**. -atur **T***v.a.H.* | thalastīhaeli **R**[1]. 19 imbribus **VR**[1]. 20 uase **Rd**(?)*v.a.S*.

69 grato et odore. — (36) Hydromeli quoque ex imbre puro
cum melle temperabatur quondam, quod daretur adpeten-
tibus vini aegris veluti innocentiore potu, damnatum iam
multis annis, isdem vitiis quibus vinum nec isdem utili-
70 tatibus. — (37) Quia saepe navigantes defectu aquae
dulcis laborant, haec quoque subsidia demonstrabimus.
expansa circa navem vellera madescunt accepto halitu
maris, quibus dulcis umor exprimitur, item demissae
reticulis in mare concavae e cera pilae vel vasa inania
opturata dulcem intra se colligunt umorem. nam in terra
marina aqua argilla percolata dulcescit.

71 Luxata corpora et hominum et quadrupedum natando
in cuius libeat generis aqua facillime in artus redeunt. —
Est et in metu peregrinantium ut temptent valitudinem
aquae ignotae. hoc cavent e balineis egressi statim fri-
72 gidam suspectam hauriendo. — (38) Muscus, qui in aqua
fuerit, podagris inlitus prodest, idem oleo admixto talorum
dolori tumorique. spuma aquae adfrictu verrucas tollit,
nec non harena litorum maris, praecipue tenuis et sole
candens; in medicina est siccandis corporibus coopertis
hydropicorum aut rheumatismos sentientium.

Et hactenus de aquis, nunc de aquatilibus. ordiemur autem, ut in reliquis, a principalibus eorum, quae sunt salsa ac spongea.

---

§ 69: cfr. Diosc. V 17. (Plin. XXII 112). — § 72: cfr. Plin. XXVII 56. Diosc. IV 97. Pl. iun. 68, 9. 65, 16. 17. — Diosc. V 166. Pl. iun. 95, 3. Seren. 503. cfr. Celsus III 21 p. 107.

---

1 et odore **Er***v*. odore **Vd***Ven*. *om*. **R**. *cfr. Pl. iun.* 2 temperabitur **V**. | quoddam **Rd**. quodam **V**. 3 uinum *v.a.H.* | potam **V**. 4 necdem **VR**[1]. 6 demonstrauimus **VRE**. 7 nauim **d**(?)*v.a.S.* | accepta **E**. | alitu **V**. 8 idem **R**[1]. id eſt **V**. | remissae **Er**. 9 e **d***v*. et **VR**. *om*. **Er**. ex *D*. 10. 11 inter marina **V**. 11 percollata **V**. 12 luxata **dTr** *e corr. v*. lax- **E**. iacta **V**. 13 libet **E***v.a.H.* 14 et *om*. **E**. 15 a (*pro* e) **E***v.a.G.* | balneis **V**(?)**E***v.a.G*(*D*). | egresis **E**. 17 podagra **E**. | ideo **R**[1]. item **E***v.a.S*(*J*). 18 tumorque **V**. 19 sed (*pro* et) **Vf**. | solibus *v.a.H.* 22 urdiemur **V**. 23 ut *om*. **E***Ven*. 24 salsa *ll.J.* sal *v*. | ac **VRE***S*. et **d***v*. ci (= &?) **r**

7. (39) Sal omnis aut fit aut gignitur, utrumque 73
pluribus modis, sed causa gemina, coacto umore vel sic-
cato. siccatur in lacu Tarentino aestivis solibus, totum-
que stagnum in salem abit, modicum alioqui, altitudine
genua non excedens, item in Sicilia in lacu, qui Cocani-
cus vocatur, et alio iuxta Gelam. horum extremitates
tantum inarescunt, sicut in Phrygia, Cappadocia, Aspendi,
ubi largius coquitur et usque ad medium. aliud etiam
in eo mirabile, quod tantundem nocte subvenit, quantum
die auferas. omnis e sta*g*nis sal minutus atque non glaeba
est. aliud genus ex aquis maris sponte gignitur spuma 74
in extremis litoribus ac scopulis relicta. hic omnis rore
densatur, et est acrior qui in scopulis invenitur. sunt
etiamnum naturales differentiae tres. namque in Bactris
duo lacus vasti, alter ad Scythas versus, alter ad Arios,
sale exaestuant, sicut ad Citium in Cypro et circa Mem-
phin extrahunt e lacu, dein sole siccant. sed et summa 75
fluminum densantur in salem, amne reliquo veluti sub
gelu fluente, ut apud Caspias portas quae salis flumina
appellantur, item circa Mardos et Armenios. | praeterea et
apud Bactros amnes Ochus et Oxus ex adpositis montibus

§ 74: Isid. XVI 2, 3. cfr. Diosc. V 126. — § 75: Isid. XVI 2, 3.

2 coacta V. | uel *ll.*Tv(*S*). aut *G*. 2. 3 siccam VR$^1$. 4 salem abit d*v*. sale habet VR. sale id Er. 5 *post* item *iterant* non excedens VR. | siciliam V. 8 largio V. -iōr R$^1$. | quoquitur V. | medium lacum d(?)r*v.a.J*. 9 eo dEr*v*. quo r. | quod *om.* VR$^1$. | noctu *v.a.H(J)*. *cfr. § 18*. 10 e stagnis *S*. est alnis VRd. est om̄is r. est E. est talis *G*. est alius *v*.

12 hic omnis VRd*G*. homnis E. haec enim omnis *v*. | rore *ll.v(D)*. sole *S cum Pontedera ex Isid.* solis calore *J ex Vinc. Bellov. spec. nat. 6, 83*. (*an* haec enim sole? *cfr. XXV 149. 152*). *locus adhuc corruptus*. 13 copolis V. 14 etiam non V. | *an* naturalis? *cfr. XXXIV 4*. 14. 15 bactris duo *om.* VR$^1$. 15 alter dEr*v*. *om.* r(?). | ad—alter Er*v*. *om.* r. | arios Vd*B*. alios R. darios Er*v*. 16 aestuat E. -ant *v.a.H.* | *an* sic et? 17 e VdTf*H*. a R. *om.* E*v*. | deinde sale d. | sic et E. 18 sale Vd*v.a.C.* | amnem V. ane E. 19 gelus fluentem V. 20 amnenios V. | praeterea et VR$^1$d*D*. 21 bactros V. b&- R. | amnes VRd(?)*H*. -nis E*v(D)*. | et oxus d(?)*B* *coll. § 86*. et ixiss E et yssis r. *om.* r. et xerxes *v*. | ex *v(D)*.

76 deferunt salis ramenta. sunt et in Africa lacus, et quidem
turbidi, salem ferentes. ferunt quidem et calidi fontes,
sicut Pagasaei. et hactenus habent se genera ex aquis
77 sponte provenientia. sunt et montes nativi salis, ut *in*
Indis Oromenus, in quo lapicidinarum modo caeditur re-
nascens, maiusque regum vectigal ex eo est quam ex auro
atque margaritis. effoditur et e terra, ut palam est umore
densato, in Cappadocia. ibi quidem caeditur specularium
lapidum modo; pondus magnum glaebis, quas micas vul-
78 gus appellat. G*e*rris Arabiae oppido muros domosque
massis salis faciunt aqua feruminantes. invenit et iuxta
Pelusium Ptolemaeus rex, cum castra faceret. quo exem-
plo postea inter Aegyptum et Arabiam etiam squalentibus
locis coeptus est inveniri detractis harenis, qualiter et
per Africae sitientia usque ad Hammonis oraculum, is
79 quidem crescens cum luna noctibus. nam et Cyrenaici
tractus nobilitantur Hammoniaco et ipso, quia sub harenis
inveniatur, appellato. similis est colore alumini, quod
sc*h*iston vocant, longis glaebis neque perlucidis, ingratus
sapore, sed medicinae utilis. probatur quam maxime per-

---

§ 77: Isid. XVI 2, 3. cfr. Solin. 5, 19. — § 78: cfr. Plin. VI 147. Isid. XVI 2, 3. Strabo XVI 3, 3 p. 766. — § 79: cfr. Plin. V 34. Isid. XVI 2, 3. Diosc. V 125.

---

es **E**r. ex his *r***Tf***S*. 2 turbidi — quidem *om.* **V**. 3 habentes se **V**. 4 ponte **V**. | montibus **E**. | in *v*. *om. ll.D. cfr. § 17.* 5 ornemus **VR**[1]**d**. Ormenus *J*. | lapiſidinearum **VR**[1]. -pidicinarum **r***v.a.Lugd.* 6 regium **E***D*. | uectigale **d**. | est *del. H cum Gron.* | auro **dE***v*. -ro est *rH*. 7 margaretis **VR**. | effoditur et (*om.* **E***D*) e terra **Er***v*. -ditura *r*. (*an* et foditur e terra? *cfr. XXXVI 182. XXVIII 1*). 8 densato **E***v*(*D*). -tur *r*. -to ut *J*. | caeditur **E***v*(*D*). ced- r. & ed- *rJ*. (*malim* finditur: *cfr. XXXVI 160*). 9 glebris **V**. 10 gerrhis *H coll. VI 147 et Strab. XVI 3, 3 p. 766.* garris **E**. carris *r*. carrhis *v*. 11 e massis *D cum U 697. sed cfr. C F W Müller p. 8 n. 1.* | aque feruminantis **VR**[1]. 12 ptholomeus **V**. ptolomaeus *D*. 14 ſaeptus **V**. | inuenire **R**. 15 sit dentia usque **E**. sitientibusque **V**. -ti//usque **R**[1]. 16 lunae motibus *coni. J.* | et **E***D*. *om. rv.* | quiremaici **V**. 18 colore **Er***v*. corpore *r***T**. 19 schiston *v*. sci- (scy- **d**) *ll.* | ingratus **dEr***v*. *cfr. XXV 157. XVI 229.* -to **VR***D*.

spicuus, rectis scissuris. insigne de eo proditur, quod
levissimus intra specus suos in lucem universam prolatus
vix credibili pondere ingravescat. causa evidens, cuni-
culorum spiritu madido sic adiuvante molientes, ut ad-
iuvant aquae. adulteratur Siculo, quem Cocanicum ap- 73
pellavimus, nec non et Cyprio mire simili. in Hispania 80
quoque citeriore Egelestae caeditur glaebis paene trans-
lucentibus, cui iam pridem palma a plerisque medicis
inter omnia salis genera perhibetur. omnis locus, in quo
reperitur sal, sterilis est nihilque gignit. et in totum
sponte nascens intra haec est.

Facticii varia genera. volgaris plurimusque in salinis 81
mari adfuso non sine aquis dulcibus riguis, sed imbre
maxime iuvante ac super omnia sole multo .... que, aliter
non inarescens. Africa circa Uticam construit acervos salis
ad collium speciem, qui ubi sole lunaque induruere, nullo
umore liquescunt vixque etiam ferro caeduntur. fit tamen
et in Creta sine riguis mare in salinas iufundentibus et
circa Aegyptum ipso mari influente in solum, ut credo,
Nilo sucosum. fit et puteis in salinas ingestis. prima 82
densatio Babylone in bitumen liquidum cogitur oleo simile,

---

§ 80: cfr. Solin. 23, 4. Cato ap. Gellium II 22, 29. — § 81: cfr. Plin. II 233. XXXIV 125. — § 82: Isid. XVI 2, 3. Aristot. meteor. II 3, 42.

---

1 in signo **V**. 3 credibile **VE**. 4 madid **E**. madi **V**. | sicut **VR**$^1$**d**. | adiuuante **Rd***v*. -tem **E**. -tes **V**. | molientes **d**(?)**Er***v*. *om.* **VR**. | ut *om.* **E**. 4. 5 adiuuent **E***v.a.B*. 6 cypriū **d**. cip- **VE**. 7 egelestae **Vd**(*C*)*Brot*. *cfr. III 25*. -te **R**. -laeste **E**. -lastae **r***B*(*J*). 7. 8 tralucentibus **V***S*. 8 cum **E**. | palāa **VR**. -lmam **E**. 10 sterelis **V**. exter- **R**$^1$.

11 inter **E***v.a.H*. | est **dEr***G*. *om.* **r**. sunt *v*. 12 facti **VR**$^1$**d**. | pluribusque **VR**$^1$**d***Ven*. 13 aquis **VRE**. *cfr. II 233 cum XIII 107*. aquae **d**(?)*v* (*e XIX 182*). | dulcibus *ego*. -cis *ll.v. cfr. § 64*. | rugis **V**. 14 multoque **VR***J*. -to **E**[**dT**]*v*(*D*). -to atque *S*. *lac. ego indicavi; excidit fere* adsiduo: *cfr. XXVIII 143*. *an* luna? | aliterque **dT**. 15 inarescens **Er***v*(*D*). ar- **r***TJ* (*ut XIII 140. XVII 57*). | africam **V**. | constitut **d**. 16 solis **V**. 18 sine **Er***v*. sunt ine **r**. 19 mari **d***v*. -re **r**. | influentem **E**. 20 insucosum **VR**$^1$. | et e *v.a.S*. | puteus **E**.

21 babylonae **E**$^2$. -niae **E**$^1$*v.a.G*. babilonę **r**. -nię **VR**.

quo et in lucernis utuntur. hoc detracto subest sal. et in Cappadocia e puteis ac fonte aquam in salinas ingerunt. in Chaonia excocunt aquam e fonte refrigerandoque salem
83 faciunt inertem nec candidum. Galliae Germaniaeque ardentibus lignis aquam salsam infundunt; (40) Hispaniae quadam sui parte e puteis hauriunt muriam appellantes. illi quidem et lignum referre arbitrantur. quercus optima, ut quae per se cinere sincero vim salis reddat, alibi corylus laudatur. ita infuso liquore salso arbor etiam in salem vertitur. quicumque ligno confit sal niger est. Apud **Theophrastum** invenio Umbros harundinis et iunci cinerem decoquere aqua solitos, donec exiguum superesset umoris. quin et e muria salsamentorum recoquitur iterumque consumpto liquore ad naturam suam redit, vulgo e menis iucundissimus.

84 (41) Marinorum maxume laudatur Cyprius a Salamine, *at* e stagnis Tarentinus ac Phrygius, qui Tattaeus vocatur. hi duo oculis utiles. e Cappadocia qui in laterculis adfertur, cutis nitorem dicitur facere. magis tamen exten-
74 dit is, quem Citium appellavimus, itaque a partu ventrem
85 eo cum melanthio inlinunt. salsissimus sal qui siccissimus, suavissimus omnium Tarentinus atque candidissimus,

---

§ 83: cfr. Varro r. r. I 7, 8. — Aristot. meteor. II 3, 42. — § 84: Diosc. V 125. (cfr. Strabo XII 5, 4 p. 568). — § 85 extr.: Isid. XVI 2, 4. (cfr. Strabo XIII 1, 48 p. 605). — Solin. 5, 18.

---

1 quod **E**. | hoc *om.* **E**. 2 aquam **Rd***G*. quam *r*. quem *v*. 3 caonia **V**. gao- **E**. | e *ego*. et **Er**. *om. r*. ex *v*. 4 faciant **V**. fati- **R**$^1$. | negandidum **V**. 5 hispania **VR**$^1$. 6 quidam **V**. | haurium **V**. aur- **R**. | murium **VR**$^1$**T**. | appellantes (ape- **V**) **VRT***H*. -ant **d**. -ant et **E***G*. -antes et **r***v*. 7 *an* illae (*olim scriptum* ille)? 8 qui **V**. | cinerem **E**. | sincere **d**. 8. 9 corylus **d***v*. -rilus **E**. -rulus *r*. 9 arbor **E***D*. carbo *rv*. 10 quicum **E**. | conficitur **dT***v.a.G*. 11 iuncis **V**. 13 umores **V**. moris **E**. 14. 15 e menis *B*(*S*). e maenis **Rd**(?)*Lugd*. e minis **Va**. hem- *v*. *de mendo cfr. XXVII 127.* 17 at e *v*. ad e r. de *rH*. *cfr. § 73.* | stagestnis **R**$^1$. | tattaeus **d***B*. tacteus **Vf**. tat- **Ra***v*. 18 humiles **VR**$^1$. | e **Vdf***S*. & **R**. ac **ar**. a *v*. 19 scutis **VR**$^1$**d**. | niforem **VR**$^1$. 20 cicium **R**. | parte **V**. -tum **E**.

set de cetero fragilis qui maxime candidus. pluvia dulcescit omnis, suaviorem tamen rores faciunt, sed copiosum aquilonis flatus. austro non nascitur. flos salis non fit nisi aquilonibus. in igni nec crepitat nec exilit Tragasaeus neque Acanthius, ab oppido appellatus, nec ullius spuma aut ramentu*m* tenui*u*s. Agrigentinus ignium patiens ex aqua exilit. sunt et colorum differentiae. rubet Memphi, 86
rufus est circa Oxum, Centuripis purpureus, circa Gelam in eadem Sicilia tanti splendoris, ut imaginem recipiat. in Cappadocia crocinus effoditur, tralucidus et odoratissimus. ad medicinae usus antiqui Tarentinum maxime laudabant, ab hoc quemcumque e marinis, ex eo genere spumeum praecipue, iumentorum vero et boum oculis Tragasaeum et *Ba*eticum. ad opsonium et cibum utilior 87
quisquis facile liquescit, item umidior, minorem enim amaritudinem habent, ut Atticus et Euboicus. servandis carnibus aptior acer et siccus, ut Megaricus. conditur etiam odoribus additis et pulmentarii vicem implet, excitans aviditatem invitansque in omnibus cibis ita, ut sit peculiaris ex eo intellectus inter innumera condimenta, item in mandendo quaesitus garo. quin et pecudes 88

§ 86: Solin. 5, 18. Isid. XVI 2, 5. — § 87: Isid. XVI 2, 6. — § 88: Isid. XVI 2, 6. Verg. georg. III 394—397. (Aristot. h. a. VIII 10 p. 596$^a$).

1 set *ego.* et *ll.v.* est *D cum U 698.* | de *om.* R$^1$. 2 rore VR$^1$d. 3 flatis V. 4 igni E*v*(*D*). -ne *r C.* | nec dEr*v.* *om. r.* 4. 5 tragesaeus d. 5 acanthius *v.* -thus d. achantius E. -tus r. cantus R. -tis Vf. | ne VR$^1$. | ullus VR$^1$T*J.* *sed cfr. § 90. 105.* 6 e (ex T) spuma dT. | aut at Er. aut ab *D.* | ramentum tenuius *ego. cfr. XXXIV 175.* ramento (*JD.* -tum *v*) aut (*del. D*) tenuis *ll.*T*v.* 7 exiliit V. | differentia R. -iam V. | rubet *ll.B*(*S*). -ber *G.* 8 centū ripis VRdf. 9 ea E. | uti magnitudinem E. 10 crocineus d$^2$T. -ceus *v.a.S.* *cfr. § 90.* 12 ad hoc R. 14 baeticum *v.* peti- VdEr. piti- R. 17 ut Rd*v.* tu V. *om.* E. 18 additus V(?)*Lugd.Dal.* 18. 19 excitans d(?)ar*v.* ex . . . . E. *om. r J.* 19 inuitans excitansque *J.* 21 item E$^2$a. iterū *r*Tf*S.* ita E$^1$. ita est *v.* interim *J.* ciborum *D. del. U 700.* | madendo VR$^1$. *an* madido? *locus adhuc corruptus.*

armentaque et iumenta sale maxime sollicitantur ad pastus, mul*to* tum largiore lacte multoque gratiore etiam in caseo dote. ergo, Hercules, vita humanior sine sale non quit degere, adeoque necessarium elementum est, uti transierit intellectus ad voluptates animi quoque *e*x*i*mia*s*. sales appellantur, omnisque vitae lepos et summa hilaritas laborumque requies non alio magis vocabulo constat.

89 honoribus etiam militiaeque interponitur salariis inde dictis, magna apud antiquos et auctoritate, sicut apparet ex nomine Salariae viae, quoniam illa salem in Sabinos portari convenerat. Ancus Marcius rex salis modios $\overline{\text{VI}}$ in congiario dedit populis et salinas primus instituit. Varro etiam pulmentarii vice usos veteres auctor est, et salem cum pane esitasse eos proverbio apparet. maxime tamen in sacris intellegitur auctoritas, quando nulla conficiuntur sine mola salsa.

90 (42) Salinarum sinceritas summam fecit suam differentiam quadam favilla salis, quae levissima ex eo est et candidissima. appellatur et flos salis, in totum diversa res umidiorisque naturae et crocei coloris aut rufi, veluti

---

§ 89: Verrius Flaccus ap. Festum s. v. salaria. — cfr. Horat. sat. II 2, 17. — §§ 90—92: Diosc. V 128. — cfr. Diosc. V 127.

---

1 armentaque *v*. -toque **Er**. -tatio *r*. *de mendo cfr. § 5.* | iumento **E**. | partis **V**. pastum *v.a.S.* 2 multo tum *ego.* multum *ll.S.* -to *v.* | largiore **R***C*(*J*). -ores *rv*(*S*). *an* largiore eis? | lacte multoque **dErv**. lactoque **V**. -teque **R**. | gratiorem **E**. 2. 3 *an* etiam casei dote? *cfr. XI 239.* 3 non quid **V**. nequit *v.a.H.* 4 *an* degi? *cfr. XIV 125. XII 5. VI 66. III 124.* | adeo ergo **Vd**. | ut **R***v.a.D.* 5 uoluptates **VR***v*(*S*). -atem **d**(?)**Er***H.* | eximias *ego et dist.* nimia *ll. del. D.* nimirum a *J.* scommata *S cum P.* nam ita *B.* sammia *v.* ioci enim a *U 701.* mica *Müller emend. V 9.* | sales **Er***v*(*D*). sale *rJU.* salis *Müller l. l.* 7 alia magis uocabula **E**. 9 et **Vd**. *om. rv.* 11 sex **V**. | modia **E***v.a.H.* | $\overline{\text{VI}}$ **E***S.* ut **VTf**. sex **r** *e corr.* sex mille **d**(?)*H.* sex milia *v.* 12 populis **VRTfE***v*(*S*). -lo **d**(?)*C.* 13 uite **V**. | et **VRdTf***H. om.* **E**. esitasse enim *v.* 14 sale **VTf**. | pane et casaeos (-seo *v*) **E***v.a.H.* 17 sabinarum **Vd**. | *an* facit? 18 quadam **E***G.* quandam *r***T***H.* quaedam enim *v.* | fauilla *v.* -llam *ll.H.* 20 ueliti **V**.

rubigo salis, odore quoque ingrato ceu gari dissentiens a
sale, non modo a spuma. Aegyptus invenit, videturque
Nilo *de*ferri. et fontibus tamen quibusdam innatat. opti- 91
mum ex eo quod olei quandam pinguitudinem reddit; est
enim etiam in sale pinguitudo, quod miremur. adulteratur
autem tinguiturque rubrica aut plerumque testa trita, qui
fucus aqua deprehenditur diluente facticium colorem, cum
verus ille non nisi oleo resolvatur et unguentarii propter
colorem eo maxime utantur. canitia in vasis summa est, 90
media vero pars umidior, ut diximus. floris natura aspera, 92
excalfactoria, stomacho inutilis, sudorem ciet, alvum solvit
in vino et aqua, acopis et zme*c*ticis utilis. detrahit et
ex palpebris pilos. ima faecis concutiuntur, ut croci
color redeat.

Praeter haec etiamnum appellatur in salinis salsugo,
ab aliis salsilago, tota liquida, a marina aqua salsiore vi
distans. — (43) Aliud etiamnum liquoris exquisiti genus, 93
quod garum vocavere, intestinis piscium ceterisque, quae
abicienda essent, sale maceratis, ut sit illa putrescentium
sanies. hoc olim conficiebatur ex pisce, quem Graeci
garon vocabant, capite eius usto suffitu extrahi secundas
monstrantes, 8. nunc e scombro pisce laudatissimum in 94

§ 93: Diosc. II 34. Geop. XX 46, 1. 2. Isid. XX 3, 19. — § 94: cfr. Plin. IX 66. Seneca epist. XV 3, 25. Martial. epigr.

1 gari d*v*. *cfr. Diosc.* cari *r*. 2 inuenitur E*v.a.G*. 3 nudo VR¹d. | deferri *v*. differri E*r*. -eri *r*. | innatant V. 4 olet V. 5 salo V. 6 testa tia E. 7 aquam VR. | deluente VR. | colorem E*rv*. coherent *r*. 9 in uasis in VR¹T. 10 medio uera V. 11 alum V. 12 zmecticis *J*. -edicis R¹. -eticis *r*. smegmatis *H*. -aticis *v*. 13 pilos dE*v*. philos VR. | ima faecis (fecis E*r*) E*rD*. imae ficis V. ime effecis R. efficacissime faeces d(?)*S*. -issime faeces imae *v*. | ui V. 15 praeterea haec dT. 16 liquida a *D*. a liquida E. liquida d*r*. *om.* VR. (*an* liquida, at a? *ut post* tota *omittendi causa appareat*). | salsiore VdT*D*. -or c E*r*. -or R*v*. 16. 17 ui distans VRE*v*. distans uidi dT. 17 aliud RdT*v*. alii ut E. aliut V²*D*. -int V¹. *an* aliud est? 18 uocare R. 21 suffitu VRd*v*. *cfr. XXXII 124. 131.* -to E*D*. 22 monstrantes VRdTf*H*. morantes E*v*. | nunc e sconbro V. noncessū pro R. | lautissimum R. lat- V.

Carthaginis spartariae cetar*i*is — sociorum id appellatur —, singulis milibus nummum permutantibus congios fere binos. nec liquor ullus paene praeter unguenta maiore in pretio esse coepit, nobilitatis etiam gentibus. scombros et Mauretania Baeticaeque et*iam* Carteia ex oceano intrant*es* capiunt, ad nihil aliud utiles. laudantur et Clazomenae garo Pompeique et Leptis, sicut muria Antipolis ac Thurii, iam
95 vero et Delmatia. — (44) Vitium huius est allex atque inperfecta nec colata faex. coepit tamen et privatim ex inutili pisciculo minimoque confici. apuam nostri, aphyen Graeci vocant, quoniam is pisciculus e pluvia nascatur. Foroiulienses piscem, ex quo faciunt, lupum appellant. transiit deinde in luxuriam, creveruntque genera ad infinitum, sicuti garum ad colorem mulsi veteris adeoque suavitatem dilut*um*, ut bibi possit. aliud vero *est* castimoniarum superstitioni etiam sacrisque Iudaeis dicatum, quod fit e piscibus squama carentibus. sic allex per-

---

XIII 102. Apicius VII 7, 13. Horat. sat. II 8, 46. (Strabo III 4, 6 p. 159). — cfr. Plin. IX 92. — Martial. epigr. XIII 103. IV 88, 5. — § 95: Geop. XX 46, 2. — Aristot. h. a VI 15 p. 569$^{b}$. Oppian. hal. I 766.

---

1 sparfariae **VR**$^{1}$. scombrariae. *coni. Marquardt e Strabone, sed cfr. Isid. XV 1, 66.* | cetariis *v.* -ris **r***D.* ceteris *r.* 2 paene binos **E***v.a.H.* 3 nullus **E**. | in *om.* **E**. 4 scombro **Vd**. -bros quidem **R**(?)*v. cfr. § 102.* 4. 5 mauretani **R**$^{1}$. -ritania **d**. 5 baeticaque *v.a.H.* | etiam *ego.* et **VdE***v.* *om.* **R**(?)*H.* | intrantes *v.* -tis *ll.S.* 6 & (*pro* ad) **R**$^{1}$. | alium **VR**$^{1}$. | utiles *v.* -le est **VdEr**. ut ille est **R**. | glauzomenae **Vd**. 7 pompeique et **E***v*(*J*). -peiique et **dr***C.* -pei **V**. -peii **R**. | thuri **V***D.* -ria *v.a.G.* 8 delmatha **Vd**. dalmatia **R**(?)*v.a.S.* | est et **E**. *om.* **d**. | alex **R** *v.a.J.* alex est **d**. | atque **VE***D.* *om. rv.* 9 inperfectae *D.* | ne **R**$^{1}$. | colatae **VR***D.* | faex **d***v.* fex *r.* | et priuatim **Er***v.* et **R**. *om. r.* 9. 10 ex inutili *om.* **R**$^{1}$. 10 conci/// **R**$^{1}$. | nostris **R**$^{1}$. 11 is *om.* **Vd**. | nascatur **VRd***J.* -citur **Er***v*(*D*). *cfr. CFWMüller p. 6.* 13 transit **E***v.a.C*(*D*). *cfr. nota ad XXXIII 131.* | luxoria **V**. -io **R**. | creuerunt **E**. 13. 14 in infinitum **E**. 15 suauitatem dilutum *ego.* dilutam suauitatem *ll.v.* | est *ego.* ad **VdTE***v*(*D*). *om.* **Rf**(?)*H.* (*lac. post* ad *indicavit D*). 15. 16 catimoniarum **V**. 16 superstitionem etiam sacris *v.a.H.* 17 squama maceretnentibus **V**.

venit ad ostreas, echinos, urticas maris, mullorum io-
cinera, innumerisque generibus ad sapores gulae coepit
sal tabescere.

Haec obiter indicata sint desideriis vitae. et ipsa 96
tamen non nullius usus in medendo. namque et allece
scabies pecoris sanatur infusa per cutem incisam, et
contra canis morsus draconisve marini prodest, in lin-
teolis autem concerptis inponitur, et garo ambusta recen- 97
tia sanantur, si quis infundat ac non nominet garum.
contra canum quoque morsus prodest maximeque croco-
dili et ulceribus, quae serpunt, aut sordidis. oris quoque
et aurium ulceribus aut doloribus mirifice prodest. muria
quoque sive illa salsugo spissat, mordet, extenuat, siccat, 92
dysintericis utilis, etiam si nome intestina corripi*at*, ischia-
dicis, coeliacis veteribus infunditur. fotu quoque apud
mediterraneos aquae marinae vicem pensat.

**9.** (45) Salis natura per se ignea est et inimica 98
ignibus, fugiens eos, omnia erodens, corpora vero ad-
stringens, siccans, adligans, defuncta etiam a putrescendi
ta*be* vindicans, ut durent *e*a per saecula, in medendo vero
mordens, adurens, repurgans, extenuans, dissolvens, sto-
macho tantum inutilis, praeterquam ad excitandam avidi-
tatem. adversus serpentium morsus cum origano, melle,

§ 96 extr.: Pl. iun. 86, 4. 5. — § 97: Pl. iun. 83, 16. Diosc. II 34. (cfr. Colum. VI 13, 1). Marc. 9, 14 (36). Diosc. V 127. eupor. I 238. Celsus IV 22. — § 98: Diosc. V 125. Isid. XVI 2, 6. — Pl. iun. 111, 9. 10.

1 echinas **E**. ecinus **V**. | urticas *om.* **VR**[1]. | maris *ll.* **T***J*. cammaros *v.* | multorum **VRd**. 1. 2 iocinere **E**. 2 sapores **d***S*. -ris *r**D*. -rem *v.* | gile **V**. cyle **d**. 5 nulli **VdE***v.a.H*. 6 sanantur **d**. 7 draconiuae **V**. 10 morsus **dE***v*(*S*). -sum *r***f***H*. 10. 11 crocodilo **V**. 11 sordidi **E**. 14 nomen **V**. | corripiat *ego.* -pit *ll.v.* 14. 15 *an* coeliacis, ischiadicis? *cfr. Diosc.* 15 fotu **d***v*. -tū **E***r*. -to *r*. 16 prestat **dT**. 19 ac **a***v.a.G.* | putrescendi **VRE***S*. -do **d**(?)*G*. ●ntia *v.* 20 tabe *J. cfr. XV 80. VII 70.* (labe *Isid.*). ta **V**. to **R**. ita **E***v*. ito r. *om.* **d**(?)*G*. tabo *S*(*D*) *cum cod. Murb.* (?). *cfr.* sanie *§ 93.* *an* uitio? | uendicans **R**[1]*v.a.H.* | durent ea *v.* -retita **VE**. -rent ita *r*(?)*G*. 21 repugnans **VE***v.a.C.* 21. 22 stomachū **VR**. 23 *dist. ego.*

hysopo, contra cerasten cum origano et cedr*ia* aut pice
99 aut melle auxiliatur, contra scolopendras ex aceto potus, adversus scorpionum ictus cum quarta parte lini seminis et oleo vel aceto inlitus, adversus crabrones vero et vespas similiaque ex aceto, ad heterocranias capitisque ulcera et pusulas papulasve et incipientes verrucas cum sebo vitulino, item oculorum remediis et ad excrescentes ibi carnes totiusque corporis pterygia, sed in oculis peculiariter, ob id collyriis emplastrisque additus — ad haec maxime pro-
100 batur *Ta*tt*a*eus aut Caunites —, ex ictu vero suffusis cruore oculis suggillatisque cum murra pari pondere ac melle aut cum hysopo ex aqua calida, utque foveantur salsugine — ad haec Hispaniensis eligitur —, contraque suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur, privatim suggillationibus in linteolo involutus crebroque ex aqua ferventi inpositus, ulceribus oris manantibus in linteolo concerpto, gingivarum tumori infricatus et contra
101 scabritiem linguae fractus comminutusque. aiunt dentes non erodi nec putrescere, si quis cotidie mane ieiunus salem contineat sub lingua, donec liquescat. lepras idem et furunculos et lichenas et psoras emendat cum passa

---

§ 99. 100: Diosc. V 125. — § 99 extr.: Diosc. eupor. I 45. — § 100 extr.: Pl. iun. 102, 18—20. — §§ 101. 102: Diosc. V 125. — § 101 init.: Pl. iun. 28, 4—7. Marc. 12, 21.

---

1 cerenten **R**[1]. | et *ll.v.* aut *B.* | cedria *B e Diosc.* -dro (*corruptum ex* cedri) *ll.D.* cera *v.* 2 ac melle **VR**. | acetū **R**. 3 qua **V**. aequa **T***S*. | semine **VR**[1]**d**. 4 et *ll.* ex *v.* | inlitur **V**. | uel uespas **d***v.a.S.* 5 similiaque **R***v.* -lique **VE**. -liter **dT**. | heterocranias **Er***S.* -neas **d***C.* -nas *B.* -ogranias **R**. hec ergo granias **V**. 6 incipiente **R**. 7 *an* item in? | dearescentes **VR**[1]. excrentes **E**. 9 que **dE***v*(*D*). quoque *rf S.* | cdditur **d**(?)*v.a.S.* | hoc **T***v.a.G.* 10 tattaeus *G cum B*[1]. *cfr. § 84.* &teus **VRd**. et deus **E**. tragasaeus *Ven. cum B*[2]. etateus *v.* et **dT**. | counites **r**. cogn- **R**. 11 suggillatisue **dT***S.* -tis suae **V** (*cfr. § 96*). -tisque *rv*(*D*). | murra **VRd***G.* -rrae **E***v*(*D*). *cfr. § 118.* | aut (*pro* ac) **V**. 12 utque (quae **E**) **Er***v.* aut quae *r.* 13 salsugines **R**. 15 *an* in *delendum? cfr. XXX 101.* 17 concrepto **V**. corre- **R**. | infricatus **Er***v.* infractus *r***T**. | et—18 fractus *om.* **VR**[1]**T**. 21 psaras **VR**.

uva exempto eius ligno et sebo bubulo atque origano ac fermento vel pane; maxime Thebaicus ad haec et pruritus eligitur. tonsillis et uvis cum melle prodest quicumque, ad anginas hoc amplius cum oleo et aceto eodem tempore extra faucibus inlitus cum pice liquida. emollit et alvum 102 vino mixto, innoxie et *t*aeniarum genera pellit in vino potus. aestus balnearum convalescentes ut tolerare possint, linguae subditus praestat. nervorum dolores, maxime circa umeros et renes, in saccis aqua ferventi crebro candefactus levat, colum torminaque et coxarum dolores potus et in isdem saccis inpositus candens, podagras cum farina ex melle et oleo tritus, ibi maxime usurpanda observatione, quae totis corporibus nihil esse utilius sale et sole dixit. *u*tique cornea videmus corpora piscatorum, sed hoc praecipuum *iu*dicatur in podagris. tollit et clavos pedum, 103 item perniones. ambustis ex oleo inponitur aut commanducatus pusulasque reprimit, ignibus vero sacris, ulceribus, quae serpant, ex aceto aut hysopo, carcinomatis cum uva

---

§ 102: cfr. Plin. XXXI 40. — Pl. iun. 35, 20. — Isid. XVI 2, 6. (cfr. Catull. 23, 12). — § 103: Diosc. V 125. — Diosc. eupor. I 123.

---

2 *dist. D.* | ad hec (hac **R**) et **VR**. hic et ad *v.a.D.* 3 ouis **VR**. | *dist. ego.* 5 et mollit et **VR**[1]. 6 uino *D cum U 701.* in uino *ll.v.* | mixtus **d**(?)*v.a.J.* | *dist. ego.* | innoxie **dT***H*. -xio **V***D*. -xia **RE**. idem noxia *v.* | taeniarum *H.* tenearum (tae- *D*) **VRE***D*. tine- **dT***v*. *cfr.* § *36.* 7 tolerari **V***v.a.G.* | possit **VR**[1]. 8 positus subditus (supd- **R**[1]) **VR**[1]. | dolores **Vd***S*. -rem **R**(?)**E***v*(*D*). *cfr.* § *62. 120. XXX 110. XXVIII 237. XXIV 15. 40. XXIII 6. 48. XXXVII 145. XXI 141. XXII 107. 130. 141.* | maxime **VRdT***H*. maxime usurpanda (-dam **E**) obseruatione **Er***v*. *cfr. infra vv. 12. 13.* 9 ex aqua *Pl. iun.* patina **f**(?)*S.* 9. 10 candefactus (-dof- **V**) **VTfE***S*. madef- *r*(?)*v*. 10 lauat **V**. 12. 13 usurpanda (ususpra- **VR**) obseruatione **VRdTf***H*. obseruanda usurpatione **Er***v*. 13 qua **d**. qua quidem *v.a.H.* 14 dixit utique *coni. J.* dixit itaque **dTEr***H*. -xistique **V**. -xitque **R**. dicunt itaque *v.* | hoc *om.* **VR**[1]. 15 iudicatur *ego. cfr.* § *43. XXXIV 178. XXXII 123. XXVIII 26. XVII 157. 193.* dicatur *ll.v.* 15. 16 pedum item **dEr***v*. ite pedum **VR**. item pedum *Müller emend. V 9.* 17 ulceribus **VE**. -busque *r*(?)*v*. 18 serpunt **R***v.a.S.*

taminia, phagedaenis ulcerum tostus cum farina hordei, superinposito linteolo madente vino. morbo regio laborantes, donec sudent ad ignem, contra pruritus, quos sentiunt, ex oleo et aceto infricatus iuvat, fatigatos ex
104 oleo. multi et hydropicos sale curavere fervoresque febrium cum oleo perunxere et tussim veterem linctu eius discussere, clysteribus infudere ischiadicis, ulcerum excrescentibus vel putrescentibus inposuere, crocodilorum morsibus ex aceto in linteolis ita, ut battuerentur ante his ulcera. bibitur et contra opium ex aceto mulso, luxatis inponitur cum farina et melle, item extuberationibus.
105 dentium dolori cum aceto fotus et inlitus cum resina prodest. ad omnia autem spuma salis iucundior utiliorque. sed quicumque sal acopis additur ad excalfactiones, item zmegmatis ad extendendam cutem levandamque. pecorum quoque scabiem et boum inlitus tollit datusque lingendus et oculis iumentorum inspuitur. haec de sale dicta sint.

106 **10.** (46) Non est differenda et nitri natura, non multum a sale distans et eo diligentius dicenda, quia palam est medicos, qui de eo scripserunt, ignorasse naturam nec quemquam Theophrasto diligentius tradidisse.

---

§ 104: Diosc. V 125. (eupor. II 65). Pl. iun. 90, 21. Diosc. V 125. — § 106: Isid. XVI 2, 7.

---

1 tostus **dT***S*. -um *H*. totus *r*. tritus *v*. 2 superinposita **Vd**. 3 sudent **dE***v*. -dant *rS*. | quod **RE**. 4 infricatis **V**. | iuuat et **d***v.a.S*. | fatigatus **V**. uat- **E**. 6 et iunxim **V**. | lintu **V**. 7 sciadicis **Vr**. rad- **R**. | ulceribus *v.a.H*. 9 batuerentur **VRd***v.a.S*. pauer- *H*. 10 his (*sc.* linteolis) *ego e Diosc.* hic **VdE***H*. inc **R**$^1$. ictuum **R**$^2$*Brot.* hac *G*. ictu *vel* (arte) uinctu *coni. B*. ictum *v*. uincta *S*. uinculis *J*. *del. D*. (*Plinius prave legit* τυπτομένων . . . τοῖς ἐνδέσμοις). | oppium **V***Ven.* 11 exuberationibus **VR**. 12 dolore **VR**$^1$. | fotus **VRfE***Verc.*(*H*). potus **dT***Ven.* tostus *C*. et fotu *G*. | illinitus **R**$^1$. 15 zmegmatis **V***S*. szme- **R**. smed*H*. -aticis **Er***v*. | extendendam **Er***v*(*S*). -nuendam **VR**. -nuandam **dT***H*(*J*). *cfr.* § *84. XXVI 163. XXXII 65. XI 238.*
16 datusque **VE***v*. -turque *r*(?)*G*. 17 lingendos **VR**. | haec est (et *v*) de **VR**$^1$*v.a.S*. 21 scripser̄ **V**. -ere *v.a.S*.
22 theophrastus **R**$^1$. -prastus **V**.

Exiguum fit apud Medos canescentibus siccitate con-
vallibus, quod vocant halmyraga, minus etiam in Thracia
iuxta Philippos, sordidum terra, quod appellant agrium.
nam quercu cremata numquam multum factitatum est et 107
iam pridem in totum omissum. aquae vero nitrosae
plurimis locis reperiuntur, sed sine viribus densandi.
optimum copiosumque in Clitis Macedoniae, quod vocant
Chalestricum, candidum purumque, proximum sali. lacus
est nitrosus exiliente e medio dulci fonticulo. ibi fit
nitrum circa canis ortum novenis diebus totidemque ces-
sat ac rursus innatat et deinde cessat. quo apparet soli 108
naturam esse, quae gignat, quoniam compertum est nec
soles proficere quicquam, cum cesset, nec imbres. mirum
et illud, scatebra fonticuli semper emicante lacum neque
augeri neque effluere. iis autem diebus, quibus gignitur,
si fuere imbres, salsius nitrum faciunt, aquilones deterius,
quia validius commovent limum.

Et hoc quidem nascitur, in Aegypto autem conficitur, 109
multo abundantius, sed deterius, nam fuscum lapidosumque
est. fit paene eodem modo quo sal, nisi quod salinis mare
infundunt, Nilum aut*u*m*n*o nitrariis. hae *a*ccedente Nilo
ri*g*antur, decedente madent suco nitri XL diebus conti-

§ 107 init.: cfr. Plin. XVI 31. — § 109: cfr. Plin. supra § 81.

2 halmyraga *S*. -rhaga **Rd**(?)*H*. -miraga *rB*. -rhaga *C*. -gara *v*. 3 quod **Er***v*(*D*). qua **R**. aqua *r*. a qua *J*. 4 namque aqua cremata **E**. | facinatum **V**. facn- **R**$^1$. 5 emissum **R**. 6 pluribus **R**(?)*v.a.D*. *cfr. § 4.* | in locis **E***D*. 7 clitis *ll.v*(*J*). clytis *G*. Litis *H* (Letis *B*) *coll. IV 36. nomen adhuc corruptum.* 8 chalestricum **VdE***J*. *cfr. § 115. Herodot. VII 123.* cal- **R***v.a.C*. chalast- *C cum B ex IV 36.* | sale **R**. 13 proferrae **E**. | esset **E**. 14 et **VR***S*. est **E**. est et **d**(?)*v*. 15 augere **E**. | effluere **E***v*(*D*). flu- *r***Tf***H*. | iis **d***v*. his *rS*. 20 modo **RE***v*. malo **V**. ///a loco **d**. | quo *del.* **d**$^2$. quo sal nisi *om.* **E**. 21 infunditur **d**. | nihilum **E***v.a.B*. autumno *ego*. autem mo **VRd**. -tem modo *J*. -tem **E***v*(*D*). nitrariis **E**$^2$*v*. -anis **E**$^1$. nstraris *r*. | hae **d***H*(*J*). haec *rS*. *del. v.* | accedente *ego*. cedente (-tem **E**) *ll.H*. exced- *v*(*D*). 21. 22 nilo — decedente *om.* **VR**$^1$**dT***H* (*retinens tamen* Nilo). 22 rigantur *ego*. ſiccant' **Er***v*. | decedente (-tem **E**) **Er***v.a.H*. reced- *D*. | madent **Er***v*. -dant **R**. manant *r***T**. | XL *om.* **E**.

nuis, non ut in Macedonia statis. si etiam imbres adfuerunt, minus e flumine addunt, statimque ut densari coeptum est, rapitur, ne resolvatur in nitrariis. *h*ic quoque olei natura intervenit, ad scabiem animalium utilis.
110 ipsum autem conditum in acervis durat. mirum in lacu Ascanio et quibusdam circa Chalcida fontibus summas aquas dulces esse potarique, inferiores nitrosas. — In nitro optimum quod tenuissimum, et ideo spuma melior, ad aliqua tamen sordidum, tamquam ad inficiendas purpuras
36,193 tincturasque omn*e*s. magnus et vitro usus, qui dicetur
111 suo loco. — Nitraria*e* Aegypti circa Naucratim et Memphin tantum solebant esse, circa Memphin deteriores. nam et lapidescit ibi in acervis, multique sunt cumuli ea de causa saxei. faciunt ex his vasa nec non et frequenter liquatum cum sulpure coquentes. in carnibus quoque, quas inveterari volunt, illo nitro utuntur. sunt ibi nitrariae, in quibus et rufum exit a colore terrae.

112 Spumam nitri, quae maxime laudatur, antiqui negabant fieri, nisi cum ros cecidisset praegnantibus nitrariis, sed nondum parientibus; itaque non fieri incitatis, etiamsi
113 caderet. alii acervorum fermento gigni existimavere. proxima aetas medicorum aphronitrum tradidit in Asia colligi

---

§ 109 extr.: cfr. Geop. XVI 18, 3. — § 111: cfr. Herodotus II 87. — § 113: Isid. XVI 2, 8. Diosc. V 130.

---

1 in *om.* VR¹. | ſtatis *ll.v.* *an* ceſſantis? | etiam ErG(*D*). et *rS.* autem *v.* *cfr. XV 9.* 2 e d*S.* & VR. a r. ad E. de *v.* ex *D.* | ut *om.* E. 3 resoluantur V. | hic *vet. Dal.* ſic *ll.v.* *cfr. § 91.* 6 asanio E*v.a.B.* | calchida V. 7 putari. quae V. | interiores Vf*S.* 10 omnes *v.* -nis *ll.S.* | nitro *v.a.G.* in uitro *D e coni. S. sed cfr. CFWMüller p. 23.* 11 nitrariae *H.* -ias VRdT. (-iae egregiae *v*). nitri egri ar. 13 acerbis multisque V. | cuniculi dT. tumuli *v.a.H.* | ea *om.* E. 14 eis d. iis *v.a.C.* | et *om.* Rd*v.a.D.* | frequenter d*v.* -ti *r.* 15 *dist. ego. cfr. § 122 extr.* | carnibus *J coll. § 87 et Herodot.* carbonibus *ll.v.* *de mendo cfr. XXXIV 120 extr.* | ad ea quoque *v.a.S.* | quas *ll.J.* quos *S.* quae *v.* 17 et terrae VR¹. 19 *dist. ego.* | nitrari V. -ris *D.* 21 aceruorum VRdTf*H.* operimentorum E*v.* -tum *Lugd.* | cigni V. 21. 22 de afro nitro proxima R. 22 assia colligit V.

in speluncis molibus destillans — specus eos colligas vocant —, dein siccari sole. optimum putatur Lydium; probatio, ut sit minime ponderosum et maxime friabile, colore paene purpureo. hoc in pastillis adfertur, Aegyptium in vasis picatis, ne liquescat; vasa quoque ea sole inarescentia perficiuntur.

Nitri probatio, ut sit tenuissimum et quam maxime 114 spongeosum fistulosumque. adulteratur in Aegypto calce, deprehenditur gustu. sincerum enim statim resolvitur, adulteratum pungit calce et aspersum reddit odorem vehementer. uritur in testa opertum, ne exultet. alias igni non exilit nitrum, nihilque gignit aut alit, cum in salinis herbae gignantur et in mari tot animalia, tantum algae. sed maiorem esse acrimoniam nitri apparet non hoc tan- 115 tum argumento, sed et illo, quod nitrariae calciamenta protinus consumunt, alias salubres oculorumque claritati utiles. in nitrariis non lippiunt; ulcera allata eo celerrime sanantur, ibi facta tarde. ciet et sudores cum oleo perunctis corpusque emollit. in pane salis vice utuntur C*h*al*e*straeo, ad raphanos Aegyptio; teneriores eos facit,

---

§ 114: Diosc. V 129. — § 115 extr.: cfr. Plin. XIX 84. Theophr. C. VI 10, 8. 9. Plin. XIX 143.

---

1 molibus *G*. moll- **VRdTfv**(*Brot.*). mal- **E**. mobil- *Lugd.* in collibus *coni. J.* canalibus *D.* *an* nobilibus *vel* madidis? *sed omnia incerta.* | eos **REv**. eus **V**. eius **d**. eas *D.* | colligas **VRdTE²v**(*J*). -gans **E¹r**. colycas *C*(*S*). colicas *Brot. e coni. H.* Coryclas *D.* *an* collicias? *cfr. XVIII 179.* (*Colum. II 8, 3*). 2 siccari *ego cum vet. Dal.* -ant *ll.v.* 3 fricabile **E***D*. 4 paene **d***Isid.v*(*J*). pane **VR**. plene **Er***S*. 5 picatis ne **dv**. spissatis ne **RE**. -ssa omni **V**. -ssatum ne *D.* *cfr. § 68. XV 61. 65. XIV 134. XXXVI 166.* 9 gustus in cerusa **V**. | facile (*pro* ſtatim) **R**(?)*v.a.S.* *an* statim saliua? persoluitur **VR¹**. 10 calce pungit *D.* | et *om.* **Rd**(?)*v.a.D.* | aspersum **dv**. -rsu **VRf**. -rum **a***D*. | honorem **a**. 10. 11 uehementer **VRdfv**(*D cum* uritur *iungens*). -tem **a***C*. 12 *an lacuna ante* nihilque? | aliter **V**. 13 non tantum *vet. Dal.* | alget **d**. 15 et **VRdv**(*S*). in **E***G*. et in **r**. 17 lipiunt **V**. | ///illita **d²**. 18 hec (*pro* et) **V**. 20 chalestraeo *J.* *cfr. § 107.* calistraeo **dr**. -raeae **R**. -reo (scal- **E**) *r.* chalastrico (cales- *v*) *B.* -raeo *S.*

sed obsonia alba et deteriora, olera viridiora. in medi-
cina autem calfacit, extenuat, mordet, spissat, siccat, ex-
116 ulcerat, utile *iis*, quae evocanda sint aut discutienda et
lenius mordenda atque extenuanda, sicut in papulis pu-
sulisque. quidam in hoc usu accensum vino austero re-
stingunt atque ita trito in balneis utuntur sine oleo. su-
dores nimios inhibet cum iride arida adiecto oleo viridi.
extenuat et cicatrices oculorum et scabritias genarum cum
fico inlitum aut decoctum in passo ad dimidias partes —
117 item contra argema —, oculorum ungues decoctum in
passo cum mali Punici calyce; adiuvat claritatem visus
cum melle inunctum. prodest dentium dolori, ex vino
si cum pipere colluantur; item cum porro decoctum ni-
grescentes dentes, crematum dentifricio, ad colorem re-
ducit. capitis animalia et lendes necat cum Samia terra
inlitum ex oleo. auribus purulentis vino liquatum infun-
ditur, sordes eiusdem partis erodit ex aceto, sonitus et
118 tinnitus discutit siccum additum. vitiligines albas cum
creta Cimolia aequo pondere ex aceto in sole inlitum
emendat. furunculos admixtum resinae extrahit; cum uva
alba passa nucleis eius simul tritis testium inflammationi

---

§ 116: Diosc. V 130. Pl. iun. 100, 10—12. — § 117: Diosc. V 130. Seren. 228. Marc. 13, 18. 9. Pl. iun. 13, 6. 19, 2—5. Diosc. eupor. I 107. Marc. 9, 67. Diosc. eupor. I 63. — § 118: Diosc. V 130. eupor. I 144. Pl. iun. 82, 10. Diosc. eupor. I 141.

---

3 iis *v.* his *ll.C.* | uocanda **V**. 4 extenuenda **V**. -uisenda **E**. 4. 5 pusulisque **d f** *H.* pusill- **RE**. pusil- **V**. pustul- *v.* 7 minus **V**. | iridi **E**. | arida—uiridi *om.* **E**. 10 argema *C.* -mas *ll.v.* | *dist. ego.* | inungues *SJ cum Gron., sed* ungues = pterygia: *cfr. § 99 et Cels. VII 7, 4.* | *an* decocitur? 10. 11 in passo cum *ego.* cum (*om.* **d** *S*) passo in *ll.v*(*J*). *cfr. XXII 90. 103. 143. XXIII 85.* 11 calyce **Rd** *C.* -lice **V**(?)**E** *v*(*D*). | adiuuat **R** *H*(*J*). -uat ad **VdT**. -uat et *S.* -uat nitri (-rum *v*) **E** *v.* 13 piperi **V**. 14 *dist. ego coll. Marc. de dativo* dentifricio *cfr. XXXII 65.* 15 et lendes **Er** *v.* edentes **Vd**. dentes **R**. 16 inlinitum **Er**. 16. 17 infundatur **E**. 17 herodit **V**. 18 siccum *ll.v. an* sic cum ture? *cfr. Diosc. eupor.* 19 cimoliae **R**. 20 extrahit *ego e Diosc.* -ahit aut *ll.v.* (*an vero* extrahit aut sebo? *cfr. Diosc.*). 20. 21 *dist. ego.*

occurrit, item eruptionibus pituitae in toto corpore cum
axungia, contraque canis morsus addita et resina inlitis.
cum aceto inlinitur sic et serpentium morsibus; phage-
daenis et ulceribus, quae serpunt aut putrescunt, cum
calce ex aceto. hydropicis cum fico tusum datur inlini-
turque. discutit et tormina, si decoctum bibatur pondere 119
drachmae cum ruta vel aneto vel cumino. reficit lassi-
tudines cum oleo et aceto perunctorum, et contra algores
horroresque prodest manibus pedibusque confricatis cum
oleo. conprimit et pruritus suffusorum felle, maxime cum
aceto ins*till*atum. succurrit et venenis fungorum ex posca
potum aut, si buprestis *hau*sta sit, ex aqua, vomitionesque
evocat. *i*is, qui sanguinem tauri biberint, cum lasere
datur. in facie quoque exulcerationes sanat cum melle 120
et lacte bubulo. ambustis tostum, donec nigrescat, tri-
tumque inlinitur. infunditur v*e*sic*a*e et renium dolori aut
rigori corporum nervorumve doloribus. paralysi in lingua
cum pane inponitur. suspiriosis in tisana sumitur. tus- 121
sim veterem sanat flore mixto galbano, resinae terebin-
thinae pari pondere omnium ita, ut fabae magnitudo de-

---

II 113. Pl. iun. 86, 3. 4. Diosc. eupor. I 200. — Diosc. V 130. eupor. II 65. (cfr. Plin. XXIII 122). — § 119: Diosc. V 130. eupor. II 40. (cfr. Marc. 28, 70). eupor. I 228. II 25. — Diosc. V 130. — § 120: Pl. iun. 34, 16. 17. Marc. 19, 19. Seren. 137. — Diosc. V 130. — § 121 med.: Diosc. eupor. II 56.

---

2 addita et resina — p. 47, 19 redegere afri *in* **VR** *iterata leguntur* (**V**ᵃ**R**ᵃ); *cfr. praefatio.* | inlitis **VV**ᵃ**R**. initis **E** r *D*. -tiis **dR**ᵃ*v*. 2. 3 *dist. ego.* 5 datur *om.* **VR**¹. 5. 6 inlinitur quae **R**¹. 7 cūrqueta **V**ᵃ**R**ᵃ. 8 et (*ante* aceto) **VRdTf***H*. ex **E***v*. uel **V**ᵃ**R**ᵃ. 11 instillatum *coni. H.* insudatum *ll.***Tf**. datum *v*. in usu datum *Brot.* in sudore datum *S e coni. Dal.* insufflatum *D.* 12 hausta *S*(*D*) *cum vet. Dal. coll. XXVIII 155.* pasta **E** r *v*. exp- *r***T**. exsputa *J.* (*an* pota? *cfr. XXVIII 128. XXIX 105.*). | uomitioneque *S coll. XXIII 80.* 13 iis *v*. his *ll. C.* 15 totum **E**. 15. 16 totumque **E**. 16 uesicae *ego coll. Marc. 26, 106.* urceis *ll.***Tf***v*(*J*). uentris (d?)*C*. | dolori **dTE** r *H*. -re *r*. -ribus *v*. 17 rigore **V**ᵃ**R**ᵃ. | nervorum uel **VV**ᵃ**RR**ᵃ. -rumque *v. a. J.* | paralysi in **d***C*(*J*). -si *v*(*S*). -lisin **RR**ᵃ**E**. per alysin **VV**ᵃ. | linguae *S cum vet. Dal.*

voretur. coquitur dilutumque postea cum pice liquida sorbendum in angina datur.

Flos eius cum oleo cypreo et articulorum doloribus in sole iucundus est. regium quoque morbum extenuat in potione vini et inflationes discutit, sanguinis profluvium e naribus sistit ex ferventi aqua vapore naribus rapto.
122 porriginem alumine permixto tollit, alarum virus ex aqua cottidiano fotu, ulcera ex pituita nata cera permixtum, quo genere nervis quoque prodest. coeliacis infunditur. perungui ante accessiones frigidas nitro et oleo multi praecepere, sicut adversus lepras, lentigines; podagris in balneis uti. solia nitri prosunt atrophis, opisthotonis, tetanis. — Sal nitrum sulpuri concoctum in lapidem vertitur.

123 **11.** (47) Spongearum genera diximus in naturis
9, 148 aquatilium marinorum. quidam ita distingunt: alias ex his mares tenui fistula spissioresque, persorbentes, quae et tinguntur in deliciis, aliquando et purpura; alias feminas maioribus fistulis ac perpetuis; maribus alias duriores, quas appellant tragos, tenuissimis fistulis atque densissimis. candidae cura fiunt: e mollissimis recentes per aestatem tinctae salis spuma ad lunam et pruinas sternuntur inversae, hoc est qua parte adhaesere, ut candorem bibant.

---

§ 122: Pl. iun. 13, 7. 8. Marc. 4, 7. — Diosc. V 130. eupor. II 24. (cfr. Marc. 19, 38). — § 123: Diosc. V 137. Isid. XII 6, 61.

---

3 eius **Er**_v_. et uua (una **d**) _r_. | cypreo (cip- **E**) **V**$^{a}$**R**$^{a}$**Er**_J_. -pereo **VR**. -prino **d**(?)_Lugd_. -prio _v_. _cfr. nota ad XXIX 106_. 4 exterminat **Er**(exte _absciso_)_v.a.H_(_D_). 7 pruriginem **d**_v.a.H_. 8 fato **RE**. | ex — cera _om_. **E**. 10 accessio **VV**$^{a}$**RR**$^{a}$. | frigidas **d**_v_. -da _r_. | et per oleo **V**. 11 sic et _v.a.H_. | podagricis **d**(?)_v_. -gras _D_. 12 ungi _C_. | _dist_. _D_. | solia _ll.v_(_D_). -io _B_. | niti **R**$^{1}$. | prodest **R**(?)_v.a.D_. | atrophis **d**_v_. -pliis **V**$^{a}$**RR**$^{a}$. -piliis **V**. -pis **E**. 13 sal et nitrum _B_(_S_). 15 uenturis **E**. 16 restingunt **E**. 16. 17 ex his maris (-res **d**_S_) **VV**$^{a}$**RR**$^{a}$**d**_S_. existimare **Er**. ex his mares existimauere _v_. 17 persorbentes quae _om_. **E**. 18 ex **E**. | inunguntur **VR**. 19 maribus _ll.v_(_J_). e ma- _B_. in ma- _S_. _om_. _Isid_. 20 etque **d**. et' quae **VV**$^{a}$. aeque _v.a.G_. 21 e **dEr**_v_. et _r_. ex _D_. 22 spumam **VV**$^{a}$. | ſeruntur **Er**.

animal esse docuimus, etiam cruore inhaerente. aliqui 124
narrant et auditu regi eas contrahique ad sonum, ex- 9, 149
primentes abundantiam umoris, nec avelli petris posse,
ideo abscidi ac saniem remittere, quin et .... eas, quae
ab aquilone sint genitae, praeferunt ceteris, nec usquam
diutius durare spiritum medici adfirmant. sic et prodesse
corporibus, quia nostro suum misceant, et ideo magis
recentes magisque umidas, sed minus in calida aqua
minusque unctas aut unctis corporibus inpositas et spis-
sas minus adhaerescentes. mollissimum genus earum 125
penicilli. oculorum tumores sedant ex mulso inpositi,
iidem abstergendae lippitudini, utilissime *ex* aqua; tenuis-
simos *esse* mollissimosque oportet. inponuntur et spon-
geae ipsae epiphoris ex posca et ex aceto calido ad capitis
dolores. de cetero recentes discutiunt, mitigant, molliunt,
veteres non glutinant vulnera. usus earum ad abstergenda,
fovenda, operienda a fotu, dum aliud inponatur. ulcera 126
quoque umida et senilia inpositae siccant. fracturae et

---

§ 124: Isid. XII 6, 60. — § 125: Diosc. V 137. Isid. XII 6, 62. Pl. iun. 21, 3. 4. Celsus VI 6, 1. — Seren. 19. — § 126: Diosc. V 137. — Pl. iun. 74, 16. 17.

---

1 etiam **R**(?)**E***v*. *om. r*. | aliquis **VV**$^a$. 2 audi **R**$^1$. -dita **R**$^a$. | somnum **V**$^a$**R**$^a$. 4 abscidi **V***J*. -indi *r Isid. v*(*D*). *cfr. nota ad XXIX 99.* | sanguinem *Isid.* | emittere **E***rv.a.J*(*D*). *cfr. Isid. et nota ad XXIII 113.* | *lac. ego indicavi et dist.; exciderunt fere* abscisas aliquamdiu uiuere. *cfr. IX 149. 150.* 10 adhaerescentes *ego*. -cente **d**. -centem (-her- **VV**$^a$) **VV**$^a$**RR**$^a$. -cere **E***rv*. 11 penicilli **d***rC*. -ilis **V**$^a$**R**$^a$. -illis **T**. -inis **VR**. paenicelli **E***v*. | fedant **dT***Pl. iun. J*. -te **VV**$^a$**RR**$^a$. leuant **E***rv*(*D*). *cfr. XXX 114. XXVI 96. XXV 153. XX 169.* 12 iidem **RR**$^a$**d***G*. idem **VV**$^a$*J*. item *v*(*D*). *de* **E** *non constat.* | lippitudinis **VV**$^a$**R**$^a$. | utilissime **VRR**$^a$**d***D*. -ma **V**$^a$**E***r*. -mi *v*. | ex aqua *D coll. Celso.* e aqua **E**. e ea **V**$^a$. ea *r*. eosque *G*. eam quae *v*. | *dist. ego.* (ex aqua *sc.* inponuntur). 12. 13 tenuissimos esse *D*. -mos et **V**$^a$**R**$^a$**dE***rG*. -mos **VR**. -ma est *v*. 13 mollissimosque *D*. -moque **V**$^a$**R**$^a$**E***r*. -mos esse **d**(?)*G*. que **VR**. -mam quoque esse *v*. 14 poscet ex **V**. *an* posca, ex? 15 molliunt mitigant **VV**$^a$(?)*v.a.D*. 16 conglutinant *v.a.H. sed cfr. Diosc.* 17 fouenda *om.* **R**$^a$. | aperienda **V**$^a$**d**. *om.* **R**$^a$. | imponitur **d**. adponatur **VR**$^1$*f*.

vulnera spongeis utilissime foventur. sanguis rapitur in secando, ut curatio perspici possit. et ipsae vulnerum inflammationibus inponuntur nunc siccae, nunc aceto adspersae nunc vino, nunc ex aqua frigida; ex aqua vero caelesti inpositae secta recentia non patiuntur intumescere.
127 inponuntur et integris partibus, sed fluctione occulta laborantibus, quae discutienda sit, et *i*is, quae apostemata vocant, melle decocto perunctis, item articulis alias aceto salso madidae, alias e posca; si ferveat impetus, ex aqua, eaedem callo e salsa, at contra scorpionum ictus ex aceto. in vulnerum curatione et sucidae lanae vicem implent ex eadem; differentia haec, quod lanae emolliunt, spongeae
128 coercent rapiuntque vitia ulcerum. circumligantur et hydropicis siccae vel ex aqua tepida poscave, utcumque blandiri opus est operireve aut siccare cutem. inponuntur et *i*is morbis, quos vaporari oporteat, ferventi aqua perfusae expressaeque inter duas tabulas. sic et stomacho prosunt et in febri contra nimios ardores, sed splenicis e posca, ignibus sacris ex aceto efficaciores quam aliud;

---

§ 128: Scribon. 133. Pl. iun. 95, 4. — Pl. iun. 98, 18. 19.

---

3 inflammationibus (fla- **E**) **E***v*. -ones si nec *rJ*. | inponuntur **E***v*. inungitur (iniu- **V**) *r J* (*lac. indicata*). | aceto **dfE***H*. ex ac- *r***T***v*. 4 nec uino $V^a$. nunc e uino *v.a.H*. *an* aut uino? | nunc (nec $V^a$) ex $V^aRR^adE$*v*(*D*). nunc **V***H*. 5 secta **E***B*(*D*). siccat $VV^aRR^a$*v*. -ant **dT**. siccaeue *J*. 6 fluctuationes **E**. -one *v.a.B*(*G*). 7 quae **E***v*. qua *r*. | sunt *v.a.G*. | et **E***v*. ex *r*. | iis *v*. his *ll.D*. | apostema $R^a$. 8 articulariis **dT***v.a.G*. 9 si *om*. $V^a$. | fuerat **VR**. | impetus $V^aR^ad$*v*. -peratus **VR**. -positus **a**. inp .... **R**. 10 eaedem *Murb.B*. ead- *ll.***a***v*(*D*). | callo *ll.S*. et ca- *B*. e ca- *v*. | ad $VV^a$. | *dist. J*. 11. 12 implent nunc ex uino et oleo nunc ex eadem *v.a.J*. 12 emolliunt **a***v*. mo- **d**. et mo- *r*. 13 cohercent **V**. 14 ex *om*. **d**. | posca **d**. 15 blandiri opus *S cum Murb*. -diori opus $VV^aRR^a$. -dioribus **E**. -dioribus opus **d**(?)*v*. | est *ll.v*. *an* sit? *cfr. Frobeen p. 33*. | operireue **a***J*. -riue **V**. -ririue *rv*. *cfr. nota ad XXVII 56*. | siccare $V^aRR^a$ **TE***v*(*J*). -ri **Vd**(?)*G*. 16 iis *v*. his *ll.C*. | oportet $V^aR^a$. 17 perfusa **dE***D*. | expressaeque $R^a$*v*. -ssaque **E***D*. -praessaque *r*. | sic et $R^a$. sic et in $VV^aRdTf$*S*. sic et inpositae (-at **E**) **E***v*(*D*). 18 sed **E***v*(*D*). et *rS*.

inponi oportet sic, ut sanas quoque partes spatiose ope-
riant. sanguinis profluvium sistunt ex aceto aut frigida, 129
livorem ab ictu recentem ex aqua salsa calida saepius
mutata tollunt, testium tumorem doloremque ex posca.
ad canum morsus utiliter concisae inponuntur ex aceto
aut frigida aut melle, abunde subinde umectandae. Afri-
canae cinis cum porri sectivi suco sanguinem reicientibus
haustus, al*i*is ex frigida, prodest. idem cinis vel cum oleo
vel cum aceto fronti inlitus tertianas tollit. privatim Afri- 130
canae ex posca tumorem discutit, omnium autem cinis
cum pice crematarum sanguinem sistit vulnerum; aliqui
raras tantum ad hoc cum pice urunt. et oculorum causa
comburuntur in cruda olla figulini operis, plurimum pro-
ficiente eo cinere contra scabritias genarum excrescentes-
que carnes et quicquid opus sit ibi destringere, spissare,
explere. utilius in eo usu lavare cinerem. praestant et 131
strigilium vicem linteorumque adfectis corporibus. et
contra solem apte protegunt capita. medici inscitia ad
duo nomina eas redegere, Africanas, quarum firmius sit
robur, Rhodiacasque ad fovendum molliores. nunc autem
mollissimae circa muros Antiphelli urbis reperiuntur.

---

§ 129: Marc. 10, 1. 5. — Pl. iun. 102, 21. 22. Marc. 19, 47. — Pl. iun. 64, 14. Marc. 33, 17. — Pl. iun. 86, 14—16. 38, 13. 14. Marc. 16, 77. Pl. iun. 89, 20. 21. — § 130: Diosc. V 137. — § 131: cfr. Scribon. 158. Marc. 36, 39.

---

2 fluuium **V**. | aut aqua frigida **dT**. 3 abiectus **R**. 5 exponuntur **V**. 6 abunde *v*(*D*). hab- **E**. *om.* *r***Tf***Murb.H.* 8 haustus aliis *ego* (*et dist.*). haustu salis *ll.v.* *cfr. Plin. iun. p. 38, 13 et Marc. 16, 77* (haustus). | item **d**. 9 uel aceto **d**(?)*v.a.S.* 10 discutit (*sc.* cinis) *ego.* -tiunt *ll.v.* 11 se sistit **V**$^{a}$. se sista **R**$^{a}$. sistunt **E**. 15 destringere re **VRf**. -ing **R**$^{a}$. 16 et *om.* **RR**$^{a}$. 17 striglium (tri- **V**$^{a}$) **VV**$^{a}$**RR**$^{a}$. -gilum *v.a.S.* | linteolumque **T**. -olorumque *C.* 18 ad **Rd***v.* *om.* **E**. in *rD.* 19 nominatas **VV**$^{a}$**d**. | afri **V**$^{a}$**R**$^{a}$ (*hic desinentes*). *in* **d** *inter* afri *et* canas *interiecta sunt* inserendis praebent — saepius uero quantum (XXXII 17—43): *cfr. praefat.* | firmior **Rd**. for- **V**. 20 rhodiacas **R**. | ad fouendum *Murb. v.* adeo uendum (-unt **d**. nondum **R**) **VRdE**$^{2}$. adeo fouendum **E**$^{1}$. 21 //rahippeli **E**. aranthippeli **a**.

**Trogus** auctor est circa Lyciam penicillos mollissimos nasci in alto, unde ablatae sint spongeae, **Polybius** super aegrum suspensos quietiores facere noctes.

Nunc praevertemur ad marina animalia.

---

# C. PLINI SECUNDI
# NATURALIS HISTORIAE
## LIBER XXXII

---

1 (1) Ventum est ad summa naturae exemplorumque per rerum ordinem, et ipsum sua sponte occurrit inmensum potentiae occultae documentum, ut prorsus neque aliud ultra quaeri debeat nec par ac simile possit inveniri, ipsa se vincente natura, et quidem numerosis modis. quid enim violentius mari ventisve et turbinibus ac procellis? quo maiore hominum ingenio in ulla sui parte adiuta est quam velis remisque? addatur his et reciproci aestus in-
2 enarrabilis vis versumque totum mare in flumen. **1.** tamen omnia haec pariterque eodem inpellentia unus ac parvus admodum pisciculus, echenais appellatus, in se tenet.

---

§ 2: (cfr. Plin. IX 79. 80). Aristot. h. a. II 14 extr. Ovid. hal. 99. Oppian. I 213. Aelian. II 17. Isid. XII 6, 34.

---

1 est caliciam **V**. 2 ablati **V**. 4 praeuertemur (preu- **d**) **dE***v*(*S*). reu- *rC*. | animalia et aquatilia **R**$^{2}$**d**$^{2}$*v.a.J.* 5 natura et **V**. 7 potentia et **VRd**. 8 par aut *v.a.S.* pars **E**. | posset **E**. 9 ipſa **B***v*. -am *r*. | utcente **V**. inueniri **E**. 10 enim *om.* **V**. | uiolentiſ **B**$^{1}$. | uentiſue **BE***v*. beſteiſue *rf*. | tur minibuſ **B**$^{1}$. 11 ingenio *ll.v.* *an* inuento? *cfr. XVII 98. XXXVII 60.* | ulla **B**$^{1}$**E***G*. nulla *rv*. | ſua **B***S*, *ut VI 24, sed cfr. XXXI 83. XXXVII 136. 159. XXI 103. XVII 153. IX 103. IV 23.* | adiu////ta **B**. 12 bis **V**. | reciproti **V**. 15 echenaiſ **B**$^{2}$(**E**?)*J*. *cfr. index et § 148. codd.* **AB** *ad Ovid. hal. 99 ed. Haupt. schol. Bern. ad Lucan. VI 675.* -niſ **B**$^{1}$. -neis *v* (*cfr. § 139. IX 79*). echineis **V**. ethi- **R**. 15 *et* p. 49, 1 tenet

ruant venti licet, saeviant procellae: imperat furori vires-
que tantas compescit et cogit stare navigia, quod non
vincula ulla, non ancorae pondere inrevocabili iactae.
infrenat impetus et domat mundi rabiem nullo suo labore,
non renitendo aut alio modo quam adhaerendo. hoc tan- 3
tulo satis est, contra tot impetus ut vetet ire navigia.
sed armatae classes inponunt sibi turrium propugnacula,
ut in mari quoque pugnetur velut e muris. heu vanitas
humana, cum rostra illa aere ferroque ad ictus armata
semipedalis inhibere possit ac tenere devincta pisciculus!
fertur Actiaco Marte tenuisse praetoriam navem Antoni
properantis circumire et exhortari suos, donec transiret
in aliam, ideoque Caesariana classis impetu maiore pro-
tinus venit. tenuit et nostra memoria Gai principis ab 4
Astura Antium renavigantis — ut res est, etiam auspi-
calis pisciculus, siquidem novissime tum in urbem re-
versus ille imperator suis telis confossus est —, nec
longa fuit illius morae admiratio, statim causa intellecta,
cum e tota classe quinqueremis sola non proficeret, exi-
lientibus protinus qui quaererent circa navem. invenere
adhaerentem gubernaculo ostenderuntque Gaio indignanti
hoc fuisse, quod se revocaret quadringentorumque remi-
gum obsequio contra se intercederet. constabat peculia- 5
riter miratum, quomodo adhaerens tenuisset nec idem
polleret in navigium receptus. qui tunc posteaque videre

§ 3: cfr. Serv. ad Verg. Aen. VIII 699.

ruant **BE***v*. *cfr. Isid.* tenuerant *r*. 2 & **BE***v*. *om. r*. 3 anchorę **B**$^{2}$*v.a.C.* *cfr. IX 83.* | factae **E***v.a.C.* lacte **V**. 4 interfrenat **VR**. 5 renitendo **B**$^{2}$**F**$^{2}$**dT***S*. retin- *rv*. | aut — adhaerendo **BE***v*. *om. r*. 5. 6 haec tantilla *v.a.H.* *an* hoc tantulū? 7 sed *ll.v.* *an* ecce? 10 deuincta **B**$^{2}$**R***v*. -inta **V**. -icta **B**$^{1}$**dT**. -ictam **b**. | piſciculuſ **B**$^{2}$**bd***v*. -liſ *r*. 11 marte **Bbd**$^{2}$*v*. mare **Vd**$^{1}$. -ri **R**. 14. 15 ab aſtura **d***v*(*J*). abſtura **Bb**. -tur *r*. astura *S*(*D*). 15 ut reſ. eſt **B** (*apice litterae* t *in* ut *minuto*). uires. est *D*. 15—17 *dist. ego.* 19 & //ota **B**$^{1}$. | proficeret **Rb***v*. -fecerit *r*. 20 qui **B***S*. quid **VRd**$^{1}$. qui id **d**$^{2}$**b***v*(*D*). | nauim **Vd**$^{2}$*v.a.S.* | inuenire **V**. 21 indignati **B**$^{1}$. 22 reuocet **VR**. 24 miratur **B**$^{1}$. 25 nauigio **R**

eum, limaci magnae similem esse dicunt. nos plurium opiniones posuimus in natura aquatilium, cum de eo
9,79 sq. diceremus, nec dubitamus idem valere omnia ea genera, cum celebri et consecrato etiam exemplo apud Cnidiam Venerem conchas quoque esse eiusdem potentiae credi
6 necesse sit. e nostris quidam Latine moram appellavere eum, mirumque, e Graecis alii lubricos partus atque pro-
9,79 cidentes continere ad maturitatem adalliga*tum*, ut diximus, prodiderunt, alii sale adservatum adalligatumque gravidis partus solvere, ob id alio nomine odinolyten appellari. quocumque modo ista se habent, quis ab hoc tenendi navigia exemplo de ulla potentia naturae vique et effectu in remediis sponte nascentium rerum dubitet?

7 (2) Quid? non et sine hoc exemplo per se satis esset ex eodem mari torpedo? etiam procul et e longinquo, vel si hasta virgave attingatur, quamvis praevalidos lacertos torpescere, quamlibet ad cursum veloces alligari pedes? quod si necesse habemus fateri hoc exemplo esse vim aliquam, quae odore tantum et quadam aura corporis sui adficiat membra, quid non de remediorum omnium momentis sperandum est?

---

§ 6: Ovid. hal. 99. Isid. XII 6, 34. — § 7: (cfr. Plin. IX 143). Oppian. II 56. 58. Aelian. IX 14. Isid. XII 6, 45.

---

1 limachi **B**$^{1}$. | plurimum **VRf**. -morum **dT***v.a.G*. 3 ea **B***S*. *om. rv*. | tenera **VR**. 4 exempli **R**. | indiam **B**$^{1}$. cind- **R**. conidia **E**. gnidiam **d**(?)*v.a.S*. 5 uentrem **B**$^{1}$. uenire **VR**. inueniri **B**$^{2}$. | esse *om.* **VRd***v.a.S*. | credi *om.* **Vd**$^{1}$**f**. 6 latinis **E***v.a.H*. | moram **BVR***S*. remo- **d**(?)**E***v*(*D*). *cfr. Isidor.* (*Ovid.*) *schol. ad Lucan. VI 675 cod. Berol. ed. Weber; contra schol. Bern. ad Lucan., Servius ad Verg. Aen. VIII 699.* 7 partos **V**. 7. 8 producentes **VR**. 8 continere **B**. -ri *rv*. | adalligatū *ego*. -to **B***S*. -to eo *rv*(*D*). 9 salem **E**. 10 partu///ſ **B**. -tuus *D*. | odinolyten **B***S*. -luten **VR**. -lutem **T**. odynolytem **d**(?)*H*. -lyontem *v*. *de* **E** *non constat.* | appellaturi **VR**. 11 habent **B**$^{1}$**VRE** *G*(*J*). -eant **B**$^{2}$(*manu rec.*) **d***v*(*Lugd.*). *cfr. Frobeen p. 34.* | ad hoc **B**$^{1}$. 12 ui//qu//e & **B**(*Gron.*)*S*. ut quae et **V**. ut quae **E**. atque et **R**. atque **d***v*. 13 //ſponte **B**. 14 quid non *ll.S*. quin *v*. | et **Bd**$^{2}$**TE***v*. est *r*. 15 mare **B**$^{1}$. 19 quaedam **V**. 21 separandum **Vd**$^{1}$.

(3) Non sunt minus mira quae de lepore marino tra- 8
duntur. venenum est aliis in potu aut cibo datus, aliis
etiam visu, siquidem gravidae, si omnino adspexerint
feminam ex eo genere dumtaxat, statim nausiant et re-
dundatione stomachi vitium fatentur ac deinde abortum
faciunt. remedio est mas ob id induratus sale, ut in
bracchialibus habeant. eadem res in mari ne tactu qui-
dem nocet. vescitur eo unum tantum animalium, ut non
intereat, mullus piscis; tenerescit tantum et inertior vi-
liorque fit. homines, quibus inpactus est, piscem olent; 9
hoc primo argumento veneficium id deprehenditur. cetero
moriuntur totidem in diebus, quot vixerit lepus, incertique
temporis veneficium id esse auctor est Licinius Macer.
in India adfirmant non capi viventem invicemque ibi ho-
minem illi pro veneno esse ac vel digito omnino in mari
tactum mori, esse autem multo ampliorem, sicuti reliqua
animalia.

(4) Iuba in iis voluminibus, quae scripsit ad C. Cae- 10
sarem Aug. F. de Arabia, tradit mitulos ternas heminas
capere, cetos sescentorum pedum longitudinis et trecen-
torum sexaginta latitudinis in flumen Arabiae intrasse,

---

§ 8: (cfr. Plin. IX 155). Aelian. II 45. schol. Nicand. al. 465. cfr. Aelian. XVI 19. — § 9: Isid. XII 6, 25. Pl. iun. 108, 6—12. Diosc. de ven. 30. — § 10: (cfr. Plin. IX 7).

---

1 de **Bd***C*. e *rv*. 2 est *om.* **RE**. 3 uisu **B***S*. -sus **d***v*. uis *r*. | grauidę **B**$^2$ *in marg., om.* **B**$^1$. 4 nausea et *v.a.S*. 4. 5 redundationem **B**$^1$**VE**. (*an* nausiam et redundationem stomachi uomitu fatentur?). 6 ſaepe **B**$^1$. | et in **V**. 7 brachialibus **B**$^2$*v.a.S*. bractea- **R**. | marinae **V**. -ri et *v.a.S*. 8 ueſtitur **B**$^1$. 9 mulus **R**. | inertior **B**$^1$*J coll. XX 252. XXXI 82*. ingratior *rv*(*D*). 10 in paſtu **T***v.a.G. cfr. Isid.* | tollent **VR**. 11 argumentū **R**. 12 in **B***S*. *om. rv*. | quod **B**$^1$**V**. 13 beneficium **VE**. bef- **B**. | id eſſe **BdE***v*. de ſe *r*. 15 digitū **VR**. 16 mulio **VR**. | sicut **VRd***v.a.S*. 18 iis **BE***v*(*S*). his *rC*. | ſcribſit **B**. | C. *om.* **B**. cum **b**. caium *v.a.Lugd*. 19 mitulos **B**$^1$*G*. uit- *r***dT***v*. marinos *add.* **dT***v.a.G*(*H*). 20 coetos **V**. et hos **E**. | pedum —20. 21 trecentorum **B**$^2$ *in marg., om.* **B**$^1$. 21 Arabim *U 705 coll. IX 7*. | intra se **V**.

pinguique eius mercatores negotiatos, et omnium piscium adipe camelos perungui in eo situ, ut asilos ab iis fugent odore.

11 2. (5) Mihi videntur mira et quae Ovidius prodidit piscium ingenia in eo volumine, quod halieuticon inscribitur: scarum inclusum nassis non fronte erumpere nec infestis viminibus caput inserere, sed aversum caudae ictibus crebris laxare fores atque ita retrorsum repere, quem luctatum eius si forte alius scarus extrinsecus videat, adprehensa mordicus cauda adiuvare nisus erumpentis; lupum rete circumdatum harenas arare cauda atque ita
12 condi, dum transeat rete; murenam maculas adpetere ipsas consciam teretis ac lubrici tergi, tum multiplici flexu laxare, donec evadat; polypum hamos adpetere bracchiisque complecti, non morsu, nec prius dimittere, quam escam circumroserit, aut harundine levatum extra aquam. scit et mugil esse in esca hamum insidiasque non ignorat, aviditas tamen tanta est, ut cauda verberando excutiat
13 cibum. minus in providendo lupus sollertiae habet, sed magnum robur in paenitendo. nam is, ut haesit in hamo,

---

§ 11: Ovid. hal. 9—18. Oppian. II 40. Aelian. I 4. Isid. XII 6, 30. — Ovid. hal. 23—26. Oppian. III 121. Cassiod. ep. XI 40. Isid. XII 6, 24. — § 12: Ovid. hal. 27—30. Oppian. III 127. Aelian. I 33. — Ovid. hal. 31—37. Isid. XII 6, 44. — Ovid. hal. 38. 39. Oppian. III 482. 520. — § 13: Ovid. hal. 39—42. 43—45. 46—48. (cfr. Plin. IX 182).

---

1 pinguit qua **R**. -gitquae **V**. | ei **R**. | negotiato (in eg- **V**) **VR**. -ator **b**. -atores (*del.* mercatores) *v.a.H.* 2 perungere *G.* | sito **V**. | aſilo **B**$^{1}$. 3 his **VRd***C.* 4 . m . iura **R**. | prodit **VR**$^{1}$**f**. 5 halle uticon **B**. haliaeu- **V**. 5. 6 inſcribitur **B***v.* scr- *r.* 6 ſcavrum **B**$^{2}$. car- **E**. | naſſa **B**$^{2}$ *in marg.* | forte **E**. 7 aduersum **VRf**. 8 aque **B**. at quae **V**. | repere **BdT**. erep- **V***S.* aerep- **R**. erip- **E**. erump- *v.* 9 ſcauruſ **B**. 10 erumpenti iſ **B**$^{1}$. 11 caudae **B**$^{1}$. 12 conditum **E***v.a.*(*P*)*H.* candidum **VdT**. | transire *v.a.H. cfr. Isid.* | retem **E**. recte **R**. -tae **V**. 13 tum *ll.v*(*D*). cum *J.* 16 aescam **E**. scam **VR**. | cumroserit **VR**. | leue cum ex utra **VR**. 17 mogil **V**. | aesca **E**. eso **VR**. 20 penitendo **V***Ven.* appet- **b**. | is ut *ego.* ſi in **B**$^{1}$. ſi **B**$^{2}$*S.* ut *rv. cfr. nota ad XXVI 6.*

tumultuoso discursu laxat volnera, donec excidant insidiae. murenae amplius devorant quam hamum, admovent dentibus lineas atque ita erodunt. *an*thias tradit idem infixo hamo invertere se, quoniam sit in dorso cultellata spina, eaque liniam praesecare.

Licinius Macer murenas feminini tantum sexus esse 14
tradit et concipere e serpentibus, ut diximus — ob id 9, 76
sibilo a piscatoribus tamquam a serpentibus evocari et capi — et pinguescere, iactato fusti non interemi, easdem ferula protinus. animam in cauda habere certum est eaque icta celerrime exanimari, ad capitis ictum difficulter. novacula pisce qui attacti sunt, ferrum olent. durissimum esse piscium constat qui orbis vocetur; rotundus est, sine squamis totusque capite constat. — (Lolligo quotiens cernatur extra aquam volitans, tempestates *nunt*iari). —
(6) Trebius Niger xiphian, id est gladium, rostro mu- 15

---

§ 14: Isid. XII 6, 43. — cfr. Plin. XX 261. — Isid. XII 6, 6. — § 15: Isid. XII 6, 36. (cfr. Plin. XVIII 361). — Aristot.

---

1 diſcuſſu (*eadem fere specie qua* -urſu) **B** *J coll. Ovidii codd.* **AB** (*ed. Haupt*). *de mendo cfr. XXXIV 107. XXXV 97. VIII 214.* 2 admouentque **d**(?)*v.a.S.* 3 le ineaſ **B**$^1$. | anthias *D cum U 705 coll. IX 182.* -iam *H cum Gesnero ex Ovidio.* pithiaſ **B**. -asim **dT**. phithias (-tias **R**) in **VR**. pythiasi (-hias **b**$^2$. -heas *v*) id **b***v*. | tradit eaſ **B**. -dunt **b**. 4 cultellata **T***S*. -tu **V**. -to *r***db***v*. *cfr. VIII 91.* 5 ſpinea **B**. ei spina **VRdT***H*. | eaque **RdT***H*. ea quae **V**. quae **B**. que **b***v*. | liniam **B**$^1$**V***S*. -niem **R**. -neam *rv*(*D*). 6 senas **V**. 7 a (*pro* e) **Vf**. | ut diximus — 8 serpentibus *om.* **VRd**. 9 & pinguefcere **B***S*. ping- *rv*. *fortasse exciderunt aliqua.* | *dist. D.* | iactato· **B** (o *in ras.*) *D*. -atu **EdT***B*(*H*). iacta in **VR**. lactatu *v.a.B*(*C*). | interimi **B**$^2$**R***v.a.J*. *cfr. nota ad XXIX 65.* 11 exanimari *om.* **R**. | at **Rd**(?)*v.a.S.* a **E**. | ictum **B***S*. -tu *rv*. 12 piſceſ **B**. | qui attacti *S*(*D*). quiatac ti **B**. quae & tacta (attacta *J*) *rJ*. quae tacta *v*. 13 rutunduſ **B**$^1$. rotundum **E**. | eſt **BE***S*. et *r*. est et *v*. 14 squamis is **VR**. | *uncos ego posui. verba, fortasse post* demergant (*§ 15*) *pertinentia, e margine in alienum locum transierunt.* | lolligo **B***S*. miluago (*Isid.*)*rv*. 15 nuntiari *ego*. mutari *ll.v.* minitari *Verc. cfr. XVIII 361.* mutari designat *Isid. an potius* nuntiantur *vel* nuntiat? 16 niger auctor est **d**(?)*v.a.D.* | xipian **B**$^1$.

cronato esse, ab hoc naves perfossas mergi; in oceano ad locum Mauretaniae, qui Cottae vocetur, non procul Lixo flumine idem lolligines evolare ex aqua tradit tanta multitudine, ut navigia demergant.

16 (7) E manu vescuntur pisces in pluribus quidem Caesaris villis, sed — quae veteres prodidere in stagnis, non piscinis, admirati — in Heloro Siciliae castello non procul Syracusis, item in Labrayndi Iovis fonte anguillae et inaures additas gerunt, similiter in Chio iuxta Senum delubrum, in Mesopotamiae quoque fonte Chabura, de quo
17 diximus, pisces. (8) nam in Lycia Myris in fonte Apol-
31, 37 linis, quem Curium appellant, ter fistula vocati veniunt ad augurium. diripere eos carnes abiectas laetum est consultantibus, caudis abigere dirum. Hieropoli Syriae in lacu Veneris aedituorum vocibus parent, vocati veniunt exornati auro, adulantes scalpuntur, ora hiantia manibus inserendis praebent. in Stabiano Campaniae ad Herculis petram melanuri in mari panem abiectum rapiunt, iidem ad nullum cibum, in quo hamus sit, accedunt.

---

ap. Athen. VII 96 p. 314$^{e}$. Ovid. hal. 97. Aelian. XIV 23 med. Isid. XII 6, 15. — Isid. XII 6, 47. — § 16: (cfr. Martial. ep. IV 30). — Aelian. XII 30. Nymphodorus ap. Athen. VIII 3 p. 331$^{e}$. — § 17: (cfr. XXXI 22. Varro r. r. III 17, 4). Aelian. VIII 5. Polycharm. et Artemidor. ap. Athen. VIII 8 p. 333$^{d-f}$. — Lucian. de Syria dea 45.

---

1 ad hoc **B**. *cfr. § 6.* 1—3 *dist. ego.* 2 cottae **B***D* *cum U 706 coll. V 2 et Strab. XVII 3, 2 p. 825.* coctue **V**. -te **Rd**. -ta **b**. /////ta **E**. Cotte *S*. Cotta *v*. 6 se quae **R**. seque **Vd**. aeque *U 707*. 7 heloro **B**$^1$*D*. -re *r***dT***v.a.B*. Eloro *B*. | ciliciae **B**. | non *om.* **B**. 8 ſupracuſiſ **B**. | labrayndi *ll.J.* -amdi **d**. -andi **T***S*. -andei *H*. -adii *G*. labra Cnidii *v*. | anguillae **B***S*. -llas hae (et hec **b**. et eae *v*) *rv* (*U 707*). -llae hae *D*. 11 pisces **f***D*. -ce **BVdE***v.a.B*. *om.* **R**(?)*B*. | lyciae **R***B*. | myris **R**(**E**?)*G*. myrris **dT**. muriſ **B**. miris **V***v.a.B*. Limyra *B*. 12 curium *ll.v*(*G*). Dinum *B*. Surium *S cum Meinekio ad Steph. Byz. p. 582, 18.* | uocati **B***S*. euo- *rv*(*D*). *cfr. infra.* 13 obiectas **R**(?)*C*. 14 consulantibus **V**. | hierapoli **R**(?)*v.a J.* 16 *dist. U 707.* | adorantes **VR**. | hora **V**. 17 inserendis — p. 59, 12 contra uiscum *in* **VR** *iterata leguntur* (**V**$^a$**R**$^a$); *cfr. praefatio.* 18 ibidem **VV**$^a$**RR**$^a$**T**.

(9) Nec illa in novissimis mira, amaros esse pisces 18
ad Pelen insulam et ad Clazomenas, contra scopulum Siciliae ac Leptim Africae et Euboeam et Durrachium, rursus ita salsos, ut possint salsamenta existumari, circa Cephallaniam et Ampelon, Paron et Deli petras, in portu eiusdem insulae dulces. quam differentiam pabulo constare non est dubium. Apion piscium maxim*e* *mir*um 19
esse tradit porcum, quem Lacedaemoni orthagoriscum vocent; grunnire eum, cum capiatur. esse vero illam naturae accedentiam — quod magis miremur — etiam in locis quibusdam, adposito occurret exemplo, siquidem salsamenta omnium generum in Italia Beneventi refici constat.

(10) Pisces marinos in usu fuisse protinus a condita 20
Roma auctor est Cassius Hemina, cuius verba de ea re subiciam: Numa constituit ut pisces, qui squamosi non essent, ni pollucerent, par*s*imonia commentus, ut convivia publica et privata cenaeque ad pulvinaria facilius compararentur, ni qui ad polluctum emerent pretio minus parcerent eaque praemercarentur.

§ 19: (cfr. Athen. IV 16 p. 139b. 17 p. 140b. Isid. XII 6, 12. 13). — § 20: cfr. Fest. p. 253a, 20. s. v. *pollucere*.

2 clazomenſaſ **B**. | contra ad *v.a.S.* *an* circa? | copelum **B**. 2. 3 siciliae *ll.v.* Scyllae *D cum U 707*. *an* Scyllam Siciliae? *cfr. III 87*. 3 aeuoaeam **V**. eueoeam **V**[a]**R**[a]. euoeam **R**. 5 cephalania **VV**[a]**RR**[a]**d**. -leniam *v.a.S.* | palon (*pro* paron) **B**. 6 babulo **B**. 7 maxime mirum *ego*. maximum *ll.v.* *an excidit* (*ante* Apion) *alterum exemplum piscis aliquo loco non muti? cfr. index.* 8 lacedaemonii **RR**[a]**d**(?) *v.a.S*(*J*). | orthagoriscum *S.* *cfr. § 149.* orthra- *B.* orum tha- **BVV**[a]**RR**[a]**df**. ſtagoriscum **E**. oſt- *v.* 8. 9 uocant **VV**[a]*v.a.S.* 10 accedentiam **BE**. accid- *rv.* | *dist. v.a.J. cfr. index.* 11 occurr& **B***S.* -rrit *rv.* 12 italiam **VV**[a]**RR**[a]. | ueneuenti **B**[1]. (ben- **B**[2] *in marg.*). | refecti **B**. recenti **E**. -ntia refici (eff- *B*) *v.a.H.* 17 pollucerent **B**(**E**?)*G cum Budaeo.* -uerent (pull- **V**[a]) **V**[a]**R**[a]**d**. -uerint **VR**. -incerent *v.* | parſimonia *H cum Scaligero.* patrim- *ll.v.* 17. 18 conuentus **BE***v.a.B* (*praem.* ad). 19 conparentur **VV**[a]**RR**[a]**f**. | neque ad **B**. 20 polluc **VV**[a]**RR**[a]**d**. pollinctum *v.a.G.*

21 (11) Quantum apud nos Indicis margaritis pretium
9,104 sqq. est, de quis suo loco satis diximus, tantum apud Indos curalio; namque ista persuasione gentium constant. gignitur et in Rubro quidem mari, sed nigrius, item in Persico — vocatur lace —, laudatissimum in Gallico sinu circa Stoechadas insulas et in Siculo circa Aeolias ac Drepana. nascitur et apud Graviscas et ante Neapolim Campaniae maximeque rubens, sed molle et ideo vilissi-
22 mum Erythris. forma est ei fruticis, colos viridis. bacae eius candidae sub aqua ac molles, exemptae confestim durantur et rubescunt qua corna sativa specie atque magnitudine. aiunt tactu protinus lapidescere, si vivat; itaque occupari evellique retibus aut acri ferramento praecidi, qua de causa curalium vocitatum interpretantur. probatissimum quam maxime rubens et quam ramosissimum nec scabiosum aut lapideum aut rursus inane et
23 concavum. auctoritas bacarum eius non minus Indorum viris quoque pretiosa est quam feminis nostris uniones Indici. harispices eorum vatesque inprimis religiosum id gestamen amoliendis periculis arbitrantur. ita et decore et religione gaudent. prius quam hoc notesceret, Galli

§ 21: Isid. XVI 8, 1. — (Diosc. V 138). — § 22: Diosc. V 138. Isid. XVI 8, 1. (Theophr. lap. 38). Solin. 2, 41. (cfr. Ovid. metam. IV 750. XV 416). — § 23: Solin. 2, 42. Geopon. XV 1, 31.

1 inuiciſ **B**. 2 quiſ **B** *S*. quibus *rv*. 3 curhalio **B** *D*. *sed cfr. XIII 142* (**M**). *XXXVII 153. 164.* in coralio (cur- *G*) **b** *v.a.S.* | quamque **B**. | conſtat **BV**. 4. 5 in ſuperfico **V**. 5 uoca **B**. | lace **B** *D*. iace (-cae **V**$^{a}$) *rv*. 6 ſthechadas **V**$^{a}$. orcadas **E**. orcha- *v.a.G.* | aeolias **f** *H*. aeolidas **B**$^{2}$. aeal- **B**$^{1}$. eolias **VV**$^{a}$. -ia **b**$^{2}$ aelia **b**$^{1}$. heliam *v*. *de* **RR**$^{a}$ *non constat.* 7 drepana **df** *S*. -num **b** *v*. deprana *r*. | grabis **VV**$^{a}$**RR**$^{a}$. 9 ei **E** *v*(*D*). & **B**. *om. r S.* 10 candidiae **B**. 11 corna **B** *v*. corona *r*. 12 adiunt tactu **V**$^{a}$**R**$^{a}$. adiuncta **VR**. 14 curalium **d** *C*. curha- *D*. cyra- **R**$^{a}$. cyrha- **V**$^{a}$. cirha- **BR**. cirba- **V**. chira- **E**. chera- *v.a.B*. cera- *B*. *cfr. § 21.* | uocitatium **B**. 15 probantiſſimum **B**. | quam maxime — 15. 16 ramossimum *om.* **VV**$^{a}$**RR**$^{a}$**d**. 19 indiciiſ **B**. | harispisces **VV**$^{a}$. arisp- **RR**$^{a}$. haruspices *S*. aru- **d**(?) *v*. 21 nos deceret (-cet et **R**) **VV**$^{a}$**RR**$^{a}$**dTf**.

gladios, scuta, galeas adornabant eo. nunc tanta paenuria
est vendibili merce, ut perquam raro cernatur in suo
orbe. surculi infantiae adalligati tutelam habere credun- 24
tur contraque torminum ac vesicae et calculorum mala
in pulverem igni redacti potique cum aqua auxiliantur,
simili modo ex vino poti aut, si febris sit, ex aqua som-
num adferunt — ignibus diu repugnat —, sed eodem
medicamine saepius poto tradunt lienem quoque absumi.
sanguinem reicientibus excreantibusve medetur cinis eo-
rum; miscetur oculorum medicamentis, spissat enim ac
refrigerat, ulcerum cava explet, cicatrices extenuat.

(12) Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam 25
Graeci antipathian vocant, nihil est usquam venenatius
quam in mari pastinaca, utpote cum radio eius arbores
necari diximus. hanc tamen persequitur galeos, idem 9,155
et alios quidem pisces, sed pastinacas praecipue, sicut
in terra mustela serpentes — tanta est aviditas ipsius
veneni —, percussis vero ab ea medentur et hic quidem,
sed et mullus ac laser, **3.** (13) spectabili naturae poten- 26
tia, in iis quoque, quibus et in terris victus est, sicut
fibris, quos castoras vocant et castorea testes eorum.
amputari hos ab ipsis, cum capiantur, negat S e x t i u s
diligentissimus medicinae, quin immo parvos esse sub-

---

§ 24: Diosc. V 138. (eupor. II 61) Marc. 16, 99. 17, 28. — § 25 med.: (cfr. Plin. XXIX 60). — § 26: (cfr. Plin. VIII 109). Diosc. II 26. schol. Nicand. ther. 565. Aelian. VI 34. Isid. XII 2, 21.

---

2 eſt **BE***v*. et *r*. | uendibile $B^1$. 4 tormt//um $B^2$. | ac calculorum **B***S* (& *et* a *inter se confusis*). *cfr. Müller de stilo p. 67.* 5 igne d*v.a.S.* nigri **V**. | pontiquae **R**. poti **V**$V^a$(?)*S*. 7 *dist. S.* | repugnant d(?)*v.a.S.* (*an* ignibus diu repugnat *pertinent ad finem § 22 post* concavum?). 9 ſcientibus **V**$V^a$**R**$R^a$d. | medentur d(?)*v.a.S.* 10 *dist. J.* 13 antiphatian **B**. -patian **V**$V^a$**R**d. -patiant $R^a$. | uſqua $B^1$. 15 galevoſ *uel* galvoſ $B^2$. 17 muſ telae $B^2$(*S*). | ſerpenteſ $B^1V^aR^a$d*v*. -tiſ *rS*. 18 medetur d*v.a.S.* | hic *v*. hii $R^a$d. hi *ll.S.* 19 spectabilis d(?)**E***v.a.S.* 20 ſicut **B***S*. ſic et **E**. ſicut et *rv*. 21 febris **V**$V^a$**R**$R^a$. | catoras **V**. castores *v.a.S.* | uocanteſ; caſtorea **B**. 23 *et* p. 58, 1 substructosque **V**$V^a$**R**$R^a$d.

strictosque et adhaerentes spinae, nec adimi sine vita animalis posse; adulterari autem renibus eiusdem, qui sint grandes, cum veri testes parvi admodum reperiantur;
27 praeterea ne vesicas quidem esse, cum sint geminae, quod nulli animalium; in iis folliculis inveniri liquorem et adservari sale; itaque inter probationes falsi esse folliculos geminos ex uno nexu dependentes, quod ipsum corrumpi fraude conicientium cummim cum sanguine aut Hammoniacum, quoniam Hammoniaci coloris esse debeant circumdati, liquore veluti mellis cerosi, odore graves, gustu amaro et acri, friabiles. efficacissimi e Ponto Galatiaque, mox
28 Africa. sternumenta olfactu movent. somnum conciliant cum rosaceo et peucedano perunctо capite et per se poti ex aqua, ob id phreneticis utiles; iidem lethargicos odoris suffitu excitant volvarumque exanimationes vel subditu, ac menses et secundas cient II drachmis cum puleio ex aqua
29 poti. medentur et vertigini, opisthotono, tremulis, spasticis,

---

§ 27: Diosc. II 26. — § 28: Diosc. II 26. (Scribon. **10**). eupor. I 11. 10. Pl. iun. 91, 23. Diosc. eupor. I 15. Celsus III 20. (cfr. infra § 132). — § 29: Diosc. II 26. (Scribon. **101**). — Diosc. eupor. II 40. 41.

---

1 adhaerenteſ **B**$^2$**R**$^a$**d**$v$(*D*). -tiſ *rS*. 2 adultarari **B**$^1$. 3 ſint **VV**$^a$**RR**$^a$*v*. ſunt **BEd***S*. (dem qui ſunt grandes **B** *in ras.*). 4 preterea **B**. *locus adhuc corruptus videtur; exspectaveris potius* ne vesicam quidem (*sc.* communem) esse, cum sint gemini folliculi . . . in iis inveniri *sqq. cfr. Diosc.* 5 nulli **Bd***v*. -lla *r*. | iiſ **B***v*. his *rC*. | folliculoſ **B**$^2$. | liquorum **VV**$^a$**R**. 5. 6 adseruari **B**$^1$**R**$^a$(?)*v*. -re **E**. seruari **VV**$^a$**RdTf**. obſeruari **B**$^2$ (ob *in ras.*). *cfr. § 31 extr. 79.* 6 ſale/// **B**. | ſalſi **V**. | folliculiſ **B**$^1$. 8 ci//mi//num **B**$^2$. gummim **T**. -mi **d**(?)*v.a.S.* | pū **R**. phum **V**. 9 quoniam hammoniaci *om.* **B**. | colores **V**$^a$. -re *D*. | debent **B**$^2$. *add.* tunicis *B e Diosc.* 10 odores **V**$^a$. -ris [grauis] *v.a.H.* 11 fr//agileſ **B**$^2$ (g *in ras.*). 12 ſternutamenta **B**$^2$(*man.rec.*)**d***v.a.H.* | mouenti **B**. -te *S*. 13 et perpoti **B**$^1$. -rloto **B**$^2$ (l *in ras.*). 14 idem **BVV**$^a$*D*. item **RR**$^a$**db***v*. | *an* odore? 15 ſufflatu **B**$^2$(*man. rec.*)*D*. *cfr. § 124.* | exulant **B**. | uuluarumque **VV**$^a$*v.a.S.* animorumque **B**$^2$. | ſubditu **B**$^1$**V**$^a$**R**$^a$*S*. -to **VRd**. -ti **b***v*. ſubito **B**$^2$. | ac **B**$^1$**E***S*. a **B**$^2$. et *rv*. 16 meſeſ **B**$^1$**V**$^a$. meſſeſ **V**. menteſ **B**$^2$. | ac **d**(?)*v.a.S.* | ſecunda$^s$ ſcient **B**$^2$. 17 opisthotuno **VV**$^a$**RR**$^a$. -otonis **d**(?)*v.a.S.* | ſpaſmaticiſ **B**$^2$.

nervorum vitiis, ischiadicis, stomachicis, paralyticis, per-
unctis omnibus, vel triti ad crassitudinem mellis cum
semine viticis ex aceto ac rosaceo. sic et contra comi-
tiales sumpti, poti vero contra inflationes, tormina, venena.
differentia tantum contra genera est mixturae, quippe ad- 30
versus scorpiones ex vino bibuntur, adversus phalangia et
araneos ex mulso ita, ut vomitione reddantur aut ut con-
tineantur cum ruta, adversus chalcidas cum myrtite, ad-
versus cerasten et presteras cum panace aut ruta ex vino,
adversus ceteras serpentes cum vino. dari binas drach-
mas satis; eorum, quae adiciantur, singulas. auxiliantur 31
privatim contra viscum ex aceto, adversus aconitum ex
lacte aut aqua, adversus *h*elleborum album ex aqua mulsa
nitroque. medentur et dentibus infusi cum oleo triti in
aurem, a cuius parte doleant, aurium dolori melius, si
cum meconio. claritatem visus faciunt cum melle Attico
inunctis. cohibent singultus ex aceto. urina quoque fibri
resistit venenis et ob id in antidota additur. adservatur
autem optume in sua vesica, ut aliqui existumant.

**4.** (14) Geminus similiter victus in aquis terraque 32

---

§ 31: Diosc. II 26. eupor. II 141. Nicand. al. 307. (cfr. Scribon. 192). — cfr. Diosc. eupor. I 60. Cels. VI 7, 8. — § 32: Isid. XII 6, 56. — (Aristot. h. a. VIII 17 § 113).

---

1 schiadicis (sci- **V**$^{a}$) **VV**$^{a}$**RR**$^{a}$. ///ſchiaticiſ **B**$^{2}$ (ti *in ras.*). 2 triti$^{s}$ **B**$^{2}$. 3 unicis **VR**. uitiis **b**$^{1}$. uiti$^{s}$ **B**$^{2}$. | & aceto **BVV**$^{a}$. 4 tormenta ueneni **B**$^{2}$ (t *et* i *in ras.*). 5 differentiſ (ſ *in ras.*) ta//men (men *in ras.*) contra cętera (c *et* t *in ras.*) eſt **B**$^{2}$*D*. 5. 6 aduerſū **B**$^{2}$. 6 phalangiae (*om.* et) **B**$^{1}$. ſphalangiae mors' (*hoc in marg.*) **B**$^{2}$. 6. 7 // araneoſ **B**$^{1}$. araneas **E**. //& ranę **B**$^{2}$. 7 uomitione **d***v*. -tiones **VV**$^{a}$**RR**$^{a}$**E**. -ti//// **B**$^{1}$. -tu **B**$^{2}$. | ///////antur **B**$^{1}$. eiciantur **B**$^{2}$. 7. 8 aut ut contineantur *om.* **B**. (retin- *v.a.S.*). 8 myrto (o *in ras.*) **B**$^{2}$.
9 presteras **b***v*. -sicras **dT**. praesi- (persi- **V**) **VV**$^{a}$**RR**$^{a}$. praeſtem **B**. *an* prestera? | panacea **E**. 10. 11 dati$^{s}$ (t *in ras.*) biniſ drachmiſ **B**$^{2}$. 11 ſatiſ **B**$^{1}$. Scitiſ (ci *in ras.*) **B**$^{2}$. satis est *rv*. | ſinguliſ **B**$^{2}$. 12 uiſum **V**. 13 helleborum *v*(*J*). ell- *ll.C.* 15 dolori **Bd***S*. -re **VR**. -ribus **b***v*. 16 meconto **VR**. | claritate **B**. | uiſuuſ **B**$^{1}$*D*. usus **V**. | antico **V**. -iquo **R**. 17 inunctiſ **B**$^{1}$**VT**. -ti// **B**$^{2}$. -ti *rv*. *cfr. XXV 143. 144.* | fibri **db***v*. febri *r*. 18 obſeruatur **B**$^{2}$. 20 in aquis *om.* **B**.

et testudinum effectusque par, honore habendo vel propter excellens in usu pretium figuraeque proprietatem. sunt ergo testudinum genera terrestres, marinae, lutariae et quae in dulci aqua vivunt. has quidam e Graecis emydas appellant.

33 Terrestrium carnes suffitionibus propriae magicisque artibus refutandis et contra venena salutares produntur. plurimae in Africa. hae ibi amputato capite pedibusque pro antidoto dari dicuntur et e iure in cibo sumptae strumas discutere, lienes tollere, item comitiales morbos. sanguis earum claritatem visus facit, *discutit* suffusiones oculorum. et contra serpentium omnium et araneorum ac similium et ranarum venena auxiliatur servato sanguine in farina pilulis factis et, cum opus sit, in vino datis. felle testudinum cum Attico melle glaucomata in-
34 ungui prodest. scorpionum plagae instill*ant*. tegimenti cinis vino et oleo subactus pedum rimas ulceraque sanat. squamae e summa parte derasae et in potu datae vene-

---

§ 33: Diosc. II 97. cfr. Nicand. ther. 700. (Diosc. eupor. II 115. 155. 157). Diosc. eupor. I 41. — § 34 init.: Pl. iun. 67, 1. 2. Marc. 34, 22.

---

1 & **B***v*(*S*). in **V**. *om. rH.* | pari **B**$^2$*v.a.H*(*SJ*). | *dist. H.* 2 figuraeque **BVRdTf***S.* natu- *B.* fiturae quae uero **E**. figuraeque uera *v.* 3 marinaeue **VRdf**. *an recte? cfr. XVIII 78. Müller de stilo p. 68. 69.* | lutoriaę **B**$^2$. | et *om.* **E***v.a.C.* 4 e **BRd***v.* a **V**. *om.* **E***B.* 6 suffitionibus **RdT***G.* suffict- **VE**. ſuffect- **B**. suffus- *v.* | proprieque **V**. | magiſq. **B**. 7 artvbuſ **B**$^2$. | refutantiſ **B**$^1$. refotandiſ **B**$^2$. 8 hae//ibi **B**. (*fuit aut* haec ibi *aut* hae ubi, *ut distingui possit* in Africa hae, ubi). 9 et e *J. cfr. § 45. 58.* /////e **B**$^1$. et et **V**. et ex **Rd**(?)*v*(*D*). et **E**. hę **B**$^2$*S.* | ciboſ **B**. | sumpta et **E**. 9. 10 struma **VR**. 11 uiſuuſ **B**$^1$*D.* | discutit *ego. om. ll.v. cfr. § 70. XXVIII 94 extr.* | ſuffuſioneſ **B**$^1$**d***S.* -oni **B**$^2$*D* (*cum seqq. non apte iungens et contra usum Plinii num. plurali utentis*). -onesque **RE***v.* suffucansque **V**. 12 oculorum tollit *v.a.D.* | et *om.* **R**. 13 similia/// **R**. | & ranarum **BE***v*(*S*). *om. rH.* | *an* auxiliantur (*sc.* testudines)? | seruatur **V**$^1$. -tus **V**$^2$. 15 antico **R**. arantico **Vf**. 16 instillant *ego.* -ari *ll.v.* 17 ulceraſq. **B**$^1$. 18 squama **E**. | e **d***v.* eſ **B**. et **VE**. as **R**. | imma **V**.

rem cohibent. eo magis hoc mirum, quoniam totius tegimenti farina accendere traditur libidinem. urinam aliter earum quam in vesica dissectarum inveniri posse non arbitror et inter ea esse hoc quoque, quae portentose Magi demonstrant, adversus aspidum ictus singularem, efficaciorem tamen, ut aiunt, cimicibus admixtis. ova durata inlinuntur strumis et ulceribus frigore aut adustione factis. sorbentur in stomachi doloribus.

Marinarum carnes admixtae ranarum carnibus contra 35
salamandras praeclare auxiliantur, neque est testudine aliud salamandrae adversius. sanguine alopeciarum inanitas et porrigo omniaque capitis ulcera curantur; inarescere eum oportet lenteque ablui. instillatur et dolori aurium cum lacte mulierum. adversus morbos comitiales manditur cum polline frumenti, miscetur autem sanguinis heminis III aceti hemina. datur et suspiriosis, sed *t*um 36
hemina vini additur; his et cum hordeacea farina, aceto quoque admixto, ut sit quod devoretur fabae magnitudine; et haec singula et matutina et vespera dantur, dein post aliquot dies bina vespera. comitialibus instillatur ore

§ 35 med.: Seren. 110. 39. — § 36 extr.: Diosc. II 97.

1. 2 mirum tamen totius regimenti **V**. 2 accidere **B**[1]. accendente **V**. 3 ueſica// **B**. -cis **VTf***H*. 4 inter ea *ll.G*. intra eam *v*. interanea *D*. *locus fortasse nondum sanatus.* | esse *del. G.* | hęc **B**[2]*v.a.G*(*D*). | quoque quae **B***S*. -que a *r*. -que *v*. -que esse quae *G*. | portentosa **b***v.a.S*. -nt vſe **B**[2]. | magi **Bd***G*. magis *r*(*v praem.* a). 5 demonſtrant **B***D*. -tret **VR**. -trent **d***G*. -tratur **b***v*. | ictuuſ **B**[1]*D*. | singularem *J*. -are **VRdb***G*. (-are remedium *v*). -aris *S*. -ariore **B**[1]. -arior ē **B**[2]. 5. 6 efficaciorem (-ati- **V**) **B**[1]**V***J*. -aciore **Rb***G*. -acior (-atior **d**) eſt **B**[2]**d***v*(*S*). 6 uua **B**. dua **V**. 10 est *om.* **B***SJ*. 11 aduerſiuſ **B**[3] (ſiuſ *in marg.*) **d***v*. -ſi//ſ **B**[2]. -sus *r*. | sanguine **db***v*. -nem *r*. 13 albui **B**[1]. 15 sanguis *v.a.S*. 16 tribus *ll.v*. | datur—17 hemina **B***S*. *om. ll.v*. 16 tum *J*. cum **B***S*. 17 uini **B**[2]*v*(*S*). uino *rH*. | additur **B***S*. -to **VR** **dT***H*. -ta **E***v*. (*an* sed cum hemina uini. manditur his et?). 19 & haec **B***S*. haec *rv*. | matutino *J cum vet. Dal.* | ueſpere **B**[2]. -rtina **R**(?)**E***v.a.S*. 20 aliquod **B**[1]. | bina **BVR** **dT***H*. die **E**. *del. v*. | ueſpere **B**[2]. | comitatibuſ **B**[1]. sōnianti- **B**[2]. | inſtilletur **B**[2].

diducto; iis, qui modice corripiantur spasmo, cum castoreo
37 clystere infunditur. quod si dentes ter annis colluantur testudinum sanguine, immunes a dolore fiant. et anhelitus discutit quasque orthopnoeas vocant; ad has in polenta datur. fel testudinum claritatem oculorum facit, cicatrices extenuat, tonsillas sedat et anginas et omnia oris vitia, privatim nomas ibi, item testium. naribus inlitum comitiales erigit attollitque. idem cum vernatione anguium aceto admixto unice purulentis auribus prodest. quidam bubulum fel admiscent decoctarum carnium testu-
38 dinis suco, addita aeque vernatione anguium; sed vino testudinem excocunt. oculorum utique vitia omnia fel inunctum cum melle emendat, suffusiones etiam marinae fel cum fluviatilis sanguine et lacte. capillus mulierum inficitur felle. contra salamandras vel sucum decoctae bibisse satis est.

39 Tertium genus testudinum est in caeno et paludibus viventium. latitudo his et in dorso pectori similis nec convexo curvata calice, ingrata visu. ex hac quoque

---

eupor. I 18. (cfr. infra § 112 extr.). — § 37 med.: Diosc. II 96.

---

1 diducto **B***G*. -cis **VR**. deductis **E***v*. | iiſ **B**¹*S*. hiiſ **B**². his **VR***G*. is *D*. *om*. **E**. labris his *v*. | *dist. J coll. § 112.* | corripiatur **V**. conrumpantur **E**. 2 infundetur **B**². | per **E** *v.a.H. de mendo cfr. XXX 64.* | annis **VRf** *Müller emend. V 10.* -no **dT**(?)*H*. -nos **E***G*. -num *v*. miniſ **B**. *an* heminis? *cfr. XXVIII 127. 91. 130. XXVI 88. XXI 26. XX 227 al.* | coluantur **B**¹*J*. solu- **B**². 3 dolere **BV**. | fiunt **d***v.a.S*. 3. 4 anhelituuſ **B**¹*D*. 4. 5 polenta// **B**. 5 claritatem — 10. 11 testudinis *in* **B** *iterata exstant* (**B**ᵃ). 6 cicatreſ **B**ᵃ. 7 no//taſ **B**². (nomaſ **B**¹**B**ᵃ). | tertium **R**. teſtibuſ **BB**ᵃ. atentium (arden- *v*) testium **E***v.a.H*. 8 adtullitque (-ulī- **R**) **VR**. | gubernatione **B**². (cum uernat- **B**¹**B**ᵃ). 9 admixto *om*. **B**ᵃ. 10 decoctarum *ego*. -rumue *ll.S*. -rumque **d**(?)*v*. 10. 11 teſtudinum **B**¹ (*errore iterationis;* -iniſ **B**ᵃ**B**²). 11 sucum **d**(?)*v*. | ueneratione **VR**. | uinū **V**. 12 testudinum **R**. 13 fel **BVE***G*(*S*). felle **RdT**(?)*H*. felle uel *v*. 15 felle **BV** (*ad praecedd. relatum*) *G*(*S*). fel et **b***v*. fel **Rd** **T**(?)*H*. 18 et in **BE***S*. in **V***v*. et **RdT**. | ne **VR**. 19 conuerso **E**. | incurua **E***v.a.H*. | uiſu// **B**. | *an* hoc (*sc.* genere) *et sic infra quoque* detrahit idem (*sc.* genus) felle?

tamen aliqua contingunt auxilia. tres namque in succensa sarmenta coiectae dividentibus se tegumentis rapiuntur, tum evolsae carnes earum cocuntur in congio aquae sale modice addito; ita decoctarum ad tertias partes sucus paralysim et articularios morbos sentientibus bibitur. detrahit idem fel pituitas sanguinemque vitiatum. sistitur ab eo remedio alvus aquae frigidae potu.

E quarto genere testudinum, quae sunt in amnibus, 40
divolsarum pinguia cum aizoo herba tunsa admixto unguento et semine lili, si ante accessiones perunguantur aegri praeter caput, mox convoluti calidam aquam bibant, quartanis liberare dicuntur. hanc testudinem XV luna capi oportere, ut plus pinguium reperiatur, verum aegrum XVI luna perungui. ex eodem genere testudinum sanguis instillatus cerebro capitis dolores sedat, item strumas. sunt 41
qui testudinum sanguinem cultro aereo supinarum capitibus praecisis excipi novo fictili iubeant, ignem sacrum cuiuscumque generis sanguine inlini, item capitis ulcera manantia, verrucas. iidem promittunt testudinum omnium fimo panos discuti; et, quod incredibile dictu sit,

---

eupor. I 18. — Pl. iun. 94, 14. 15. — § 41 extr.: Isid. XII 6, 56.

---

1 auxiliares namque **VRd**. 2 coniecta (-tae *v*) et **E** *v.a.G.* | sed tegumenti **VR**. | rapiuntur *om.* **E**. 4 modici **B**¹. | ita decoctarum ita **B**¹. 5 paralyſī **B**²**d***v*. -ſi (-lisi **R**) *r* (*an recte?*). | articulariuſ **B**¹. -lor~ **B**². 6 item **R**(?)*v.a.S.* (fel, pituitas *JD*). | p&uitaſ **B**¹. 7 putu **V**. potus **R**. 8 manibuſ **B**. omni- **Vd**. 9 pinguia *ll.v*(*S*). -ui *Ven.*(*G*). | aizoo **B**¹*v*. -zo/// **B**². -zo *r*. | tunſa **BE***S*. tusa **d***v*. tus **VR**. -so *G*. 9. 10 *an* unguento e semine? *cfr. XXI 22. 127*. 10 lili ſi **B**¹**VR***J*. lili **b***S*. -lii **d***v*. li//ni (n *partim in ras.*) **B**². | accessiones si **d***G*. | perunguatur **B**¹. -guntur *v.a.G*. 12 liberare **VR***S*. -ri *rv*. 13 oportet// (t *in ras.*) **B**²*S*. | aegrum *om.* **B**. | XIII **V**. 15 cerebro *ll.***df***H*. crebro **T***v*. -ros *C*. 16 aeneo **B**² (*sic semper*). 17 iubeant **Bb***v*(*S*). -ent *rH*. 18 ſanguinem **BV**. | ulcere **V**. 19 manantia **B***S*. -ia et *rv*(*D*). *cfr. Müller de stilo p. 39*. | idem **B***v.a.C*(*D*). item **T***G*. 20 quod **B***Isid*. *om.* *r***db***S*. licet *v*. | dictum **b**. *om. Isid.* | ſit **VRd***v*. eſt **B***Isid*. situm **b**. *del. S*. *cfr. XI 11. X 87. XXVIII 67 al.*

aliqui tradunt tardius ire navigia testudinis pedem dextrum vehentia.

42 (15) Hinc deinde in morbos digeremus aquatilia, non quia ignor*e*mus gratiorem esse universitatem animalium maiorisque miraculi, sed hoc utilius est vitae, contributa habere remedia, cum aliud alii prosit, aliud alibi facilius inveniatur.

43 **5.** (16) Venenatum mel diximus ubi nasceretur.
21, 74 sqq. auxilio est piscis aurata in cibo. vel si ex melle sincero fastidium cruditasve, quae fit gravissima, incidat, testudinem circumcisis pedibus, capite, cauda decoctam antidotum esse auctor est P e l o p s, scincum A p e l l e s.
8, 91 28, 119 quid esset scincus diximus, saepius vero quantum vene-
44 ficii in menstruis mulierum. contra ea omnia auxiliatur,
7, 64 al. 28, 82 ut diximus, mullus, item contra pastinacam et scorpiones terrestres marinosque et dracones, phalangia inlitus sumptusve in cibo, eiusdem recentis e capite cinis contra omnia venena, privatim contra fungos. mala medicamenta inferri negant posse aut certe nocere stella marina volpino sanguine inlita et adfixa limini superiori aut clavo
45 aereo ianuae. (17) draconis marini scorpionumque ictus carnibus earum inpositis, item araneorum morsus sanantur. in summa contra omnia venena vel potu vel ictu vel morsu noxia sucus earum e iure decoctarum efficacissimus habetur.

---

§ 44: Diosc. II 24. eupor. II 126. — § 45 extr.: Diosc. II 33.

---

3 hinde inde **V**. | in *om.* **BV**. | aquatilia — 4 ignoremus *om.* **B**. 4 ignoremus *v* (*perspicua omissionis causa*). -ramus **VRdE***D*. *sed cfr. II 64. VI 194. VIII 13, aliter XV 134.* | grauiorem **E**. 5 miraculis **VR**. | & **B**. | contribute **V**. 6 media **Vd**. | ali **B**[1]*D*. | alibei **B**[1] (*ut videtur*). 10 ſit **Rd** *v. a. S.* 11 caudam **V**. 12 auctorē pelobs **R**. 13 quid **BdTE***S*. qui *rv*. 13. 14 ueneficii **Rdf***H*. -ciſ **B**[1]. -ci *D*. -cium *v*. .... ficium **E**. beneficii **B**[2]. -ci **V**. 14 auxiliantur **VR**[2]. -lientur **R**[1]. 15 dimus **V**. | paſtinacam **Bb***v*. -cas *rD*. 16 phalangia **d**. pal- **B**[1]**VRb**. et phal- *v*. [s]palangia[s] **B**[2]. *cfr. Müller de stilo p. 69.* 17 in capite **B**. 20 uolpina **B**[1]. | adfixi **R**. 21 marinis **V**. 24 e **VRdTf***H*. de **B**. et **b**. ex *v*. *cfr. § 58. 92.* | de//coctarum **B**.

Sunt et servatis piscibus medicinae, salsamentorumque
cibus prodest a serpente percussis et contra bestiarum
ictus mero subinde hausto ita, ut per satiem cibus vo-
mitione reddatur, peculiariter a chalcide, ceraste aut quas 46
sepas vocant aut elope, dipsade percussis. contra scor-
pionem largius sumi, sed non evomi, salsamenta prodest
ita, ut sitis toleretur; et inponere plagis eadem convenit.
contra crocodilorum quidem morsus non aliud praesentius
habetur. privatim contra presteris morsum sarda prodest.
inponuntur salsamenta et contra canis rabiosi; vel si non 47
sint ferro ustae plagae corporaque clysteribus exinanita,
hoc per se sufficit. et contra draconem marinum ex
aceto inponuntur. idem et cybio effectus. draco quidem
marinus ad spinae suae, qua ferit, venenum ipse inpositus
vel cerebro *p*oto prodest.

(18) Ranarum marinarum ex vino et aceto decoctarum 48
sucus contra venena bibitur, et contra ranae rubetae ve-
nenum et contra salamandras vel e fluviatilibus; si carnes
edantur iusve decoctarum sorbeatur, prosunt et contra
leporem marinum et contra serpentes supra dictos, contra
scorpiones ex vino. Democritus quidem tradit, si quis 49
extrahat ranae viventi linguam, nulla alia corporis parte

---

§ 47: Diosc. II 33. Pl. iun. 84, 22 (cfr. 86, 2). — Diosc. II 15. eupor. II 125. — § 48: Diosc. II 28. eupor. II 157. (Nicand. al. 563).

---

1 ſeruati **B**. | picibuſ **B**¹. p//cib//iſ **B**². pedibus **b**. | ſalamentorumq. **B**¹. 2 concuſſiſ **B**. | set **V**. 3 ictuuſ **B**¹*D*. | per ſatiem (*vel* ſatietatem) *ego*. *cfr. VIII 209*. per//////etam **B**¹. per ſe etiam **B**²*S*. per superna *J*. ad uesperam *rv*. 4 chalcide **E***v*. -cidi **B**. -cetide *r*. | ceraſtę **B**². 5 helope **VTf** *v.a.B*. -lape *B*. *cfr. Nic. ther. 490*. 7 toleretur **d**(?)*v*. col- **E**. toll- *r*. | ea **E**. 8 aliut **B**¹. | praeſtantiuſ **B**². 9 praeſteriſ **B**¹. praet- **R**. 13 et ex *v.a.G*. | cybi **E**. -ii *G*. | perfectus **E**. prof- *v.a.H*. 14 quae (que **R**) fecerit **VR**. 15 poto *ego cum Cornario*. *cfr. Diosc. eup.* toti **B**(**E**?). toto *rv*. 18 uel *om*. **d**(?)*v.a.S*. | e *om*. **B***v.a.H*(*D*). ef **R**. | fluuiatilil//iū **B**². -tilium *D*. -tiles *v.a.H*. *an* uel e fluuiatilibus *ut glossema delendum?* | et si **VRE**. | *dist. ego*. 19 et *om*. **VR**. 20 dictas **R**(?)*v.a.S*. 22 trahat **Vf**. si quis extrahat *om*. **R**. | uiuentis **VRTf**. *cfr. § 133 et nota ad XXX 98*.

adhaerente, ipsaque dimissa in aquam inponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti, quaecumque interrogaverit, vera responsuram. addunt etiamnum alia Magi, quae si vera sint, multo utiliores vitae existumentur ranae quam leges; namque harundine transfixis a natura per os si surculus in menstruis defigatur a marito, adulterorum
50 taedium fieri. carnibus earum vel in hamum additis praecipue purpuras adlici certum est. iocur ranae geminum esse dicunt abicique formicis oportere; eam partem, quam adpetant, contra venena omnia esse pro antidoto. sunt quae in vepribus tantum vivunt, ob id rubetarum nomine,
8,110 ut diximus, quas Graeci φρύνουϲ vocant, grandissimae cunctarum, geminis veluti cornibus, plenae veneficiorum.
51 mira de iis certatim tradunt auctores: inlatis in populum silentium fieri; ossiculo, quod sit in dextro latere, in aquam ferventem deiecto refrigerari vas nec postea fervere nisi exempto, id inveniri abiecta rana formicis carnibusque erosis, singula in oleum addi; esse in sinistro
52 latere quo deiecto fervere videatur, apocynon vocari, canum impetus eo cohiberi, amorem concitari et iurgia addito in potionem, venerem adalligato stimulari, rursus e dextro latere refrigerari ferventia; hoc et quartanas sanari adalligato in pellicula agnina recenti aliasque febris, amorem

§ 50 med.: Isid. XII 6, 58.

1 aqua **VRd***v.a.G*. 2 quicunque **R**. 3 magi *om.* **B**. 4 sunt **Vd**(?)*v.a.S*. 5 tranſſixiſ a **B***S*. -xa *rv*. -xa a *J*. | pos **R**. 6 defiguratur **R**. | a *om.* **B***S*. | adulteriorum **R**(?)*G*. 7 uel *del. H*. nassis uel *S cum vet. Dal*. | hamo (*del.* in) *v.a.H*. | redditiſ **B**. 8 per purpuraſ **B**[1]. per puraſ **B**[2]. 9 obiicique **VRd**(?)*v.a.S*. *cfr. § 51*. 10 adpetat **B**[1]. 12 φρύνουϲ *coni. S*. phrynuus **d***D*. -nu . ciſ (phrin- **B**[1]) **B**. -nos **VR***v*. prinuus **E**. | grauissimae **R**. -me **V**. 14 iiſ **B***S*. his *rv*. 16 refrigerare **VR**. | non **E**. 17 id ininueniri **B**[1]. | obiecta *v.a.S* *cfr. § 50*. | nam (*pro* rana) **E**. 18 rosis **Vd**. | oleum (-eom **R**[1]) *ll.***dTfv**(*J*). solium *B*. | addt **B**[2]. | eſſe **B**. et esse *rv*. 19 quod iecto **V**. | uid&ur **B**. | apoci non **B**[1]. | uocant **B**[2] (t *in ras.*, n *supra scr.*). 20 impetuuſ **B***D*. 21 potione **VRd**. | adalligato **dT***S*. -tum *rv*. | stimulare *v.a.J*. | a dextro **Vb***v.a.S*. 22 feruentem *vet. Dal*.

inhiberi. ex isdem his ranis lien contra venena, quae
fiant ex ipsis, auxiliatur, iocur vero etiam efficacius.
(19) Est colubra in aqua vivens. huius adipem et 53
fel habentes qui crocodilos venentur mire adiuvari dicunt,
nihil contra belua audente, efficacius etiamnum, si herba
potamogiton misceatur. — Cancri fluviatiles triti potique
ex aqua recentes seu cinere adservato contra venena om-
nia prosunt, privatim contra scorpionum ictus cum lacte
asinino, si non sit, caprino aut quocumque; addi et vinum
oportet. necant eos triti cum ocimo admoti. eadem vis 54
contra venenatorum omnium morsus, privatim scytalen et
angues et contra leporem marinum ac ranam rubetam.
cinis eorum servatus prodest pavore potus periclitantibus
ex canis rabiosi morsu. quidam adiciunt Gentianam et
dant in vino, et si iam pavor occupaverit, pastillos vino
subactos devorandos ita praecipiunt. decem vero cancris 55
cum ocimi manipulo adligatis omnes, qui ibi sint, scor-
piones ad eum locum coituros Magi dicunt, et cum ocimo
ipsos cineremve eorum percussis inponunt. minus in om-
nibus his marini prosunt. Thrasyllus auctor est nihil
aeque adversari serpentibus quam cancros; sues percussas
hoc pabulo sibi mederi; cum sol sit in cancro, serpentes
torqueri. — Ictibus scorpionum carnes et fluviatilium 56

---

§ 53 med.: Diosc. II 12. (Nicand. ther. 605). — § 54: (cfr. Colum. VI 17, 1). — Diosc. II 12. de ven. 30. περὶ ἰοβ. 2. — § 55: (cfr. Plin. XX 120). Isid. XII 6, 17. 51. — (cfr. Plin. IX 99.

---

1 inhibere **B**$^1$. | ex **B***S*. ea *r*. eo *v*. | iſdem **B***J*. iisd- *S*. id- **VR**. item **db**. item ex *v*. | lien **B***v*. -nē *r*. lien//////ē **d**. 2 iocur **B**$^1$**E***S*. iecur **B**$^2$. *om*. *rH*. cor *v*. 3 est *om*. **R**(?)*v.a.S*. et **dT**. | colobra **V**. -lubera **B**$^1$. -ber est *v.a.H*. | adipe **VdT**. 4 felle **dT**. | habenteſ **B**$^2$*v*. -tis *rS*. | crocodilloſ **B**$^2$. 5 belua$^s$ audente$^s$ **B**$^2$. 6 potam cogiton **B**$^1$. pota in coitu **B**$^2$. | fluuialis **VR**. 9 aſininoſ **B**$^1$. | ſi **B***S*. uel si *rv*(*D*). 10 admoto **B**$^1$. 11 nimium **VR**. | scytalem **R**. ſcyt- **B**. scit- **Vd**. 12 ungues **E**. agies **VR**. 14 et caniſ **B**$^2$. | morsibus **Vd**(?)*v.a.S*. 15 & ſi **B***S*. aut ſi **dT**. nam ſi *r*(?)*v*. 16 subacto sed uorandos **VR**. 17 adalligatiſ **B**$^1$*v.a.G*. allig- **B**$^2$. 20 mariniſ **B**$^1$. | traxyllus **V**. -xillus **R***Verc*. 21 percuſſoſ (*om*. hoc) **B**.

coclearum resistunt crudae vel coctae. quidam ob id salsas quoque adservant. inponunt et plagis ipsis. — Coracini pisces Nilo quidem peculiares sunt, sed nos haec omnibus terris demonstramus. carnes eorum adversus scorpiones valent inpositae. — Inter venena piscium sunt porci marini spinae in dorso, cruciatu magno laesorum. remedio est limus ex reliqu*iis* piscium eorum corporis.

57 (20) Canis rabidi morsibus potum expavescentibus faciem perungunt adipe vituli marini, efficacius, si medulla hyaenae et oleum *e* lentisco et cera miscea*n*tur.
58 murenae morsus ipsarum capitis cinere sanantur. et pastinaca contra suum ictum remedio est cinere suo ex aceto inlito vel alterius. cibi causa extrahi debet ex dorso eius quidquid croco simile est caputque totum; et hanc autem et omnia testacea modice collu*un*t cibis, quia saporis gratia perit. e lepore marino veneficium restingunt poti hippocampi. contra dorycnium echini maxime prosunt, et iis, qui sucum carpathi biberint, praecipue e iure sumpti. et cancri marini decocti ius contra do-

---

Aelian. var. hist. I 7). — § 57: Pl. iun. 85, 27. — § 58 med.: cfr. Aelian. XIV 20. — Diosc. eupor. II 149. de ven. 6. Pl. iun. 108, 13. 14.

---

1 caudae **B**. 2 inponuntur **B**[2]*D*. -ntque **dT**. 3 ſed **B***v*(*S*). sed et *r H*. 7 reliquiis *ego*. -quo (liquo **R**) *ll.v* (*mutatum ex corrupto* reliquus). *cfr. IX 93. XXXIV 43. 171. an potius* liquore? | corporū **R**. -re **d**(?)*v*. 8 carnes **VR**. | morsum **VR**. -su **d**(?)*v.a.J.* 10 oleum e *Verc.*(*J*). -um *ll.v*(*S*). oleo e *H. cfr. § 53.* | lentiſcinū **B**[2]*S*. | misceantur *vet. Dal.* -eatur *ll.v. cfr. CFWMüller p. 8 not. 2.* 12 ictus **VR**. 14 *an* sit? *cfr. Frobeen p. 37.* 15 haec *D e coni. J.* | colluunt *ego.* collui in *ll.v. de dativo* cibis *cfr. XII 29. XIX 48. XXII 58. 35. 16. IX 178. XVIII 122. XIX 73. 93. XXX 45. XV 25. XXIX 65, de* cibo *XXI 125. XXV 169. 3. XXVIII 107. XII 130. XXI 90; praeterea CFWMüller p. 23. 25.*
16 beneficium **B**[2]. 16. 17 reſtituunt **B**[2]. restringunt *v.a.C.* 17 eicini **VR**. chini **B**[1]. 18 iis **d***v*. iſ **BE***D*. ii **R**. hic **V**. | carpathi **E***Ven.*(*S*). -thii *Lugd.* -phati **BVRT***v.a.B.* -pati **d***Brot. cum B.* -pasi *P e Diosc. de ven. 13.* 19 e **BE***S. om. r H.* eius *v.* | sumpto **dT***v.a.S.* | ius **Rdb***v*(*J*). us **V**. *om.* **B***S*.

rycnium efficax habetur, peculiariter vero contra leporis marini venena.

**6.** (21) Et ostrea adversantur isdem, nec potest videri satis dictum esse de iis, cum palma mensarum diu iam tribuatur illis. gaudent dulcibus aquis et ubi plurumi influ*a*nt amnes; ideo pelagia parva et rara sunt. gignuntur tamen et in petrosis carentibusque aquarum dulcium adventu, sicut circa Grynium et Myrinam. grandescunt sideris quidem ratione maxime, ut in natura aquatilium diximus, sed privatim circa initia aestatis multo lacte praegnatia atque ubi sol penetret in vada. haec videtur causa, quare minora in alto reperiantur; opacitas cohibet incrementum, et tristitia minus adpetunt cibos. variantur coloribus, rufa Hispaniae, fusca Illyrico, nigra et carne et testa Cerceis, praecipua vero habentur in quacumque gente spissa nec saliva sua lubrica, crassitudine potius spectanda quam latitudine, neque in lutosis capta neque in harenosis, sed solido vado, spondylo brevi atque non carnoso, nec fibris laciniosa ac tota in alvo. addunt peritiores notam ambiente purpureo crine fibras, eoque argumento generosa interpretantur calliblephara *ea* appel-

59 — 9, 96 — 60 — 61

§ 59: Pl. iun. 108, 14. 15. — Diphil. ap. Athen. III 42 p. 92$^a$. Xenocrates 36. (cfr. Colum. VIII 16, 7). — cfr. Plin. II 109. IX 160. — § 61 extr.: cfr. Plin. IX 169.

3 iſdem (iisd- *H*) nec **B***H*. idem ne **VRd**$^1$**T**. idem uidetur nec **d**$^2$**b***v*. 4 iiſ **B***v*(*S*). his *r C*. | palam meſarum **B**. | deuiam **V**. diuitum **dT***H*. 5 attribuatur **dT***H*. | illi **B**. 5. 6 influant *ego*. -uunt *ll. v*. 6 ideo *om.* **VRdT***H*. | pelagi **B**$^2$. 8 grinium **VR**. | murinam **B**. 11 praegnatia **B**$^1$*J*. -antia *rv*. | adque **B**. | penetret et **V**. 12 causa ista **VR**. | alio **VR**. aliis locis *v. a.* (*P*) *H*. | reperiuntur **VRdT***v. a. C*. 13 uariatur **B**$^1$. -iant **VR***v. a. S*. 15 cerceiſ **B**$^1$**V***D*. *cfr.* *§ 62*. circeiſ **B**$^2$**E***v*(*J*). -ceiis **R**(?)*C*. 16 ingete **V**. -ta **R**. 17 expectanda **VR**. | lutoſiſ **B***S*. -to *rv*. | capita **B**$^1$**V**. -te **R**. 18 ſolida **B**. | ſpondyli **B**$^2$. 19 febris **VR**. | lacinosa **Vd**. -so **R**. -nioso *v. a. S*. lucinos **E**. 20 natam **B**$^1$. nata **B**$^2$. | ambiente **d***v*. -igente **E**. -ientem *r*. | purpureo$^s$ **B**$^2$. | crineſ **B**$^2$. -nea **VR**. | fribraſ (*vel* fimb- **B**$^1$) **B**$^1$**V**. 21 calliblephara ea *coni. J*. -pharata **d** *Verc.* (*Brot.*). -phara *B*(*S*). -brepharata **B**. callibiae (-bia *v*) pharata (par- **E***v*) *rv. a. B*.

lantes. gaudent et peregrinatione transferrique in ignotas aquas. sic Brundisina in Averno compasta et suum retinere sucum et a Lucrino adoptare creduntur.

62 Haec sint dicta de corpore; dicemus et de nationibus, ne fraudentur gloria sua litora, sed dicemus aliena lingua quaeque peritissima huius censurae in nostro aevo fuit. sunt ergo Muciani verba, quae subiciam: Cyzicena maiora Lucrinis, dulciora Brittannicis, suaviora Medullis, acriora Ephesis, pleniora Iliciensibus, sicciora Coryphantenis, teneriora Histricis, candidiora Cerceiensibus. sed his neque dulciora
63 neque teneriora ulla esse compertum est. in Indico mari Alexandri rerum auctores pedalia inveniri prodidere, nec no*n* inter nos nepotis cuiusdam nomenclatura tridacna appellavit, tantae amplitudinis intellegi cupiens, ut ter mordenda essent.

64 Dos eorum medica hoc in loco tota dicetur: stomachum unice reficiunt, fastidiis medentur, addiditque luxuria frigus obrutis nive, summa montium et maris ima miscens. emolliunt alvum leniter. eademque cocta cum mulso

---

§ 64: cfr. Diphil. ap. Athen. III 40 p. $90^{cd}$. Seren. 315. — Mnesith. ap. Athen. III 43 p. $92^{b}$. — Pl. iun. 51, 1—3. — id. 24, 10—12 (cfr. 6). Marc. 10, 75.

---

1 in *om.* **VRE**. 2 brundisiana (brud- **V**) **VRd***G*. | compoſita **B**. contra ista **E***v.a.B*. 4 et de — 5 litora (dicemus?) *om.* **E**. 5 fraudetur **R**. 6 *an* ſit (*vel* fuerit)? 8 suauiore **R**. 9 medulliſ **B**(**VE**?)*D*. -ulis *H*. -uliis *J*. dulcis **R**. edulis **d***v*. | epheſiſ **B***D*. -iis *S*. et pthisis **E**. aethesis **V**. -hisis **R**. Lepticis *v*. | ilicienſibuſ **B***J coll. III 19*. licen- **r**. Lucen- *v*. 10 coryphatenis **V***v.a.B*. coriph- **R**. -phamthenis **E**. | istricis **Rd**(?)*v.a.J*. histricis candidiora *om.* **B**. 11 cerceiensibus (circ- **d***v*) *D*. -ceiesibus **VR**. -cienſibuſ **B**. certeientibus **E**. | sed — 12 est *Plinio tribuit H*, sed — 16 essent *Muciano J*. 12 in *om.* **B**. 14 non *v*. noxi **B**. nos **r**. | Nepotis *Fröhner mus. Rhen. 47, 295*. 14. 15 nomenclatura **VR***S*. -tora **b**. -tor **d**(?)*v*(*J*). -creatura **B**. *cfr. II 19. III 2. XXI 52*. 15 magnitudinis **VR**. 17 dos *del.* $B^2$. *om.* **b**. | medicina $B^2$. in med- *v.a.H*. | hoc *om.* **VR**. | toto adicetur $B^1$. 18 additque **VRE**. 19 mariſſima $B^1$**V**. 20 molliunt *v.a.S*. | eademque **BE***S*. -quoque **VRd***H*. -dem **T***v*.

tenesmo, qui sine exulceratione sit, liberant. vesicarum
ulcera quoque repurgant. cocta in conchis suis, uti clusa
invenerint, mire destillationibus prosunt. testae ostreorum 65
cinis uvam sedat et tonsillas admixto melle, eodem modo
parotidas, panos mammarumque duritias, capitum ulcera
ex aqua cutemque mulierum extendit; inspergitur et ambustis.
et dentifricio placet. pruritibus quoque et eruptionibus
pituitae ex aceto medetur. crudae si tundantur,
strumas sanant et perniones pedum.

Purpurae quoque contra venena prosunt. (22) et al- 66
gam maris theriacen esse Nicander tradit. plura eius
genera, ut diximus, longo folio et rubente, latiore alia 26,103
vel crispo. laudatissima quae in Creta insula iuxta terram
in petris nascitur, tinguendis etiam lanis, ita colorem
alligans, ut elui postea non possit. e vino iubet eam dari.

**7.** (23) Alopecias replet hippocampi cinis nitro et adi- 67
pe suillo mixtus aut sincerus ex aceto, praeparat autem
saepiarum crustae farina medicamentis cutem; replet et
muris marini cinis cum oleo, item echini cum carnibus
suis cremati, fel scorpionis marini, ranarum quoque III,
si vivae in olla concrementur, cinis cum melle, melius
cum pice liquida. capillum denigrant sanguisugae, quae

---

§ 65: Pl. iun. 29, 1. Seren. 277 (cfr. 119). — § 66: Nicand. ther. 845. — (cfr. Plin. XIII 136). Th. H. IV 6, 5. — § 67: Diosc. II 3. — II 28. — Pl. iun. 16, 7—9. Marc. 7, 11.

---

1 tenaſmo **B**$^2$*v.a.G.* -nuissimo **VR**. | sint **VR**. | sit **E***v.* ſint **B**. s id **VR**. 2 ulceri **B**$^2$. | repugnant **B**$^2$**E**. | cocta *om.* **E**. | clavſa **B**$^2$**df***v.a.S.* electae *Pl.iun.* 3 inuenerint **B***D.* uen- **r***v.* | certae **E**. 4 uum **B**$^1$. aluum **B**$^2$. 6 ſpergitur **B**$^1$**E**. ſpar- **B**$^2$. | p& (*pro* et) **B**$^1$. p&riſ **B**$^2$. *an* per se? 8 torridantur **B**. 9 ſanteſ pernioneſ **B**$^1$. 11 magiſ **B**. | e se **VE**. | nica der **B**. 12 ut **BVd***S.* uti **R**(?)**E***v*(*J*). | et *ll.J.* et alia *S.* et latiore *v.* | latiore **dE***S.* -ra *r. om. v.* 12. 13 alia uel **BVdE***J.* uel *S.* aliaue **R**(?)*v.* 14 imp&riſ **B**. 15 et uino **VR**. 16 thipocampi **V**. hippocampi nisi **E**. -pinus *v.a.H.* 17 mixtuſ **B**$^1$**b***v.* -tiſ *r.* | praeparat *ll.G*(*S*). -rant *v*(*H*). 18 ſepiarum **B**$^1$*v.a.S.* ſcep- **B**$^2$ (*sic ubique*). | replet **Bb***v*(*S*). *om.* **r***H.* 20 trium *ll.v.* 21 uiulae **B**$^1$. uiolae **B**$^2$. (oliuae *Ven.*). | concremetur **VR**. crementur **b**.

68 in vino nigro diebus XXXX computuere. alii in aceti sextariis II sanguisugarum sextarium in vase plumbeo putrescere iubent totidem diebus, mox inlini in sole. Sornatius tantam vim hanc tradit, ut, nisi oleum ore contineant qui tinguent, dentes quoque *suco* earum denigrari dicat. — Capitis ulceribus muricum vel purpurarum testae cinis cum melle utiliter inlinitur, conchyliorum vel, si non uratur, farina ex aqua, doloribus castoreum cum peucedano et rosaceo.

69 (24) Omnium piscium fluviatilium marinorumque adipes liquefacti sole admixto melle oculorum claritati plurimum conferunt, item castoreum cum melle. callionymi fel cicatrices sanat et carnes oculorum supervacuas consumit. nulli hoc piscium copiosius, ut existumavit Menander quoque in comoediis. idem piscis et uranoscopos
70 vocatur ab oculo, quem in capite habet. et coracini fel excitat visum, et marini scorpionis rufi cum oleo vetere aut melle Attico incipientes suffusiones discutit; inungui ter oportet intermissis diebus. eadem ratio albugines oculorum tollit. mullorum cibo aciem oculorum hebetari tradunt. lepus marinus ipse quidem venenatus est, sed

---

§ 68: Pl. iun. 16, 7—9. Marc. 7, 11. (cfr. Plin. XXIX 109). — Pl. iun. 13, 15. 16. Marc. 4, 10. — § 69: Diosc. II 94. Marc. 8, 105. — (cfr. Diosc. II 96). Aristot. h. a. II 15 § 68. Menand. ap. Aelian. XIII 4 (Meineke com. Gr. fragm. IV p. 79). Oppian. II 202. Isid. XII 6, 35. — Marc. 8, 155. — § 70: Diosc. II 14. Marc. 8, 133. — Diosc. II 24. Isid, XII 6, 25. — Diosc. II 20. Marc. 8, 173.

---

1 XXXX *ego.* XXX **B**. XL **RdT***v*(*Brot.*). *cfr. Pl. iun. et Marc.* LX (**VE**?)*G*(*J*). | computuere *S. cfr. XIII 86* (**M**). -potuere **B**$^1$. -putruere *rv*(*D*). | ali **B**$^1$. 2 duobus *ll.v.* | in *om.* **BVd**. 4 tantum **V**. 5 qui **db***v*(*D*). que **B**$^1$**VR**. quę **B**$^2$*S. cfr. XXIX 109.* | tinguent **B***S. cfr. XXIX 131.* -unt *rv*(*D*). | ſuco *ego. om. ll.v.* | earum *ll.S.* eor- **d**(?)*v*. 7 utiliter **BE**$^2$*v*(*J*). (*ante* cum melle **d**). utitur liter **E**$^1$. *om. rS.* 8 uratur **VR** (*sc.* testa). urantur *rv*. 10. 11 adeps **dT***v.a.S.* 11 liquefactis (-uaef- **V**) **VR**. -tus **dT***v.a.S.* | ſole **BdT***H.* oleo *rv*. 12 comferunt **B**. confert **d***v.a.S.* | callionymi **B**$^1$*v*. -onū **d**. calionimi **VR**. calopon- **B**$^2$. calyonm **b**. *cfr. § 77.* 13 ſuperum quaſ **B**. 15 comoediiſ **B**$^2$**d***v*. -diſ *rD.* 18 suffusionis **R**. 19 eodem **VR**. | ratione **B**$^2$. 20. 21 habetur id radunt **VR**.

cinis eius in palpebris pilos inutiles evolsos cohibet. ad
hunc usum utilissimi minimi, item pectunculi salsi triti
cum cedria, ranae, quas diopetas et calamitas vocant;
earum sanguis cum lacrima vitis evolso pilo palpebris
inlinatur. tumorem oculorum ruboremque saepiae cortex 71
cum lacte mulieris inlitus sedat et per se scabritias
emendat; invertunt ita genas et medicamentum auferunt
post paulum rosaceoque inungunt et pane inposito miti-
gant. eodem cortice et nyctalopes curantur, in farinam
trito ex aceto inlito. extrahit et squamas eius cinis.
cicatrices oculorum cum melle sanat, pterygia cum sale 72
et cadmia singulis drachmis, emendat et albugines iumento-
rum. aiunt et ossiculo eius genas, si terantur, sanari. echini
ex aceto epinyctidas tollunt. eundem comburi cum vipe-
rinis pellibus ranisque et cinerem aspergi potionibus iubent
Magi, claritatem visus promittentes. ichthyocolla appellatur 73
piscis, cui glutinosum est corium. idem nomen glutino
eius; hoc epinyctidas tollit. quidam ex ventre, non e
corio, fieri dicunt ichthyocollam, ut glutinum taurinum.

---

(cfr. infra § 135). — cfr. Diosc. II 8. — § 71: Pl. iun. 21, 4—6. Marc. 8, 158. — Diosc. II 23. — § 72 init.: Diosc. II 23. — § 73: Diosc. II 92.

---

1 cohibet et **R**(?)*v.a.S.* 3 arane **R**. et ranae *G.* | diopetas *Brot.*(*D*). -tes *G.* -ph&aſ **B**. diphitas **R**$^1$**dTf**. (diphthi- *v.a.B*). -thas **VR**$^2$. tymphitas **b**. dryphytas *B.* | *an* uocant, ut? 4 sanguis earum **VRd***v.a.S.* | uitis si *v.a.S.* | aeuulsos **V**. euulsas **R**. | pilos **VR**. 5 tumorū **R**. | ſaepię **B**$^1$. ſcepię **B**$^2$. 6 mulieriſ **BE***v*(*S*). -rum **rdTf***H.* 7 idagenas **VR**. ita (itaque *v*) genas id agentes **d**(?)*v.a.S.* id agentes genas *J.* 8 paululum **Vf**. | que *del.* **B**$^2$. 9 eadem nocte **E**. nocte. Eadem *v.a.H.* | nictalopes **E**. niciato (& *add.* **R**) peces **VR**. | farina *v.a.H.* 10 trita **B***v.a.H.* -tae **E**. | et ex **d**(?) *v.a.D.* | ſquaſ **B**$^1$. 11. 12 pterygia cum sale et *om.* **E**. 12. 13 oculorum iumentorum **d**(?)*v.a.S e Diosc.* 13 adiciunt **b***v.a.H.* | ex **B**$^2$. | asiculo **VRd**. | gene **B**$^2$**b**. | tergantur **B**$^2$. 14 epinyptidaſ **B**. 15 cinere **BV**. | potionibuſ **B**$^1$. *cfr. XII 78. XX 147. (XXIII 43).* -oni **B**$^2$ (buſ *eraso*) *rv.* 16 magi$^s$ **B**$^2$. *cfr. § 34.* | uiſuuſ **B**$^1$*D.* | icthyocolla **B** (*sic semper*). *cfr. § 119.* icty- **V**. 17 idemque **R**(?)*v.a.S.* 19 Icthyocolla ut **B**$^2$. ichthyocollant (icty- **V**) **VR**.

laudatur Pontica, candida et carens venis squamisque et
1 austeri **R**. hau- **V**. 2 dato **Vf**. poti *v.a.S*. 3 olfactu **V**. 4 aut pice **VRf**. | aut — 5 panace *om*. **E**. 5 quattuor *ll.v*. 6 fimbriae **VR**. 8 partus **E***v.a.S* 10 diuo **B**² *v*(*S*). dio (**d**?)*G*. *cfr. nota ad XXVII 46*. 11 inferatur **BE***v*(*S*). -retur *rH*. 12 mare **d***v*. -ri *r*. 13 demiſſa **B**. *cfr. § 92*. | ostracium **VRd***v.a.S*. 14 onychen *v*. -cen **B**. onechen **R**. onochen **Vd**. -ocen **b**. | uocent **B***S*. -cant *rv*. | suffitu **VRd**. 17 ſed **B**¹. *an* sanari, item carbunculos. sed? | muliebri **B***S*. -bris **VR**. -eres **b**. -erum **d**(?)*v*. 18 & (*pro* cum) **R**. 19 lunam *om*. **B**. | illito **R**(?)*C*. -tum **b**. -ta *v*. inlitum **BdE**. -lytum **V**. 20 ſilotrum **B**. *cfr. § 76*. psilotrum //// **E** (*hic desinens*). | thynni et **VRb**. | ſanguiſ. anguiſ **B**. 21 & ita (*pro* etiam) **B**. *an* ita et? | cedrio *S cum B*². -dro **BdTb***v*. caedro **V**. -drum **R**. cedria *B*¹. 22 puxide **B**¹. | mangonicauit (mag- **B**²) **B***S*. -izauit *G*. magno necabit **VRd** necauit (nega- *v*) mango **b***v*.

obstetrix. eadem vis pulmonis marini, leporis marini san-
guine et felle vel si in oleo lepus hic necetur. .... cancri,
scolopendrae marinae cinis cum oleo, urtica marina trita
ex aceto scillit*e*, torpedinis cerebrum cum alumine inlitum
XVI luna. ranae parvae, quam in oculorum curatione 136
descripsimus, sanies efficacissimum psilotrum est, si re- 74
cens inlinatur, et ipsa arefacta ac tusa, mox decocta III
heminis ad tertias vel in oleo decocta aereis vasis. eadem
mensura alii ex XV ranis conficiunt psilotrum, sicut in
oculis diximus. sanguisugae quoque tostae in vase fictili 75
et ex aceto inlitae eundem contra pilos habent effectum.
[Hic suffitus urentium eas necat cimices]. inu*n*ct*o* casto-
reo quoque cum melle pro psilotro usi pluribus diebus
reperiuntur. in omni autem psilotro evellendi prius
sunt pili.

(48) Infantium gingivis dentitionibusque plurimum 137
confert delphini cum melle dentium cinis et si ipso dente
gingivae tangantur. adalligatus idem pavores repentinos
tollit. idem effectus et caniculae dentis. ulcera vero, quae
in auribus aut ulla parte corporis fiant, cancrorum fluvia-
tilium sucus cum farina hordeacea sanat. et ad reliquos 138

---

§ 136: Seren. 668 sqq. — Seren. 670 sqq. — Pl. iun. 105, 13. — (cfr. supra § 124). — Pl. iun. 105, 10—12. — § 137: Pl. iun. 28, 19—21. 22. — § 138 extr.: Isid. XII 6, 25. 41.

---

1 uia **VRd**. uis est *v.a.S.* | pulmonis *v.* -ni *ll.H.* | marini **Bb***v.* -no **VRd***H.* | marini *om.* **B**. -no **R**. 1. 2 ſanguine **B***v.* -nem **b**. -ni *rH.* 2 felli **dT***H.* | lepus *om.* **Rd**(?)*HJD.* | *lac. ego indicavi; exciderunt fere* item adhibetur. 3 tritū **B**. 4 scillite *B.* -tico **B²***S.* -to *rv.* *cfr. nota ad XXVI 114.* 4. 5 inlito VI **VR***H.* 6 efficaciſſimum **B***S.* -me *rv.* | si *om.* **VR**. 7 tribus **Vdb***v.* 7. 8 tribus heminis *om.* **R**. tribus—decocta *om.* **B**. 8 aeris **V**. ueris **R**. aeneiſ **B²**. *cfr. § 41.* 9 e xv **R***S.* e xxv **B²***D.* *cfr. § 75.* | ſilotrum **B**. 11 et *om.* **VRb**. 12 *uncos posui cum U 719. cfr. § 124.* | hic *ll.S.* hic et *Brot.* et *v.* | faſ **B**. | *dist. ego.* | inuncto *ego. cfr. § 120.* inuecta **VRdb**. -tas *v.* -tos *Brot.* inuice **B**. -cem *coni. J¹. cfr. XXIX 62.* unice *S e coni. J².* 14 psilotro (-thro *v*) **d***S.* pro (ꝑe **R**. proae **V**) psil- *ll.* 16 dentibuſq. **B²**. 17 uniſ **B¹**. unvſ **B²**. 18 tangentur **B¹**. | pau// oreſ **B¹**. 19 quae uero **VR**. 21 repi quoſ **B¹**.

morbos triti in oleo perunctis prosunt. siriasim infantium spongea frigida cerebro umefacto rana inversa adalligata efficacissime sanat. aridam inveniri adfirmant.

(49) Mullus in vino necatus vel piscis rubellio vel anguillae II, item uva marina in vino putrefacta iis, qui inde biberint, taedium vini adfert.

139 (50) Venerem inhibet echeneis, hippopotamii frontis e sinistra parte pellis in agnina adalligata, fel torpedinis vivae genitalibus inlitum. concitant coclearum fluviatilium carnes sale adservatae et in potu ex vino datae, erythini in cibo sumpti, i*o*cur ranae diopetis vel calamitis in pellicula gruis adalligatum vel dens crocodili maxillaris adnexus bracchio vel hippocampus vel nervi rubetae dextro lacerto adalligati. amorem finit in pecoris recenti corio rubeta adalligata.

140 (51) Equorum scabiem ranae decoctae in aqua extenuant, donec inlini possint. aiunt ita curatos non repeti postea. — Salpe negat canes latrare, quibus in offa rana viva data sit.

(52) Inter aquatilia dici debet et calamochnus, Latine adarca appellata. nascitur circa harundines tenues e spuma aquae dulcis ac marinae, ubi se miscent. vim habet

---

§ 139: cfr. Plin. IX 79. Aristot. h. a. II 14 extr. — § 140: Veget. mulom. V 70, 5. — Isid. XII 6, 59. — Diosc. V 136.

---

1 ſiriaſ **B**. -asesque *v.a.H.* *cfr. XXII 59. XXX 135.* 3 arida **R**. -dvm $\mathbf{B}^2$. 5 duae *ll.v.* | putrefactae $\mathbf{B}^1$. | hiiſ $\mathbf{B}^2$. 6 adfert **B***v*. -ferat *r*. *an* adferūt? 7 inhibent $\mathbf{B}^2$. | aechineis **VR**. et cinis **b***v.a.B.* echini **B**. | hippopotamii **B***D*. -mi *rv*. *cfr. nota ad VIII 95.* | fontiſ **B**. 8 in *del.* $\mathbf{B}^2$. | alligata **VT**. -to **R**. | torpediſ **B**. 9 inlitu **R**. 10 erythinni **V**. erith- **R**. 11 iocur *ego*. iec- *ll.v.* | diophetis (diup- **R**) **VR**. -phitiſ **B**. *cfr. § 70.* | et *v.a.G.* | galamitis **VR**. 12 grauis **VR**. 14 adalligatae **B**. 16 ranaeque coctae **B**. 17 poſſint $\mathbf{B}^2$*S*. -ſſunt $\mathbf{B}^1$. -ssit *rv*. | aiunt ita **RdT**(?)*H*. -taque **b**. -ntque ita *v*. aiuncta **V**. nunti& **B**. *an* aiunt et? | curato ſi $\mathbf{B}^1$. -to$^s$ ſi $\mathbf{B}^2$. *an* curatos sic? 18 sal pene (poene **R**) **VRb**. 20 dicei $\mathbf{B}^1$. | calamocanuſ $\mathbf{B}^1$. -ocnuſ $\mathbf{B}^2$. 21 adarcha **VRd***v.a.G.* | appellatur **R**. | tenuis **b***S*. 22 miscentum **VR**. | habent **B**.

causticam, ideo acopis utilis et contra perfrictionum vitia. tollit et mulierum lentigines in facie. et calami simul 141
dici debent: phragmitis radix recens tusa luxatis medetur et spinae doloribus ex aceto inlita, Cyprii vero, qui et donax vocatur, cortex alopeciis medetur ustus et ulceribus veteratis, folia extrahendis quae infixa sint corpori et igni sacro. paniculae flos aures si intravit, exsurdat.

Sepiae atramento tanta vis est, ut in lucerna*m* addito Aethiopas videri ablato priore lumine Anaxilaus tradat. — Rubeta excocta aqua potui data suum morbis medetur vel cuiuscumque ranae cinis. — Pulmone marino si confricetur lignum, ardere videtur adeo, ut baculum ita praeluceat. —

**11.** (53) Peractis aquatilium dotibus non alienum 142
videtur indicare per tot maria, tam vasta et tot milibus passuum terrae infusa extraque circumdata mensura, paene ipsius mundi quae intellegatur, animalia centum quadraginta quattuor omnino generum esse eaque nominatim complecti, quod in terrestribus volucribusque fieri non

§ 141: Diosc. I 114. (cfr. Plin. XVI 165. XXIV 86. 87). — Isid. XII 6, 46. cfr. Sext. Empir. Pyrrh. hyp. I 14 p. 10. — § 142: Isid. XII 6, 63.

1 cauticam **B**. causti cū **R**. | acepustulis et **VRd**. acepus utile **b**. acopis additur *v.a.S.* | perfrigationum **VR**. 3 dulci **V**. 4 cypri **BVb***v.a.B*(*D*). 5 alopiciiſ **B**². | uſtiſ **B**. 6 *an* inueteratis, *ut XXVI 147. XXIX 65?* (*alias* uetera *XXII 125. XXIV 74. 81. 131. XXVI 145. XXVII 63,* uetusta *XXII 74. XXIII 87. XXIX 31,* uetustas *XXI 127*). ueteratus *tantum ap. Scribon. 140.* | infixas in **V**. *om.* **R**. | corpore **R**. torporae **V**. 8 sepia **R**. | lucernam *ego. cfr. XXVI 136. XXXIV 165 et Silligii nota ad XXXII 52.* -na *ll.v.* 9 adlato **B**. | uolumine **VdT**. | tradit **B**. 11 cuiusque **V**(?) **dT***H.* 12 ui (*pro* ut) **VR**. 14 peractiſ **BdT***S.* -ta *rv.* | dote *v.a.S.* 15 tot// millibuſ **B**¹. 16 infuta **B**¹. infra **B**². *an* interfusa, *ut II 173?* | circumdatam mensuram **VRd**. 17 intellegatur *ego* (*et dist.*). -antur *ll.v.* inueniantur *Birt 47.* | centum *om. v.a.B.* 17. 18 septuaginta *v.a.S.* 18 quattuor *ll.Brot.* sex *B coll. indice.* VII *v.* | omniū̄ **B**²*v.a.G.* | aquae **B**. 19 compl&i **B**. | que que **B**¹. quę //// **B**². 19 *et* p. 98, 1 non quid **V**. nequit **B**².

143 quit. neque enim omnis Indiae Aethiopiaeque aut Scythiae desertorumve novimus feras aut volucres, cum hominum ipsorum multo plurimae sint differentiae, quas invenire potuimus. accedat his Taprobane insulaeque aliae *at*que aliae oceani fabulose narratae. profecto conveniet non posse omnia genera in contemplationem universam vocari. at, Hercules, in tanto mari oceanoque quae nascuntur certa sunt, notioraque, quod miremur, quae profundo natura mersit.

144 Ut a beluis ordiamur, arbores, physeteres, ballaenae, pistrices, Tritones, Nereides, elephanti, homines qui marini vocantur, rotae, orcae, arietes, musculi et alii piscium forma arietes, delphini celebresque Homero vituli, luxuriae vero testudines et medicis fibri — quorum generis lutras nusquam mari accepimus mergi, tantum marina
145 dicentes —, iam caniculae, drinones, cornutae, gladii, serrae, communesque terrae, mari, amni hippopotami, crocodili, et amni tantum ac mari thynni, thynnides, siluri, coracini, percae.

Peculiares autem maris acipenser, aurata, asellus, acharne, aphye, alopex, anguilla, araneus, boca, batia,

§ 144: Homerus δ 436. — § 145: Isid. XII 6, 16. — Aristot. h. a. IX 2 init. Isid. XII 6, 9.

2. 3 homirum **B**$^1$ nimi- **B**$^2$. 3 ſunt **d**(?)*Brot.* sicut **R.** 4 inſulaeque **B**$^1$**Rb***v.* -lae quae **V.** -la ęque (atque *D*) **d***D.* -lae **B**$^2$. 4. 5 aliae atque *ego.* aliaeq, **B.** *om.* **r***v cfr. XXXV 150. II 230. XIII 105. XV 53. XVIII 265 et II 208. IX 2. 168. XXXIV 144. XXXVI 136. XXXVII 131.* 5 fabuloſae **B.** 7 ad **B***D.* | oceano **VRd***v.a.S.* | quae **Bb**(*B*)*S.* quaeque **VRf***v.a.C.* quaecumque **d**(?)*C.* 8 aliquae **B.** *an* aliqua quae? 11 piſtrices *ll.v*(*S*). priſtes *B coll. IX 4. 8. 41.* | tritioneſ **B.** 12 ali **B**$^1$*D.* 13 arietes *ll.v. cfr. IX 10 et 145.* quadripedes *Birt 164. an* terreſtres? 14 generiſ **B***S.* -ra **r** (*om.* lutras *v*). e genere *B.* 15 lytras **Vd.** lit- **R.** 16 drinoneſ **Bb***S.* dryn- **rdf***v.a.B.* dromo- *B.* simo- *Birt 165 coll. IX 23. an* turſiones? *cfr. IX 34.* 17 terra **B.** 18 et amne **VRb.** | thunni **B**$^1$. thinni **B**$^2$. | thynnides *v.* oth- **B.** thydines **V.** tid- **R.** thinide **b.** 20 accipiens et **VR.** 21 acarne **R***v.a.H.* | aphyae **B**$^1$. -ya *v.a.S.* afię **R.** | alopex **B***S coll. IX 145.* -pia **VR.** -phia **b.** -pecias *B.* -peca *v.* |

bacchus, batrachus, belonae, quos aculeatos vocamus, balanus, corvus, citharus, rhomborum generis pessimus, 146 chalcis, *c*obio, call*a*ri*a*s, asellorum generis, ni minor esset, colia*e* sive Parianus sive Sexitanus a patria Baetica, lacertorum minimi, ab iis nostr*at*es, cybium — ita vocatur concisa pelamys, quae post XL dies a Ponto in Maeotim revertitur —, cordyla — et haec pelamys pusilla; cum in Pontum a Maeotide exit, hoc nomen habet —, cantharus, callionymus sive uranoscopos, cinaedi, soli piscium lutei, cnide, quam nos urticam vocamus, cancrorum genera, 147 chemae striatae, chemae leves, chemae peloridum generis, varietate distantes et rotunditate, chemae glycymarides, quae sunt maiores quam pelorides, coluthia sive coryphia,

---

§ 146: cfr. Plin. IX 155. Isid. XII 6, 13. — Xenocrates 34. Athen. III 84 p. 116$^{c}$. 92 p. 121$^{a}$. Martial. VII 78, 1. — § 147: Xenocr. 31. 32. 33. 22. (cfr. Athen. III 33 p. 87$^{b}$). Isid. XII 6; 50. Xenocr. 23.

---

foca **B**$^{2}$. box *v.a.S. cfr. Birt 184.* | batia (bacia **R**) *ll.S.* -tis *B.* -tea *v. cfr. § 77.* 1 belonae **Bb***v*(*S*). -ne **Rd***Lugd.* bellone **V**. 2 rhomborum *ll.S.* e rho- *H.* chro- *v.* | generiſ **Bb***S.* -ra *rv.* -re *H.* 3 cobio *B.* gob- *ll.v.* | callarias *B ex Hesychio. cfr. Birt 178.* callyris **R**. cull- **V**. coll- **BbfJ** *coll. IX 61.* collurus *v.* 4 coliae *Birt 169.* -ias *B.* collia **B**. colla *rv.* | ſexitanuſ **BdT***H. cfr. III 8.* sextia- **R**. sexta- **V**. saxta- **b***v.* saxita- *B.* | baeticae **B**. 5 minimae **B**. -ma **b** *v.a.H.* | iis **d***v.* iſ **B**$^{1}$. his *rS.* | nostrates *ego* (*i. e.* Amyclani: *cfr. Athen. III 92 p. 121*$^{a}$). moncreſeſ **B**. -renses *D.* monci (monti **R**) ēē **VRd**. nonei (mo- **b**$^{2}$) esse **b**. Maeotici *B.* omotarichus *Birt 169.* 6 pelamuſ **B**. | meothym **V**. medio- **R**.
7 cordule **b**. condyla **d**. -dila **VR**. 8 a *ll.D. cfr. § 108.* e **d**(?)*v.* | exit **Bb***v.* ex *r.* 9 callaonymuſ **B**. callionimus **V**. | uranuscopus **V**. ranosc- **b**. orneoſcopoſ **B**. *cfr. § 69.* | pisci **b**. pirium **Vd**. pyr- **R**. 10 cnide **B***v.* conide *r.* | acancrorum **B**$^{2}$. -nororum **B**$^{1}$. 11 chamae **dT***v.a.S* (*item infra*). | ſyriatae **B**. trachea *B ex Athenaeo.* | chemaſ **B**. | leos *B.* | peturidum **Rd**. peter- **V**. potor- **b** (-des *v a.B*). 12 glycyamridis (clyc- **V**. -cia- **d**) **VRd**. glyciamaridis **b**. -merides *B.* 13 quae — pelorides *om.* **B**. | minores *Schneider e Xenocr., sed cfr. Birt 167.* | cyletiha **R**. -thyha **V**. dilcehia **b**. colycia *B. cfr. § 84.* | coryphia *S e Xenocr.* -phea **B**. -thia *H.* corophia *rv.* -phya *Lugd.*

concharum genera, inter quae et margaritiferae, cochloe,
quorum generis pentadactyli, item helices (ab aliis actino-
phoroe dicuntur), quibus radii; .... cantant — extra
148 haec sunt rotundae in oleario usu cocleae —, cucumis,
cynops, cammarus, cynosdexia, draco — quidam aliud
volunt esse dracunculum; est autem gerriculae amplae
similis, aculeos in branchiis habet ad caudam spectantes;
sic *ut* scorpio laedit, dum manu tollitur — erythinus,
echenais, echinus, elephanti locustarum generis nigri,
pedibus quaternis bisulcis — praeterea bracchia *iis* II
binis articulis singulisque forcipibus denticulatis —, fabri
sive zae*i*, glauciscus, glanis, gonger, g*e*rres, galeos, garos,
149 hippos, hippuros, hirundo, halipleumon, hippocampos,

---

§ 148: Isid. XII 6, 42. 17. — extr.: (cfr. Colum. VIII 16, 9).

---

1 concarum **B**². -corum **B**¹ | cochloe **B***S*. -loae **V**. -leae *v*. cochroe **B**. *an* conchoe? *cfr. Hesych. s. v.* ϲτρεβλῷ. 2 pentadaſtuli **VRd**. -dactyles *v.a.H.* spenradactili **b**. | item *ll.S. om. v.* | helices ab aliis *J cum Schneidero. (de mendo cfr. XVIII 317)*. -ceſ ab hiſ **B**. -ces aliis *S*. -cembalis **R**. -cembasilis **V**. elicembale **b**. melicembales *v*. 2. 3 actinophore **V**. -rae **Rdf***H*. echino- *v*. 3 radii **B***S*(*D*). *om. rv*(*J*). | *lac. ego indicavi. exciderunt fere* item oblongae, quibus bucinae modo. *cfr. U 720. Birt 167.* his *D*. | canthant **B**. | ex **B**. 4 his **B**². has *H*. | rotundi (rut- **V**) **VRd**. | coclei e **B**¹. -lea et **B**². | cocumiſ **B**, 5 cynops **b***J cum B*². -poſ **B***v*(*S*). -pus *Ven. cum B*¹(*Brot.*). *om.* *r***dT***H*. cynosopa *Birt 181.* | cammarus *om.* **VR dT***H*. | cynosdexia *v*. -extia **b**. -extria **VRd**. -enti **B**. cynodontis *coni. J.* cynes, dentex (*vel* dentrix) *Birt 181.* 6 gerriculae **Bd***H*. geri- **VRTf**. garricule **b**. graculo *B*. | amplae **B***J*. *om. rv.* 7 aculeos **VRdb***v*(*J*). *cfr. Isid.* -leum **B***S*(*D*). | brachiis **Vd**. | ad **B***Isid.v.* et *r*. | spectantes **d***Isid. G.* -tis **b***v*(*J*). -tem **B***S*(*D*). expectantis **V**. -tes **R**. 8 sic ut *Hack.* sic et *ll.v.* | mane **VR**. 9 echenahis **R**. -neis *v.a.J. cfr. § 2.* | lucuſtarum **BV**. locist- **R**. 10 iis *ego. om.ll.v.* (*an vero* praeterea — 11 denticulatis *delenda ut glossema ex IX 97?*). | duo *ll.v.* 11 forcipibuſ **B***S*. *cfr. Brandis p. 37.* forficibus **VRdTf***H*(*J*). -ficulis **b***v*. | fabri *ll.v*(*J*). -ber *G*. 12 zaei *ego.* zaes **VRdb***J*. zaiſ **B**. zaeus *S coll. Hesych. s. v.* zeus *B coll. IX 68. cfr. Birt 177.* | glauciſcuſ **Bd***S* (-isci *B*). gau- **VR**. -isci *v*. ganeiscis **b**. | conger **B***v.a.B*. ganger **R**. | gerres *B e Martial. III 77, 7. XII 32, 15.* girres *ll.J.* gyres *v*. 13 hippus **d***v.a.S.* hyppus **V**. | alipleumon

hepar, ictinus, iulis, lacertorum genera, lolligo volitans, locustae, lucerna, *l*elepris, lamirus, lepus, leones, quorum bracchia cancris similia sunt — reliqua pars locustae —, mullus, merula inter saxatiles laudata, mugil, melanurus, mena, maeot*e*s, murena, mys, mitulus, myiscus, murix, oculata, ophidion, ostreae, otia, orcynus — hic est pelamydum generis maximus neque ipse redit in Maeotim, similis tritomi, vetustate melior —, orbis, orthagoriscus, 150 phager, phycis saxatilium qu*aedam*, pelamys — earum generis maxima apolectum vocatur, durius tritomo —, porcus, p*h*thir, passer, pastinaca, polyporum genera, pectines — maximi et in his nigerrimi aestate laudatissimi, hi autem Mytilenis, Tyndaride, Salonis, Altini, C*h*ia in insula, Alexandriae in Aegypto —, pectunculi, pur-

---

§ 149 med.: cfr. Plin. XXXII 17. 152. — Xenocr. 28. 32. 33. — § 150: Xenocr. 33. (cfr. Plin. IX 48). — Xenocr. 19.

---

**B**$^1$*v.a.B*. alii pl- **B**$^2$. 1 geraar **B**. hepatos *Birt 174*. | ictinuſ **B***S coll. IX 81*. cat- **R**. cot- **V**. cotinos **b***v*. helacathenes *C cum B*. | iulis *S e coni. J*. iuliiſ **B**. siue **VR**. sunt **b***v*. 2 lucernae *v.a.J*(*D*). | lelepris *J ex Hesych*. elepris **RdTb**. elaep- **V**. elepaſ **B**. lepas *S*. lepris *Brot*.(*D*). liparis *v*. | lamiruſ **B**$^2$**VR***D*. -riis **b**. -muruſ **B**$^1$. -myrus **d**(?)*v*. larinus *S ex Hesych. cfr. Birt 116. 177*. 3 cancri **R**. 4 mulus **R**. | merulae **B**$^1$. 5 moena **VR**. maena **d**(?)*Lugd*. | maeotes *Birt 182 ex Athenaeo VII 88 p. 312*$^a$ *et Aeliani n. a. X 19*. -otiſ **B***S*. metis *rv*. meryx *C cum B*. | mir **R**. | mituluſ **B**$^2$**db***G*. -ulluſ **B**$^1$. milulus *r*. myllus *B*. mylus *v*. | myiſcuſ **Bd***H*. muscus *r*. mis- *v*. myscus *G*. -stus *B*. 6 ostreaae **VR**. -rea *v.a.D*. (eotia *v.a.B*). | hoc **VRd**. 7 ipſe **B***S*. piae **VR**. pye **dT**. *om*. **b***v*. sospes *Birt 167 e Xenocr*. (ὑγιής). 8 tritomi **Bb***S*. -tom **V**. -ton **R**. -toni *v*. *an* tritomo ni? *cfr. Xenocr*. (πλήν). 9 quaedam *Birt 174*. que *ll.v. del. B*. 10 apolectus *v.a.S*. -tos *vet. Dal*. | dyrius **Vd**. dirius **R**. durior *C*. | tritomo **BVb***S*. -onio **Rd**. -one *B*. -on *v*. 11 phorcus *v.a.S*. | phthir *S*. pthir **B**. phtiarum **VR**. pitiarus **b***Brot*. phita- *v*. phthita- *Dal*. 12 in his **B***D cum U 721. om rv*. | *dist. Birt 168*. 13 hi autem **B***D*. autem *rS*. *om*. *v*. | mytileus **V**. miti- **R**. -teleus **b**. | altini chia (in chia *J*) *S*. -nicia **BVRd**. -niacia **b**. -ni antii *B*. -natia *v*. 14 in **b***v*(*D*). *om*. *rS*. | aegyptū **VR**.

purae, pegrides, pina, pinoteres, rhine, quem squatum
151 vocamus, rhombus, scarus, principalis hodie, solea, sargus, squilla, sarda — ita vocatur pelamys longa ex oceano veniens —, scomber, salpa, sorus, scorpaena, scorpio, sala*x*, sciaena, sciadeus, scolopendra, *s*myrus, sepia, strombus, solen sive aulos sive donax sive onyx sive dactylus, spondyl*i*, smarides, stellae, spongeae, turdus, inter saxatiles nobilis, thynnis, thranis, quem alii xiphian vocant, thr*i*ssa, torpedo, tethea, tritomum pelamydum generis magni, ex quo terna cybia fiunt, veneria, uva, xiphias.
152 (54) His adiciemus ab Ovidio posita *a*nim*ali*a, quae apud neminem alium reperiuntur, sed fortassis in Ponto nascentia, ubi id volumen supremis suis temporibus inchoavit: bovem, *c*er*c*yrum in scopulis viventem, orph*u*m

§ 151: cfr. Plin. IX 62. — Xenocr. 34. — 28. — 8. — 34. — § 152: Ovid. hal. 94. 102. 104. 110. 111. 112. 113. 126.

1 pegrides (-ri//deſ **B**) *ll.v*(*S*). perci- *B*. phragides *Birt 179*. | pinoteres *S*. pinoet- **B**. pinat- **R**. pint- **V**. pinnot- **d**. -terae *v*. quinoceres **b**. | rhyne **R**. rhina *v.a.S*. | squalum *Birt 120 coll. IX 162*. 2 hiscarus **VRd**. | solia **VRb**. | cargus **VRdb**. 3 scilla **Rdb***H*. scylla **V***v*. 4 ſoruſ **B***S coll. § 89*. horus **VRd***v*. orus **b**. sparus *B*. 5 salax *Birt 178*. ſolaſ **B***S*. sciaycie **V**. scyaicie **d**. -ascia *v.a.B*. scyacye **R**. scoitie **b**. scias *J*. sciadeus *B*. | scyaena **RdT**. | ſciadedeuſ **B**. scyadeus **dT**. -dous **R**. *om. v.a.S*. | smyrus *B*. zmy- **B***S*. my- **Rd***v*. mirus *r*. | septa **VdTf**. 6 solen **Bb***v*. -lem *r*. | ſi ſiue **B**[1]. | auios **VRd**. | nyx **d**. nix **VRb**. 7 spondyli *ego*. -yly **B**. -ylus *v*. -yloe *S*. -dalu *r*. | smarides *B*. zma- **B***S*. smaridis **VRd**. -di **b**. maris *v*. | stella **VRd***v.a.S*. stilla **b**. | sphongae **B**. spongia **d**(?)*v.a.S. cfr. § 86*. 8 thynnus **dT***H*. ty- *v.a.B*. tomus *B*. 9 thrissa *J ex Hesych*. thryſſa **B**. thassa **VRdTf***H*. thessa *B*. stassa **b***v*. | tritomum **BVb***S*. trimoniū **R**. triton *B*. triphonon *v*. | pelamy **B**. 10 terna **B***S*. uraea **T**(?)*B*. ſerena *rv*. | ueneria **BTb***S*. -riae **VRd***H*. -ri *v*. urenae *B*. 11 adiciemuſ **B***v*. -cimus **VR**. addic- **db**. | animalia *Birt 46*. nomina *ll.v*. (*de* ponendi *verbo cfr. IV 69. XVIII 214. XXVIII 18. XXX 98. XXXIV 7. 36*). 13 naſcentia **Ba***S*. -tium *J cum Hauptio*. nascuntur *rv*. 14 bouem **BdTb***H*. uobem **a**. buem **R**. bouuam **V**. *om. v*. | cercyrum *H cum Gesnero*. pergyrum (-gyr **R**. -girum **ba**) *ll*. bopgyrum *v*. | orphum *v*. -phim **Bda**. morphym **VR**. morsum **b**.

rubentemque erythinum, iulum, pictas mormyras aureique
coloris chrysophryn, praeterea percam, tragum et placen-
tem cauda melanurum, epodas lati generis. praeter haec 153
insignia piscium tradit: channen ex se ipsam concipere,
glaucum aestate numquam apparere, pompilum, qui semper
comitetur navium cursus, chromin, qui nidificet in aquis.
helopem dicit esse nostris incognitum undis, ex quo
apparet falli eos, qui eundem acipenserem existimaverint.
helopi palmam saporis inter pisces multi dedere.

Sunt praeterea a nullo auctore nominati. sudis Latine 154
appellatur, Graece sphyraena, rostro similis nomini, magni-
tudine inter amplissimos; rarus is et non degenerat. ap-
pellantur et pernae concharum generis, circa Pontias in-
sulas frequentissimae. stant velut suillum crus e longo in

---

§ 153: Ovid. hal. 108. 117. Isid. XII 6, 28. (cfr. Plin. IX 58). Ovid. hal. 101. 121. 96. — § 154: cfr. Varro l. L. V 77 p. 31.

---

1 erythinum **B** *Brot.* acynum **VRdf.** acin- **b.** racinum **a.** rhacinumque *v.* | iulum **B** *S.* pulum (palū **R**) *r.* pullum *v.* sparulum *Brot.* (iulis *Ovid.*). *cfr. Birt 56 sqq.* 2 chrysophryn *Brot. cum Gesnero.* -phryri **B.** chryso **V.** -son *v.* chryro **R.** criso **ba.** | praeterea *om. S.* | percam *Brot. ex Ovid. 112.* parum *ll. S.* paruum *v.* sparum *Haupt ex Ovid. 106.* 3 cauda melanurum *S cum Gesnero.* caudam labrū **B.** cauda labrum (lapr- **b**) *rv.* | eporas **Rdb.** aep- **V** lepores *Birt 118.* 4 cannen **a.** chanem **V.** canem **Rdb.** | ipſam **B**[1]. -ſa *rv.* 5 nusquam *CFWMüller p. 27. sed cfr. Ovid. 117.* | pompilum *B.* -pium **BVRd***v.* pamp- **a.** compiem **b.** 6 cōmittetur **R.** | nauium **BdTa** *S.* -igium **VR.** -igiorum **b***v.* | chromin **B***v.* -mium **VRd.** crom- **b.** chormim **a.** 7 helopem **B** *S.* -pem quoque *rv. an* helopemque? 8 existimauerint **R**(**ba**?) *S.* -runt **Vd***v.* aeſtimauerint **B.** 11 appellatur **Bb** *S.* -tus *r H(D).* -ta *v.* | gręce **B** *S.* -cis **VRd** *H.* a grecis **b**(*v*). | sphyraena *B. cfr. Athenaeus VII 122 p. 323*[a]. *Aristot. h. a. IX 2 init.* -reni **B.** -rene *S.* purem **VRd.** para **b.** phyre *v.* | roſtro **B** *B.* -rio **VR.** -ria **b.** ostreae *v.* | nomini *J.* -nis **b.** -ne *rv. cfr. II 89.* 12 rarus is et *D.* raruſi ſet (ſed **B**[2]) **B.** rarus is sed *S.* rarus sed *rv.* | degenerat **B**[1] (*ut videtur*). *cfr. § 98.* -neri **B**[2] (i *in ampla ras.*). -ner *rv. de adiectivi notione aliena cfr. VIII 178. X 8. 10. XI 265. XIV 41. XXXVII 58 al.* 13 geſſeris **R.** | pomitias **V.** -icias **R.** 14 uel et **V.** | suillum *ego.* uillum **B.** suillo (suu- **V**) *rv.* | cruſ e *ego.* crure *ll. v.*

harena defixae hiantesque, qua latitudo est, pedali non minus spatio cibum venantur; dentes circuitu marginum habent pectinatim spissatos; intus spondyli grandis caro est. et hyaenam piscem vidi in Aenaria insula captum. — Exeunt praeter haec et purgamenta aliqua relatu indigna et algis potius adnumeranda quam animalibus.

---

# C. PLINI SECUNDI
# NATURALIS HISTORIAE
## LIBER XXXIII

---

1 (1) Metalla nunc ipsaeque opes et rerum pretia di-
centur, tellurem intus exquirente cura multiplici modo,
quippe alibi divitiis foditur quaerente vita aurum, argen-
tum, electrum, aes, alibi deliciis gemmas et parietum *li*-
g*n*orumque pigmenta, alibi temeritati ferrum, auro ėtiam
gratius inter bella caedesque. persequimur omn*es* eius
fibras vivimusque super excavatam, mirantes dehiscere
aliquando aut intremescere illam, ceu vero non hoc in-
2 dignatione sacrae parentis exprimi possit. imus in viscera

---

§ 1: cfr. Plin. II 158. XXXV 50. 118. 31. 49. XVI 205.

---

1 hyans b. | que qua **B***v*. quaeque qua **VRd**. quamque **b**. | latitudo **B***S*. lippitudo **VRd**. limpi- *v*. lippido **b**. 2 in circuitu *v.a.S*. 3 sponduli **d**. -doli **VR**. pro spondylo (-dili *v*) *B*. spondyli loco *U 723*. (*malim* uice, *ut XI 159. 171. IX 73. 17 passim; de mendo cfr. XXXIII 12*). 5 exeunt *ll.H*. caput exerentem *v*. | prae **B**[1]. | relat/// **B**[1]. 6 ulgis **R**. 8 exquirenti **B**. 9 alibei **B**[1] (*etiam infra*). | foditurì **B**. 10. 11 lignorumque *ego*. digitorumque *ll.v*. picto- *D*. (*Bergk exerc. Pl. II p. 3:* deliciis parietum digitorumque gemmas et pigmenta). 11 ferro **VR**. 12 omnes *v*. -nis *ll.S*. 13 uiuimuſque **B***G*. uidi- (quae **V**) **VRd**. uidem- **h***v*. | excauatam **B***G*. -to *r***d**[1]. -tos montes **d**[2]**h***v*. | miserantes **V**. 14 hoc **B***S*. hoc et **VR***D*. hoc etiam **dh***v*. 15 uiscera eius **d**[2]**h***v.a.S*.

et in sede manium opes quaerimus, tamquam parum benigna fertilique qua calcatur. et inter haec minimum remediorum gratia scrutamur, quoto enim cuique fodiendi causa medicina est? quamquam et hoc summa sui parte tribuit ut fruges, larga facilisque in omnibus, quaecumque prosunt. illa nos peremunt, illa nos ad inferos agunt, 3
quae occultavit atque demersit, illa, quae non nascuntur repente, ut mens ad inane evolans reputet, quae deinde futura sit finis omnibus saeculis exhauriendi eam, quo usque penetratura avaritia. quam innocens, quam beata, immo vero etiam delicata esset vita, si nihil aliunde quam supra terras concupisceret, breviterque, nisi quod secum est!

(2) Eruitur aurum et chrysocolla iuxta, ut pretiosior 4
videatur, nomen ex auro custodiens. parum enim erat unam vitae invenisse pestem, nisi in pretio esset auri etiam sanies. quaerebat argentum avaritia; boni consuluit interim invenisse minium rubentisque terrae excogitavit usum. heu prodiga ingenia, quot modis auximus pretia rerum! accessit ars picturae, et aurum argentumque caelando carius fecimus. didicit homo naturam provocare. auxere et artem vitiorum inritamenta; in poculis libidines

---

§ 3: cfr. Horat. od. III 3, 49. Seneca ep. XV 2, 56. 57.

---

2 qua **B***v*(*J*). quaqua *r***dT***G*. | calcatur **B***G*(*S*). caec- **V**. cec- **Rd**. ſec- **T***H*. ſecetur *v*. 3 quoto **B**¹*G*. quo **B**². *om.* *rv*. | cui enim *v.a.G*. 4 haec **h***v.a.S*. 5 frugeſ larga **B***S*. fugres (ſu-**VR**) iarca (-cha **T**. earca **V**²) **VRT**. frugum parcha **d**. minime parca **h***v*. 6 perimunt **B**²*S*. praem- **V**. prem- **Rdh***v*. 7 non *om.* **R**. 8 repente ut *ego*. ut rep- *ll.***h***v*(*D*). rep- **dT**(*P*)*H*. *cfr. XXXVII 193. II 89. XXVI 4. XV 25.* 9 si **VR**. est **h***v.a.G*. 10 penetratura **VRdT***H*(*J*). -tratur **B***S*. -tret *v*. | qua inbeata **B**¹. 11 ee̅ **R**. | aliunde *ll.H*. -ud *G*. -ud de ea **h***v*. 12 haberetque non nisi **d**(?)**h***v.a.G*(*Brot.*). 15 nomine **h**. non *H*. | ex—enim **Bh***v*(*S*). *om.* *rH*. 15. 16 erat unam **B***G*(*S*). naturam *r*. -ura. parum erat *H*. erat naturae unam **h***v*. 16 poteſtatem **B**. 17 saniens **VR**. 17. 18 consilii **VR**. 19 heu **Bh***v*(*S*). eum *r*. o *Brot.* | prodigiosa **h***v.a Brot.* | quod **B**¹**V***D*. 20 et argentum quae **V**. 21 dicit **VRd**. 22 auxere *om.* **B***S*. | arte **d**. (artem = pretium artis; *cfr. v. 20*).

5 caelare iuvit ac per obscenitates bibere. abiecta deinde
sunt haec a*c* sordere coepere, *u*t auri argentique nimium
fuit. murrina ex eadem tellure et crystallina effodimus,
quibus pretium faceret ipsa fragilitas. hoc argumentum
opum, haec vera luxuriae gloria existimata est, habere
quod posset statim perire totum. nec hoc fuit satis.
turba gemmarum potamus et zmaragdis teximus calices,
ac temulentiae causa tenere Indiam iuvat. aurum iam
6 accessio est, **1.** (3) utinamque posset e vita in totum
abdicari [sacrum fame, ut celeberrimi auctores dixere]
proscissum conviciis ab optimis quibusque et ad perniciem vitae repertum, quanto feliciore aevo, cum res ipsae
permutabantur inter sese, sicut et Troianis temporibus
factitatum Homero credi convenit! ita enim, ut opinor,
7 commercia victus gratia invecta. alios coriis boum, alios
ferro captivisque res emptitasse tradit. qua*re*, quamquam
ipse iam mirator auri, pec*ore* aestimationes rerum ita
fecit, ut C boum arma aurea permutasse Glaucum diceret

---

§ 6: Verg. Aen. III 57. — Homerus H 472. — § 7 extr.: Homerus Z 234 sqq. — cfr. Plin. XVIII 11. Varro r. r. II 1, 9. Festus p. 202, 11 sqq.

---

1 celera iuuit (uiuit **R**) **VR**. celebrauerunt **T** *Brot.* 2 ac *ego.* abſ **B**. & *rv.* | ſorbere **BT**. | coeperunt **dT**. *om.* **B**. | ut *ego.* et *ll. v.* | et argentique (quae **V**) **VRT**. 3 fuit *om.* **R**. | murrinae **B**[1]**VRd**. | cruſtallina **B**. 5 luxoriae (-ia **R**) **VR**. | gloria *om.* **VR**. | haber& **R**. 7 putamus **VR**. | ex **VRd**. 8 tenere **Bh***v*. temere *r*. | aurum *ego.* earum **B**. et aurum *rv.* 10 abdicare **B**. (*an* et uita ... abdicare?). | *uncos posui cum Müllero emend. V 10.* | aurum (-ri *Brot.*) sacra **h***v. a. S.* | fame *H*(*J*). -mae **B***S.* -ma *r.* -mes **h***v.* 11 proceſſum **B**[2]. (est *add. Brot.*). 12 quanto **B***S.* -tum *rv.* | ipſa **B**[2]. 13 permutabatur **B**. -buntur **V**. 15 uictuuſ **B**[1]*D.* uictus gratia *om.* **VR**. | inuecta *ll. H.* -enta **h***v*(*D*). 16 res *D e coni. S.* reruſ **B**[1]. (*an* merces?). rerū **B**[2]. rebus *rv.* merum *coni. J.* uinum *Bergk.* | emittasse **R**. aemitt- **V**. mut- **d**(?)*man. Dal. H.* | quare *ego.* qua **B**[1]. quā **B**[2]. *om. rv.* | quamquam **B***S.* -quam et *rv* (*D*). et quamq- *Bergk.* 17 iam **B***S. om. rv.* | miratus aurum *v. a. H.* | pecore *ego cum Bergkio.* pec: **B**[1]. *punctis del. et correctionem supra scripserat* **B**[2], *sed puncta et corr. rursus erasit* **B**[3]. et **VRd**. *om. v.*

cum Diomedis armis VIIII boum. ex qua consuetudine
multa legum antiquarum pecore constat etiam Romae.
(4) Pessimum vitae scelus fecit qui primus induit 8
digitis, nec hoc quis fecerit traditur. nam de Prometheo
omnia fabulosa arbitror, quamquam illi quoque ferreum
anulum dedit antiquitas vinculumque id, non gestamen,
intellegi voluit. Midae quidem anulum, quo circumacto
habentem nemo cerneret, quis non etiam fabulosiorem
fateatur? manus et prorsus sinistrae maximam auctori- 9
tatem conciliavere auro, non quidem Romanae, quarum
in more ferrei erant *ut* virtutis bellicae insigne. de regi-
bus Romanis non facile dixerim. nullum habet Romuli
in Capitolio statua nec praeter Numae Serviique Tullii
alia ac ne Lucii quidem Bruti. hoc in Tarquiniis maxime
miror, quorum e Graecia fuit origo, unde hic anulorum
usus venit, quamquam etiam nunc Lacedaemone ferreo
utuntur. sed a Prisco Tarquinio omnium primo filium, 10
cum in praetextae annis occidisset hostem, bulla aurea
donatum constat, unde mos bullae duravit, ut eorum, qui
equo meruissent, filii insigne id haberent, ceteri lorum;
et ideo miror Tarquinii eius statuam sine anulo esse.
quamquam et de nomine ipso ambigi video. Graeci a
digitis appellavere, apud nos prisci ungulum vocabant,

§ 8: cfr. Plin. XXXVII 2. Isid. XIX 32, 1. — (cfr. Plato de re p. II p. 359. Cic. de off. III 9, 38). — § 9 extr.: cfr. Plin. XXXV 16. — § 10: Macrob. Sat. I 6, 8—14. Paul. Diac. p. 36 s. v. *bulla aurea*. — Festus p. 375$^b$, 1. Isid. XIX 32, 5.

1 cum *om.* **VRd**. 3 qui **Bf***S*. qui id **rdT***H*(*D*). qui anulum **hv**. *cfr. § 13*. 4 non (*pro* hoc) **R**. 7. 8 circum actu mabentem **B**$^1$. 9 manuuſ **B***D*. 10 romaene **VR**. -ani **h***v.a.G*. | quorum **h***v.a.H*. 11 in *om.* **h***v.a.Brot.* | mere *H cum Gron.* | ferrei **B***S*. -rrent *r*. -rreum **d***G*. -rendum **h***v*. | erant *ll.S*. erat **d***v* erat id *G*. id erat *Lugd.* | ut *H*. et *ll.G*(*S*). *del. v*. 13 praeterea **B**$^2$. | num & **V**. 14 inter quinis **V**. 15 egraegia **B**. egregia **Vdh***v.a.C*. 16 etiam num **B**$^1$. | lac//edaemone$^s$ **B**$^2$. 18 accidisse **V**. | bullea (*om.* aurea) **R**. 19. 20 qui hęc equo commeruiſſent **B**$^2$. 20 ceter (-rum **V**$^2$) illorum **VR**. 22 ambigitur. id **h***v.a.G*. 23 umgulum **V**.

11 postea et Graeci et nostri symbolum. longo certe tempore ne senatum quidem Romanum habuisse aureos manifestum est, siquidem iis tantum, qui legati ad exteras gentes ituri essent, anuli publice dabantur, credo, quoniam ita exterorum honoratissimi intellegebantur. neque aliis uti mos fuit quam qui ex ea causa publice accepissent, volgoque sic triumphabant et, cum corona ex auro Etrusca sustineretur a tergo, anulus tamen in digito ferreus erat aeque triumphantis et servi *prae* se coronam
12 sustinentis. sic triumphavit de Iugurtha C. Marius aureumque non ante tertium consulatum sumpsisse traditur. ii quoque, qui ob legationem acceperant aureos, in publico tantum utebantur iis, intra domos vero ferreis, quo argumento etiam nunc sponsae muneris vice ferreus anulus mittitur, isque sine gemma. equidem nec Iliacis temporibus ullos fuisse anulos video. nusquam certe Homerus dicit, cum et codicillos missitatos epistularum gratia indicet et conditas arcis vestes ac vasa aurea argenteaque et eas colligatas nodi, non anuli, nota. sortiri quoque contra provocationes duces non anulis tradit, fabricae etiam deum fibulas et alia muliebris cultus, sicut inaures,
13 in primordio factitasse, sine mentione anulorum. et quis-

---

§ 11 med.: Isid. XIX 32, 3. — cfr. Plin. XXI 6. — § 12 med.: Isid. XIX 32, 4. Homerus Z 169. Θ 424. 443. 447. H 175. Σ 400.

---

3 hiiſ **B**². his *C.* | legiaci **R**. 6 quanquā **R**. 7 hic **R**. 9 aequi **R**. aequa fortuna *man. Dal. v. a. G* (*Brot.*). | triumphantes **Vd**. | prae se *ego. cfr. VIII 2.* fortasse (feria- **R**) *ll. G* (*S*). *del. v* (*Brot.*). *an potius* forte? *nam* fortasse *alienum a dictione Plinii praeferentis semper* fortassis: *cfr. II 82. XVIII 36. XXV 15. 22. XXVII 102 al.* 10 C. **B**¹**R***v*. *del.* **B**². *om.* **V**¹**d**. ſa **V**². 11 ii *v* (*S*). duo (*i. e.* II) **R**. hii **BV**. hi **dh***C*. 12 obligationem **VRd**. 13 iiſ **B**¹*J*. hiiſ **B**². his **r***H*. eis *G*. *om. v.* | qui intra **B**. 14 muneriſ uice **B***S*. -eri **r***H*. *om.* **h***v*. 15 hisque **V**². -ui **V**¹**R**. | eo quidem **B**. *cfr. XXXV 17. om.* **h***v. a. H.* | nedicialis **R**. 17 missitatos **dh***v*. -aloſ **B**. misitatos **VR**. 18 argiſ **B**². | uectes **R**. 19 ea colligata **h***v. a. S.* (*an* conſignatas?). | notaſ **B**. 20 prouocationeſ **B***S*. -nem **r***v* (*D*). | fabricae *ll.* **h***v* (*S*). -care **dT***C*. -cam *G*. 22 *et* p. 109, 1 quicquid **R**. qui *v. a. G.*

quis primus instituit, cunctanter id fecit: laevis manibus latentibusque induit, cum, si honos securus fuisset, dextra fuerit ostentandus. quodsi inpedimentum potuit in eo aliquod intellegi, etiam serioris usus argumentum esset: maius in laeva fuisset, qua scutum capitur. est quidem apud eundem Homerum virorum crinibus aurum inplexum; ideo nescio an prior usus feminis coeperit.

(5) Romae ne fuit quidem aurum nisi admodum 14
exiguum longo tempore. certe cum a Gallis capta urbe pax emeretur, non plus quam mille pondo effici potuere. nec ignoro MM pondo auri perisse Pompeii III *consulatu* e Capitolini Iovis solio a Camillo ibi condita, et ideo a plerisque existimari MM pondo collata. sed quod accessit, ex Gallorum praeda fuit detractumque ab iis in parte captae urbis delubris — Gallos cum auro pugnare solitos 15
Torquatus indicio est —; apparet ergo Gallorum templorumque tantundem nec amplius fuisse. quod quidem in augurio intellectum est, cum Capitolinus duplum reddidisset. illud quoque obiter indicari convenit — etiam de anulis sermonem repetivimus —, aedituum custodiae eius conprehensum fracta in ore anuli gemma statim ex-

— § 13: (cfr. Ateius Capito ap. Macrob. Sat. VII 13, 12. 13). — Homerus P 52. — § 14: Liv. V 48, 8. 50, 6. — § 15: Liv. VII 10, 7. 11.

1 laeuisque d(?)h*v.a.S.* 2 latibusque **R**. | si *om.* **R**. 4 et iam *U.* | ſeriorif **B**d*H*(*J*). -or is *S.* sertoris *r.* in sertorii h*v.* consertoriſ *B.* | usu h*v.a.H.* | argentum **B**. | esset *ego.* eſt & **B***S.* est *rv.* 5 fuiſſ& **B***S.* -isse *rv.* 6. 7 crinibuſ aurum inplexum **B***v.* *om. r.* 7 annon *coni. S.* | feminiſ **B**. a (ae **V**[2]) fem- *rv.* *cfr. CFWMüller p. 3.* 8 aureum **VR**. 10 effici **B**h*v*(*S*). *om. rH.* 11 ignoro M. Crassum h*v.a.G* (*Brot.*). | duo milia *v.a.S.* | reperisse d**T**. rapuisse suo et h*v.a.G*(*Brot.*). | pompei **V***S.* -peli **B**[1]. -pilii **B**[2]. -peio *D.* | IIII d**T**. tertio h*v.* secundo *Brot.* 11. 12 consulatu e *v*(*J*). cos. e **VR**d*S*(*D*). caſ e **B**[1]. caſę **B**[2]. *cfr. Frobeen p. 70. 72.* 13 exaestimare **R**. | II **VR**. duo d. duo milia *v.a.J.* 14 ex *ll.S.* *om.* d*C.* est *v.* | iiſ **B**[1]*S.* his *rv.* 15 gallos autem h*v.a.S.* (*dist. D*). | purgare **B**. 17 equidem d*S.* 19 indicare f*H.* | etiam **B***U.* et iam *J.* quoniam *rv*(*D*). *an* etenim? 20 *an* ab (*pro* de)? | ancilis **V**. | repetimus h*v.a.S.* | aeditum **V**.

16 pirasse et indicium ita extinctum. ergo ut maxime MM
tantum pondo, cum capta est Roma, anno CCCLXIIII fuere,
cum iam capitum liberorum censa essent $\overline{\text{CLII}}$ DLXXIII.
*in* eadem post annos CCCVII, quod ex Capitolinae aedis
incendio ceterisque omnibus delubris C. Marius filius
Praeneste detulerat, $\overline{\text{XIIII}}$ pondo, quae sub eo titulo in
triumpho transtulit Sulla et argenti $\overline{\text{VI}}$. idem ex reliqua
omni victoria pridie transtulerat auri pondo $\overline{\text{XV}}$, argenti
p. $\overline{\text{CXV}}$.
17 (6) Frequentior autem usus anulorum non ante Cn.
Flavium Anni filium deprehenditur. hic namque publi-
catis diebus fastis, quos populus a paucis principum co-
tidie petebat, tantam gratiam plebei adeptus est — liber-
tino patre alioqui genitus et ipse scriba Appi Caeci, cuius
hortatu exceperat eos dies consultando adsidue sagaci in-
genio promulgaratque —, ut aedilis curulis crearetur cum
Q. Anicio Praenestino, qui paucis ante annis hostis fuisset,
praeteritis C. Poetilio et Domitio, quorum patres consules
18 fuerant. additum Flavio, ut simul et tribunus plebei esset,
quo facto tanta indignatio exarsit, ut a n u l o s a b i e c t o s in
antiquissimis reperiatur a n n a l i b u s. fallit plerosque quod
tum et equestrem ordinem id fecisse arbitrantur; etenim ad-

§ 17: L. Piso ap. Gell. VII 9. Liv. IX 46, 1. 5. Val. Max. II 5, 2. — § 18: Liv. IX 46, 12.

1. 2 duo tantum milia **h***v.a.S.* 2 capita **R**. 3 eſſ& **B**. | $\overline{\text{CLII}}$ **B***D*. CLti **V**[1]**R**[1]**d**. CLIII **V**[2]**R**[2]. CLII milia **h***v*. | DLXXVII **B**[1]. 4 in *G*. *om. ll.v.* *an* ex? 5 VI marro **R**. 6 *an* detulerat, e r a n t? | $\overline{\text{XIIII}}$ *J*. XIIII **B**. XIIII milia *S*. XIII *r*. tredecim milia **h***v*. | quae *om. v.a.G.* 7 [trans]tulit — 8 trans[tulerat] *om.* **B**. | $\overline{\text{VI}}$ *J*. VI *ll.S.* VII (VI *H*) milia **h***v*. 11 anni (*Ven.*)*S.* annii *ll.v.* anci *U cum Orellio. cfr. Gell.* 12 factis **VR**. | principium **R**. 13 tantum gratia **VR**. | plebei **B**[1]*S*. -bi **VR**. -bi[s] **B**[2]**dh***v*. 14 appicae ci **B**[1]. ap- picē **B**[2]. 15 hortatuſ exceperat **B**[1]. -at uix caeperat (coep- **R**) **VR**. 16 promulgaueratque **VRdh***v.a.S*(*D*). 17 quinto **B**. que **Vd**. 18 poetellio **VR**. petilio **h***v.a.H.* 19 plebei **B***S*. -bis *rv*. 20 facta **Vd**. | tanta senatus **h***v.a.S.* | indignatio **B***S*. -one *rv*. | abiecto **B**[1]. ab eo abiectos fuisse **h***v.a.S.* 22 etenim **VRdTfh***v*(*H*)*D*. ut enim **B***S*. at enim *J*. est enim *G*.

iectum hoc quoque sed et phaleras positas propterque
nomen equitum adiectum est, anulosque depositos a nobilitate in annales relatum est, non a senatu universo.
hoc actum P. Sempronio L. Sulpicio cos. Flavius vovit 19
aedem Concordiae, si populo reconciliasset ordines, et, cum ad id pecunia publice non decerneretur, ex multaticia faeneratoribus condemnatis aediculam aeream fecit in Graecostasi, quae tunc supra comitium erat, inciditque in tabella aerea factam eam aedem CCIIII annis post Capitolinam dedicatam. i*d* a. CCCCXXXXVIIII a condita urbe 20
gestum est et primum anulorum vestigium extat; promiscui autem usus alterum secundo Punico bello, neque enim aliter potuisset trimodia anulorum illa Carthaginem ab Hannibale mitti. inter Caepionem quoque et Drusum ex anulo in auctione venali inimicitiae coepere, unde origo socialis belli et exitia rerum. ne tunc quidem 21
omnes senatores habuere, utpote cum memoria avorum multi praetura quoque functi in ferreo consenuerint — sicut Calpurnium et Manilium, qui legatus C. Marii fuerit

§ 19: Liv. IX 46, 6. — § 20: Liv. XXIII 12, 1. Val. Max. VII 2 ext. 16. (cfr. Plin. XXVIII 148. II 199). Liv. epit. LXXI. — § 21 med.: cfr. Cic. Brut. 29, 112.

1 phraleraſ **B**[1]. phalera (phalle- **V**) **VRdh***v.a.S.* | poſitas **B**[2]*S.* -ta *rv.* | propterque (= idque propter) **Rdh***J.* -ter quae **BV***v*(*S*). -tereaque *H.* -terea *Verc.* praeterque *CFWMüller p. 27.* 2 anulosque *CFWMüller l. l.* -los quoque *ll.v.* 3 nam (*pro* non a) **R.** 4 Sempronio Longo *v.a.Brot.* | L. *ll.v*(*D*). P. d(?)*Brot.* | nouit **R.** ouit **B**[1]. obit **B**[2]. 5 populoſ **B**[1]. -lvſ **B**[2]. 6 publica **h***v.a.S.* 9 tabula **h***v.a.S.* | faciam **Vd.** *om.* **h***v.a.S.* | meam **VR.** | CCIIII *H*[1](*Brot.*). CCCIII **B.** CCCIIII *v*(*H*[2]). CCIII *S.* c quatuor *G.* | annis *om.* **B.** 10 id a. (= anno) *CFWMüller p. 3.* ita *ll.v.* | CCCCXLVIII **VRh***v.a.Brot.* 11 p (*pro* &) **VR.** | existat **V.** 11. 12 primiſ. qui autem **B.** 13 potuiſſ& **B**[1]**V***D.* -ent *rv.* | tria modia **V**[1]. primordia **B.** 14 anniſ(-ni **B**[2])bale **B.** | mitti **Bh***v.* illi *r.* | caepionem **B**[1]*B.* scep- **VR.** Scip- **B**[2]**d***v.* 16 exiti rerum (*vel* uerum) *Madvig adv. crit. II 528.* | nie **R**[1]. | tunc **B***J.* tum **dh***v.* cum *r.* 17 habuere **B***S.* -runt *rv.* | pote **V**[1]**R.** 18 functi **Bdh***v.* funem *r.* | consenierint **VR.** 19 manlium **B**[2]. | fuerat **Rdh***v.a.S.*

Iugurthino bello, Fenestella tradit, et multi L. Fufidium illum, ad quem Scaurus de vita sua scripsit —, in Quintiorum vero familia aurum ne feminas quidem habere mos fuerit, nullosque omnino maior pars gentium hominumque, etiam qui sub imperio nostro degunt, hodieque habeat. non signat oriens aut Aegyptus etiam nunc litteris contenta solis.

22 Multis hoc modis, ut cetera omnia, luxuria variavit gemmas addendo exquisiti fulgoris censuque opimo digi-
37, 2 sqq. tos onerando, sicut dicemus in gemmarum volumine, mox et effigies varias caelando, ut alibi ars, alibi materia esset in pretio. alias dein gemmas violari nefas putavit ac, ne quis signandi causam in anulis esse intellegeret,
23 solidas induit. quasdam vero neque ab ea parte, qua digito occultantur, auro clusit aurumque millis lapillorum vilius fecit. contra vero multi nullas admittunt gemmas auroque ipso signant. id Claudii Caesaris principatu repertum. nec non et servitia iam ferrum auro cingunt — alia per sese mero auro decorant —, cuius licentiae origo nomine ipso in Samothrace id institutum declarat.

24 Singulis primo digitis geri mos fuerat, qui sunt minimis proximi. sic in Numae et Servi Tullii statuis videmus. postea pollici proximo induere, etiam *in* deorum simulacris, dein iuvit et minimo dare. Galliae Brittanniaeque medio dicuntur usae. hic nunc solus excipitur, ceteri

---

§ 23 extr.: Petron. sat. 32. 58 extr. — Lucret. VI 1043. Isid. XIX 32, 5. — § 24: (Isid. XIX 32, 4). Ateius Capito ap. Macrob. Sat. VII 13, 14. 15. Gellius X 10.

---

1 pheneſtella **B**. | ſuffidium **R**. fuſi- *C*. 2 ſcauroſ **B**. 4 omnino anulos **h***v.a.S*. 5 deſunt **B**. | hodiae **V**. -ie **Rh** *v.a.G*. 6 habet *G*. -ent *C*. | ſignat **B***C*. -net **V***v*. -nemt **R**. 8 uarit **B**$^1$. uerit **B**$^2$. 10 oneranda **R**. | dicimus **VR**. *cfr. § 28*. 11 alibei (*bis*) **B**$^1$. 12 esse **V**. | dein **B***S*. -nde *rv*. 14 qua **B**$^1$*S e cod. Colb*. quae *rv*(*J*). 15 occultantur **BRd***Colb.S*. -atur **Vh***v*(*J*). | millis *J coll. XXXVI 98 et Festo s. v.* millib. **B**$^1$*Lugd*. milibus *rv*(*S*). micis *Gron*. uilibus *coni. U*. 19 licentiam **R**. 20 samothra haec (*om.* id) **V**. 21 gerimus **V**. 23 in *ego. om. ll.v. cfr. XXXIV 8*.

omnes onerantur, atque etiam privatim articuli minoribus aliis. sunt qui uni tantum minimo congerant, alii vero 25 et huic tantum unum, quo signantem signent. conditus ille, ut res rara et iniuria usus indigna, velut e sacrario promitur, ut et unum in minimo digito habuisse pretiosioris in recondito supellectilis ostentatio *si*t. iam alii pondera eorum ostentant. aliis plures quam unum gestare labor est, alii bratteas infercire leviore materia propter casum tutius gemmarum sollicitudini putant, alii sub gemmis venena cludunt, sicut Demosthenes summus Graeciae orator, anulosque mortis gratia habent. denique v*el* plu- 26 rima opum scelera anulis fiunt. quae fuit illa vita priscorum, qualis innocentia, in qua nihil signabatur! nunc cibi quoque ac potus anulo vindicantur a rapina. hoc profecere mancipiorum legiones, in domo turba externa ac iam servorum quoque causa nomenclator adhibendus. aliter apud antiquos singuli Marcipores Luciporesve dominorum gentiles omnem victum in promiscuo habebant, nec ulla domi a domesticis custodia opus erat. nunc 27 rapiendae conparantur epulae pariterque qui rapiant eas, et claves quoque ipsas signasse non est satis. gravatis somno aut morientibus anuli detrahuntur, maiorque vitae ratio circa hoc instrumentum esse coepit. incertum a

§ 25: (Petron. sat. 71). — Eratosth. ap. Plutarch. Demosth. 30 p. 860. — § 26: (cfr. Cic. ad fam. XVI 26, 2. — Quintil. inst. or. I 4, 26). — § 27 extr.: cfr. Plin. XXXVII 3. 4. Herodot.

1 onorantur **B**$^2$. | articuli$^s$ **B**$^2$. 2 tres uni **h** *v*. *a*. *S*. | tantum **B** *J*. *om*. *rv*. 4 uſu **B**$^2$. 5 ut & **B**. et *rv*. 6 super lectulis **V**. | sit *ego*. est *ll*. *v*. | iam *om*. **VR**. 7 orum **V**. ho- **dT**. 8 infercire **B**$^1$ *S*. -farcire *G*. -ferci **VR**. -ferre **B**$^2$. -ferunt **h** *v*. 9 tutiuſ **B** *G*. totius *r*. totam **h** *v*. | sollicitudinem **h** *v*. *a*. *G*. 9. 10 gemmas **VR**. 11 uel *Bergk exerc. Pl. II 3. cfr. CFWMüller p. 27*. ut *ll*. *v*. 11. 12 plurima **B** *S*. -mum *rv*. 12. 13 priſcorum qualiſ innocentia **Bh** *v*. *om*. *r*. priscorum *om*. *S*. 13 nunc **B** *S*. at nunc **dh** *v* (*D*). at uincti **R**. adiuncci **V**$^1$. -cti **V**$^2$. 15 proficere **VR**. | in **B** *S*. et in *rv*. 16 ac iam **B** *S*. ac *G*. acta *rv*. 18 gentilis **R**. 19 ne **R**. 20. 21 ea sed **V**. eas sed et **h** *v*. *a*. *G*. 21 signare **h** *v*. *a* *S*. 21. 22 grauatus somnus autem **V**.

quo tempore, videmur tamen posse in externis auctoritatem eius rei intellegere circa Polycraten Sami tyrannum, cui dilectus ille anulus in mare abiectus capto relatus est pisce, ipso circiter CCXXX urbis nostrae annum interfecto.
28 celebratior quidem usus cum faenore coepisse debet. argumento est consuetudo volgi, ad sponsiones etiamnum anulo exiliente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arra velocior, ut plane adfirmare possimus nummos ante apud
42 nos, mox anulos coepisse. de nummis paulo post dicetur.
29 (7) Anuli distinxere alterum ordinem a plebe, ut semel coeperant esse celebres, sicut tunica ab anulis senatum. quamquam et hoc sero, vulgoque purpura latiore tunicae usos invenimus etiam praecones, sicut patrem L. Aelii Stilonis Praeconini ob id cognominati. sed anuli plane tertium ordinem mediumque plebei et patribus inseruere, ac quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniae indices tribuunt. nec pridem
30 id factum. divo Augusto decurias ordinante maior pars iudicum in ferreo anulo fuit iique non equites, sed iudices vocabantur. equitum nomen subsistebat in turmis equorum publicorum. iudicum quoque non nisi quattuor decuriae fuere primo, vixque singula milia in decuriis inventa sunt, nondum provinciis ad hoc munus admissis, servatumque in hodiernum est, ne quis e novis civibus
31 in iis iudicaret. 2. decuriae quoque ipsae pluribus discretae nominibus fuere, tribunorum aeris et se*l*ectorum

III 41. 42. — § 30 init.: cfr. Sueton. Aug. 32.

1 externa **VRd**. 2 policra terra mityrannum **V**. 4 piſce & **B***D*. | ipsi **R**. 6 etiannum **B**[1]. etiā cū **R**. *an* etiam nunc? 7 exilenter acta **VR**. (tracta *om*. **h***v*.*a*.*G*). | non **B**. | arra *om*. **B**. 9 dicitur **V**[1]**R**. *cfr*. *§ 22*. 13 tunica **B**[2]. 15 plebi **V**[2]**Rdh***v*.*a*.*S*. blebi **V**[1]. *cfr*. *§ 17. 18*. 16 inseruire **V**. | ac *ll*.**dTh***v*(*S*). *del*. *Dal*. | et qui **V**. 17 iudices **Rdh***v*.*a*.*S*. 19 ferro **V**. | hiique **BV**. 21 quoque *om*. **dT**. *an* que? 22 ꝑximo **R**. 22. 23 decuriis inuenta **B***v*. -uria *r***dTf**. 23 admissis *om*. **R**. 24 hodiernum diem **h***v*.*a*.*G*. 25 hiiſ **B**[2]. his **VR**. | iudicare **V**. | ipsi **R**. 26 selectorum **dh**(?)*v*. ſectorum **B**. setecorum **R**. -cor **V**.

et indicum. praeter hos etiamnum nongenti vocabantur ex omnibus electi ad custodiendas suffragiorum cistas in comitiis. et divisus hic quoque ordo erat superba usurpatione nominum, cum alius se nongentum, alius selectum, alius tribunum appellaret.

(8) Tiberii demum principatu nono anno in unitatem 32 venit equester ordo, anulorumque auctoritati forma constituta est C. Asinio Pollione C. Antistio Vetere cos. anno urbis conditae DCCLXXV, quod miremur, futtili paene de causa, cum C. Sulpicius Galba, iuvenalem famam apud principem popinarum poenis aucupatus, questus esset in senatu, volgo institores eius culpae defendi anulis. hac de causa constitutum, ne cui ius esset nisi qui ingenuus ipse, patre, avo paterno HS $\overline{\text{CCCC}}$ census fuisset et lege Iulia theatrali in quattuordecim ordinibus sedisset. postea gregatim insigne id adpeti coeptum. propter haec discrimina 33 C. princeps decuriam quintam adiecit, tantumque enatum est fastus, ut, quae sub divo Augusto impleri non potuerant, decuriae non capiant eum ordinem, passimque ad ornamenta ea etiam servitute liberati transiliant, quod antea numquam erat factum, quoniam ferreo anulo

§ 32 extr.: Sueton. Caes. 33. Horat. epist. I 1, 58. Plin. epist. I 19. — § 33 init.: Sueton. Calig. 16.

2 electi **B***S*. sel- *rv*(*D*). | a **V**. | custodienda **VR***v*.*a*.*G*. scita *v*.*a*.*G*. 6 principatu **B***J*. -tus *rv*(*D*). *cfr*. *CFWMüller grat*. *p*. *553*.. 8 G. *pro* C. *ter deinceps* **B**², *item* § *33 et passim*. 9 DCCLXXX **V**. | vtili **B**². 10 galba **B***v*(*S*). galba dum *rG*(*D*). 11 potinarum **VR**. | aucupatuſ **B***S*. -tur *G*. occupatur *r*. aucuparetur occupatusque in his **h***v*. | quaeſtuſ **B**. 12 senatum **VRd**. 13 cui tus **V**¹. cuiuſ **B**. cui **V**². | eſſet **Bdh***S*. id esset *rG*(*D*). eius esset *v*. | qui **B***S*. cui *rv*. | ingenuuſ ipſe **B***S*. -nuo ipsi **h***v*. -nuo *r*. -nuus ipse ingenuo *D*. *cfr*. *Mommsen* (*röm*. *Staatsrecht III p*.*452 not*.*1*). 14 patre **B***S*. -ri *rv*. | sestertia cccc **VRdh***v*.*a*.*S*. | fuiſſ& & **B***v*. -ssent et **h**. -ssent e *r*. 15 ſediſſ& **B***S*. sedendi (red- **V**) *rv*. 16 propterque **h***v*.*a*.*S*. 17 enatum **BdT***S*. nat- *rv*. 18 fastus **h***C*. faſtiſ **B**²*v*. fartiſ **B**¹. fortis *r*. 18. 19 potuerunt **V**. 21 quoniam *ego*. q̄m in *R*.*v*. *cfr*. *II 177*. *VIII 8*. *X 40*. *XI 87*. *XXV 48*. *XXVII 16*. *63*. *XXVIII 23*. *XXXVII 86*. *87*. *148*;

et equites iudicesque intellegebantur. adeoque id promiscuum esse coepit, ut apud Claudium Caesarem in censura eius unus *ex* equitibus Flavius Proculus CCCC ex ea causa reos postularet. ita dum separatur ordo ab ingenuis, communicatus est cum servitiis. 34 iudicum autem appellatione separare eum ordinem primi omnium instituere Gracchi discordi popularitate in contumeliam senatus, mox debellata auctoritas nominis vario seditionum eventu circa publicanos substitit et aliquamdiu tertiae sortis viri publicani fuere. M. Cicero demum stabilivit equestre nomen in consulatu suo Catilinianis rebus, ex eo ordine profectum se celebrans eiusque vires peculiari popularitate quaerens. ab illo tempore plane hoc tertium corpus in re p. factum est, coepitque adici senatui populoque Romano et equester ordo. qua de causa et nunc post populum scribitur, quia novissime coeptus est adici.

35 (9) Equitum quidem etiam nomen ipsum saepe variatum est, in iis quoque, qui id ab equitatu trahebant. celeres sub Romulo regibusque sunt appellati, deinde flexuntes, postea trossuli, cum oppidum in Tuscis citra

---

§ 34: Varro ap. Nonium p. 454. Vellei. II 6, 2. Tac. ann. XII 60. — § 35: Paul. Diac. p. 55 s. v. *celeres*. Dion. Hal. II 13. — Gran. Licin. p. 4 Bonn. Varro ap. Serv. ad Aen. IX 603. — Paul. Diac. p. 367 s. v. *trossuli*. schol. Persii sat. I 81.

---

*aliter XXXI 12. XXXIII 15. XXXVI 98. XXI 56. XVII 42. X 83 al.* 1 et *om.* **dh***v.a.S.* | id **B***J.* in **VdT.** *om.* **R**(?)*v.* 1. 2 promiscuum id **h***v.a.J.* 3 ex **d**(?)*v. om. ll.* | aequitibus **V.** e quirit- **B.** | flauis **V.** 5 appellationem **B**[1]. 6 separari **h***v.a.S.* | cum **V.** 7 contumelia **VR.** 9 subsistit **V.** | fortiſ uiri **B***S.* uire **V.** uires **Rdh***v.* 11 catilinianiſ **B**[1] *cod. Poll. U. cfr. II 137 et Wölfflin (Archiv I 279. 186).* -nanis **d***H(J).* -nariis *S(D).* cati inaniſ **B**[2]. c̄tilianis *r***T.** ei senatum concilians **h***v* (*om.* rebus). | eo se **h***v.a.S.* 12 ſe **B***S.* esse *rv.* | ſuireſ **B**[1]. 15 & **B***S. om. rv(D).* | aequester **V**[2]. -quiter **V**[1]. equiter **Rd.** 16 coeptum **VRd.** 17 quitum **VT**, *om.* **h***v.a.H.* | quin etiam **h***v.a.H.* | ipsum equitum *v.a.H.* 18 iiſ **B**[1]*v(S).* his *rC.* | qui id **BT***S.* quid **V.** qui **Rdh***v.* | ad equitatum **VRdh***v.a.S.* | trahebantur **Rdh***v.a.S.* 20 flexunteſ **B***S.* -umentes *r.* -umines **h***v.* | trosuli **R.**

Volsinios p. VIIII sine ullo peditum adiumento cepissent
eius vocabuli, idque duravit ultra C. Gracchum. **Iunius** 36
certe, qui ab amicitia eius **Gracchanus** appellatus est,
scriptum reliquit his verbis: **Quod ad equestrem ordinem attinet, antea trossulos vocabant, nunc equites vocant ideo, quia non intellegunt trossulos nomen quid valeat, multosque pudet eo nomine appellari.** et causam, quae supra indicata est, exponit invitosque etiamnum tamen trossulos vocari.

(10) Sunt adhuc aliquae non omittendae in auro 37
differentiae. auxilia quippe et externos torquibus aureis donavere, at cives non nisi argenteis, praeterque armillas civibus dedere, quas non dabant externis.

(11) Iidem, quo magis miremur, coronas ex auro 38
dedere et civibus. quis primus donatus sit ea, non inveni equidem; quis primus donaverit, a L. **Pisone** traditur: A. Postumius dictator apud lacum Regillum castris Latinorum expugnatis eum, cuius maxime opera capta essent. hanc coronam ex praeda is dedit *II* l., item L. Lentulus consul Servio Cornelio Merendae Samnitum oppido capto, sed hic quinque librarum; *trium* Piso Frugi

---

§ 38: L. Piso ann. II (Peter hist. Rom. fragm. p. 82). — Val. Max. IV 3, 10.

---

1 uolsinos **Vd**. | IX. M. **R**(?)**h***v.a.S.* 2 uocabuli uis durauit **h***v.a.G.* 3 graccianus **V**. grati- **R**. 5 trosullos **R**. tos- **V**[1]. consulos **V**[2]. 6 ideo **BVd***G*(*S*). -oque **R**(?)**h***v*(*H*). | *dist. S.* 7 multoſque **BVdT***v*(*S*). -tos **R**(?)**h***C* | eo—9 tamen **Bh***v*(*S*). *om. rH.* 9 etiannum **B**. *an* etiamtum? | truſſulloſ **B**. trosiolos **V**. 11 auxiliares **h***v.a.H.* | & **B***v*. *om. r.* 12 praeter quę **B**[2]. 13 dabant **B***S.* habent *rv.* | externi **dh** *v.a.S.* 14 idem **V***D.* | quod **h***v.a.S.* 15 & **B***S.* ex *r.* *om.* **h***v.* | primuſ **B***v*(*S*). -um *rBrot.* 16 equidem *om.* **h** *v.a.Brot.* | primum **dTh***v.a.Brot.* | pisune **V**. -um **R**. 17 A. *erasum in* **B**. | *de dist. cfr. Bergk exerc. Pl. I 13 et Madvig adv. crit. II 528.* 18 ei **h***v.a.J.* 19 eſſ& **B**. (*deinde lac. indicavit J, excidisse ratus* donauit *cum ponderis significatione.* | is **RdT***H.* his **V**. *om.* **Bh***v*(*S*). | dedit II l. (*i. e.* librarum) *ego.* dedit. l. **B**[1]. dedit *rv. cfr. Bergk l. l.* 21 hic *Bergk l. l.* huic *ll.H.* *om.* **h***v.* | trium (*H*)*U coll. Val. Max. om. ll.v.*

filium ex privata pecunia donavit eamque coronam testa-
mento ei praelegavit.
39 **3.** (12) Deorum honoris causa in sacris nihil aliud
excogitatum est quam ut auratis cornibus hostiae, maiores
dumtaxat, immolarentur. sed in militia quoque in tantum
adolevit haec luxuria, ut M. Bruti e Philippicis campis
epistulae reperiantur frementis fibulas tribunicias ex
auro geri. ita, Hercules? idem enim tu, Brute, mulierum
pedibus aurum gestatum tacuisti. et nos sceleris argui-
mus illum, qui primus auro dignitatem per anulos fecit!
habeant in lacertis iam quidem et viri, quod ex Dardanis
venit — itaque et Dardanium vocabatur; viriolae Celtice
40 dicuntur, viriae Celtiberice —; habeant feminae in ar-
millis digitisque totis, collo, auribus, spiris; discurrant
catenae circa latera et in secreto margaritarum sacculi
e collo dominarum auro pendeant, ut in somno quoque
unionum conscientia adsit: etiamne pedibus induetur atque
inter stolam plebemque hunc medium feminarum equestrem
ordinem faciet? honestius viri paedagog*i*is id damus, bali-
41 neasque dives puerorum forma convertit. iam vero et
Harpocraten statuasque Aegyptiorum numinum in digitis
viri quoque portare incipiunt. fuit et alia Claudii princi-

---

§ 40 init.: cfr. Isid. XIX 31, 16. — cfr. Plin. infra § 151. — § 42: cfr. Liv. IV 60, 6. — Gaius I 122. Varro l. L. V 174.

---

2 ei **B***H*. ex *r*. rei **hv**. | publicae legauit **h***v*.*a*.*H*. 3 honoriſ cauſa **B***S*(*D*). -ris **VR***J*. -ri **dh***v*. 6 brutti **B**. | e **B***S* et **VRT**. ex **f***D*. in **d**(?)**h***v*. | philippiſ **BVTf**. 7 frementiſ **B**(*P*)*S*. *cfr. XXXIV 139*. -tes *rv*. 8 ita *ll* **dT**(*P*)*H*. at **h***v*. *an* itane? | *dist. ego*. | enim *om*. **h***v*.*a*.*H*. 9 geſtatum **B***cod. Colb. man. Dal.* *S*. -ari *rv*(*D*). | ceteriſ **B**$^1$. -ri **B**$^2$. 11 ut habeant **h***v*.*a*.*S*. | in *om*. **VRd**. | uiris **V**. | ex **B***S*. e *rv*. 12 dardanum **dh***H*. | celtice **BT***S*. -cae *rv*. 13 celtiberice *S*. -cae *ll*.*v*. 14 ſpiriſ **B***G*. piris *r*. peris *B*. per has **h***v*. 16 e **RdTfh***v*(*J*). ae **V**. *om*. **B***S*. | auro **Bh***v*(*D*). -reo *r Brot*. | summo *Dal*. 17 conscientiae **V**. | indu&ur **B***S*. -uitur *rv*. 19 faci& **B***S*. -cit *rv*. | paedagogiis *G*. *cfr. § 152*. -ogis *ll*.*v*(*D*). 20 conuerrit *Müller emend. V 12. locus nondum sanatus*. | & **BV***S*. etiam **R**(?)**dh***v*. 21 harpocraten et **VR**. -tem **dh***v*.*a*.*S*. | nominum **V**. numerum **B**.

patu differentia insolens iis, quibus admissiones liberae ius dedissent imaginem principis ex auro in anulo gerendi, magna criminum occasione, quae omnia salutaris exortus Vespasiani imperatoris abolevit aequaliter publicando principem. de anulis aureis usuque eorum hactenus sit dictum.

(13) Proximum scelus fuit eius, qui primus ex auro 42 denarium signavit, quod et ipsum latet auctore incerto. populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. libralis — unde etiam nunc libella dicitur et dupondius — adpendebatur assis; quare aeris gravis poena dicta, et adhuc expensa in rationibus dicuntur, item inpendia et dependere, quin et militum 43 stipendia, hoc est stipis pondera, dispensatores, libripendes, qua consuetudine in iis emptionibus, quae mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. Servius rex primus signavit aes. antea rudi usos Romae T i m a e u s tradit. signatum est nota pecudum, unde et pecunia appellata. maximus census $\overline{\text{CXX}}$ assium fuit illo rege, et ideo haec prima classis. — Argentum signatum anno urbis CCCCLXXXV, 44

---

169. — § 43: Varro l. L. V 182. 183. Festus p. 246ª, 29. Isid. XVI 18, 8. — cfr. Plin. XVIII 12. Plutarch. Popl. 11. Cassiod. Var. VII 32. — Varro l. L. V 95. Festus p. 213. — Gellius VI 13, 1. — § 44: Liv. epit. XV. Varro r. r. I 10, 2. — Paul. Diac. p. 98 s. v. *grave aes.* Festus p. 347ª, 18.

---

1 hiiſ **B**$^2$. his **VR***C*. | admissiones *Mommsen* (*röm. Staatsrecht II p. 782 not. 2*). -on//i//ſ **B**$^2$*S*. -onem (-isi **V**) **B**$^1$**VRdhv**. | liberae **B***S*. -rti *rv*. 2 ius *S cum Lipsio*. eius *ll.v.* | dedisset *coni. J.* | principes **R**. 7 fuit eiuſ **B***S*. fuit *r*. fecit **dhv**. 10 libralis *v*. -les **dh***H*. liberalis **VR**. libeli rari **B**. 11 dupondius **V**$^1$**Rdh***H*. dip- **V**$^2$*v*. dupundiuſ **B**$^1$. dip- **B**$^2$. disp- **T**. | appendebantur asses *H*. (libellarii . . asses *coni. J*). 12 paena **BV***D*. | ad hunc **B**. 13 incendia atque incendia **VR**. intendia **h***v.a.B*. | pendere **T**. pondera **h***v.a.C*. 14 stipendiorum **h***v.a.H*. | ponderandis (-di **d**. -de **h**. -dae *v*) pensatores **Vdh***v.a.H*. 15 iiſ **B***v*(*S*). his *rC*. | mancipi **B***S*. -pii **d**(?)*C*. -cupi *rv*. 16 etiamnum **B***S*. | ex **R**. 17 temeos **VT**. Remeus *C cum Budaeo*. 19 $\overline{\text{cx}}$ **Vd**. cx. m. **R**(?)**h***v.a.S*. | assum **VRd**. 20 signatum est **dh***v.a.S*. *an* est signatum? | cccclxxxv *Cellarius ap. Dal.* ccccLxxxxv **B**. dlxxxv *rv.a.H.*

Q. Ogulnio C. Fabio cos., quinque annis ante primum Punicum bellum. et placuit denarium pro X libris aeris valere, quinarium pro V, sestertium pro dupondio ac semisse. librale autem pondus aeris inminutum est bello Punico primo, cum inpensis res p. non sufficeret, constitutumque ut asses sextantario pondere ferirentur. ita quinque partes lucri factae, dissolutumque aes alienum.
45 nota aeris eius fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum navis, in triente vero et quadrante rates. quadrans antea teruncius vocatus a tribus unciis. postea Hannibale urguente Q. Fabio Maximo dictatore asses unciales facti, placuitque denarium XVI assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis. ita res p. dimidium lucrata est, in militari tamen stipendio semper de-
46 narius pro X assibus datus est. notae argenti fuere bigae atque quadrigae; inde bigati quadrigatique dicti. mox lege Papiria semunciarii asses facti. Livius Drusus in tribunatu plebei octavam partem aeris argento miscuit. is, qui nunc victoriatus appellatur, lege Clodia percussus est; antea enim hic nummus ex Illyrico advectus mercis

---

§ 45: Ovid. Fast. I 229 sqq. Festus p. $274^a$, 16 sqq. Paul. Diac. p. 172, 8. cfr. Vitruv. III 1, 8. — § 46: Liv. XXIII 15, 15. XXII 54, 2. (Festus p. $173^b$, 30). — Volus. Maec. § 45. (cfr.

---

1 vgulnio G. $B^2$. o. c. **Vd**. D. c. **R**. c. **h**. *om. v.a.Brot.* 2 denarius *cod.Poll.v.a.H.* | decem *ll.v.* 3 ualere **B***S*(*D*). *om. rv. uncis inclusit* (*suppl.* signari) *J.* | quinque *ll.v.* | dupundio $B^1$*D.* dipon- $B^2$*v.a.H.* duopon- **R**. 4 librale **B**(*P*)*H.* -are *r.* -ae **h***v.* | eſt **B***S.* *om. rv.* 8 eiuſ **B***S.* *om. rv.* | parte —9 altera *om.* **B**. 9 naui **R**. | quadranta **R**. | rates *B.* -tenſ **B**. -taes **V**. crates **RT**. erat aes **d**. aes **h***v.* 10 teruncius **h** (*B*)*H.* -cis **VdT**. terrunciuſ **B**. terunis **R**. triuncis *v.* 11 urguente **Bh***v*(*S*). -te marcum *r.* -te Marcum Minucium *Brot.* | q. **RdTh***v.* quem $B^1$. que $B^2$**V**. 11. 12 assis uncialis **VR**. 12 sedecim *ll.v.* 13. 14 demedium lucratum **VR**.

15 decem *ll.v.* | datuſ eſt **B***S.* -tus **dh***v.* -ta *r.* | note **T**. -ti **VR**. -ta *v.a.H.* 16 inde **B***S.* et inde *rv*(*D*). 17 ſemunciarii **BT***S.* -ri **d**. -res $V^2$. -ales **h***v.* -uciari $V^1$. -utiari **R**. | assis **VRd**. 18 plebi **VR**. -bis **dh***v.a.S.* | argentum **VRd**.

19 iſ **B***S.* *om. rv.* | claudia **dT**. 20 enim *om.* **V**. | abectus **V**.

loco habebatur. est autem signatus Victoria, et inde
nomen. — Aureus nummus post annos LI percussus est 47
quam argenteus ita, ut scripulum valeret sestertios vice-
n*os*, quod efficit in libra*m* ratione sestertii, qui tunc
erat, *V̄*DCC*LX*. postea placuit ✱ XXXX signari ex auri
libris, paulatimque principes inminuere pondus, et novi-
sissime Nero ad XXXXV.

(14) Sed a nummo prima origo avaritiae faenore ex- 48
cogitato quaestuosaque segnitia, nec paulatim: exarsit rabie
quadam non iam avaritia, sed fames auri, utpote cum
Septumuleius, C. Gracchi familiaris, auro rependendum
caput eius abscisum ad Opimium tulerit plumboque in
os addito parricidio suo rem p. etiam circumscripserit;
nec iam Quiritium aliquis, sed universo nomine Romano
infami rex Mithridates Aquilio duci capto aurum in os
infudit. haec parit habendi cupido! pudet intuentem no- 49

---

Liv. XLV 43, 6). — § 48: Cic. de or. II 67, 269. Val. Max. IX 4, 3. Plutarch. C. Gracch. 17 p. 842. — Appian. Mithr. 21. (Val. Max. IX 13, 1). — § 49: cfr. Martial. ep. II 43, 11. VI 94, 1. XIV 97. Isid. XX 4, 8. — Appian. b. civ. p. 424.

---

1 uictoriae **VR**. 2 aureus **VRdh***v*. aenariuſ **B**$^1$. den- **B**$^2$. | annum **h***v.a.S.* | LI **B***U*. LXII *rv*. 3 sestertios *Brot.*(*D*). -tio **B**. -tius **V***cod. Poll.* -tiis **Rd***v*. -nis **h**. 3. 4 uicenos *Brot.*(*D*). -nus **VR**. -nis **dh***v*. uicienſ **B**$^1$. uincenſ **B**$^2$. 4 efficit **Bh***v*(*U*). effecit *rH*(*D*). | libram *ego. cfr. § 109.* -ali **B***U*. -as *rv*. | sestertii (ſerſt- **B**$^1$. sexterti **V**) *ll.v*(*S*). *lac. ante indicavit J.* -ium *U*. -iorum *C*(*D*). 5 erat v̄ (*corruptum in* ERAN̄) *ego. cfr. Mommsen röm. Münzwesen p. 404 not. 123.* erant *ll.v*(*J*). erant DO *U*. erant v̄ *D*. erat **h***S*. | DCCLX *U*(*D coll. Mommseno*). D nongenti (nun- **VR**$^1$) **VRd**. CCCC **B***J*. sestertios DCCCC (nongentos *v*) **h***C*. | ✱ **VT***H*. *om. rv*(*J*). | XXXX **B***D*. XL *rH*. XL milia **h***v*. 6 & **B***J*. *om. rv*. 6. 7 nouiſſime **BV**$^2$*S*. in miuissime **V**$^1$. inmurss- **R** minutissime *H e cod. Colb.*(*U*). -mus **h***v*. 7 uero **RTh***v.a.H.* | XXXXV **B***D*. XLV *H*. XL quinque milia *rv*. 8 origo **VRdTh***v*(*D*). -gine **B***S* | auaricia **R**. 8. 9 excogitato **B**$^1$(*Gesner*)*D*. -tate **B**$^2$. -tata *rv*. 9 quaestuosa *v.a.H.* | haec *v.a.Brot.* | *dist. ego.*

10 quaedam **B**$^1$. | famis **V**. | auari **B**. 11 ſeptumulliuſ **B**. -timuleius **Rd**(*B*)*v.a.J.* | C. *om.* **B**. | rependum **V**. -nſum **h** *v.a.H.* 12 abſciſum **B***S*. exc- *rv*. 14 aliquiſ **B***S*. -uid *r*. -uo **h***v*. 16 infudit **dh***v*. -undit **B**. fudit *r*. | paret **Vd**.

mina ista, quae subinde nova Graeco sermone excogitantur insperso argenteis vasis auro et incluso, quibus deliciis pluris veneunt inaurata quam aurea, cum sciamus interdixisse castris suis Spartacum, ne quis aurum haberet aut argentum. tanto plus fuit animi fugitivis nostris!
50 **Messalla** orator prodidit Antonium triumvirum aureis usum vasis in omnibus obscenis desideriis, pudendo crimine etiam Cleopatrae. summa apud exteros licentiae fuerat Philippum regem poculo aureo pulvinis subdito dormire solitum, Hagnonem Teium, Alexandri Magni praefectum, aureis clavis suffigere crepidas: Antonius solus contumelia naturae vilitatem auro fecit. o dignum proscriptione, sed Spartaci!

51 (15) Equidem miror populum Romanum victis gentibus in tributo semper argentum imperasse, non aurum, sicut Carthagini cum Hannibale victae octingen*t*a milia, $\overline{\textit{XVI}}$ pondo annua in quinquaginta annos, nihil auri. nec potest videri paenuria mundi id evenisse. iam Midas et Croesus infinitum possederant, iam Cyrus devicta Asia pondo $\overline{\text{XXIIII}}$ invenerat praeter vasa aurumque factum et

---

§ 50 med.: Plutarch. Alex. 40 p. 688. — § 51: Liv. XXX 37, 5. XXXVIII 38, 13. Appian. Pun. VIII 54. — Athen. XII 9 p. 514$^f$. (cfr. Plin. infra § 137). Ctesias ap. Diodor. II 9, 8.

---

2 inſperſo **B***S*. exp- **V**. expresso **R***v*. | & **B***S*. aut *rv*(*D*). 3 pluriſ **B***S*. *om. rv*. | ueniunt **VRd**. ueneunt tam **h***v.a.S*. | misciamus **V**. 6 meſſalla **B**$^1$. -ala *rv*. *cfr. XXXIV 22*. 8 ſumma **B***S*. -am **V**. -ae **Rdh***v*(*U*). *cfr.* § *89*. | licentia **B**$^2$. 10 hagnonem **B***S*. hacn- **d** agn- **R**(?)*G*. hac nomen **V**. agonem *B*. | teium **R**(?)*B*. telum *r*. celum **h***v*. 11 ſoluſ **B***S*. sopus **d***v.a.G*. opus *r*. *del. G*. apud nos *H cum Gron*. 12 contumeliae **B**$^1$. in contumeliam **h***v.a.S*. *cfr.* § *34*. | utilitatem **B***S*. | auro ficit **V**$^1$. aurifici **V**$^2$. | o **B,V***S*. *om.* **RdT** *H*(*U*). opus **h***v*. 12. 13 proſcriptionem **B**$^1$. 13 sed partaci **V**. sed praeter alia **h***v.a.B*(*C*). 15 imperitasse **R***v.a.S*. 16 cum in annibale **B**. | octingenta (-ena **B***S*) milia **B***J*. *om. rv*. 17 $\overline{\text{XVI}}$ *J cum Budaeo coll. Liv. et Appiano*. aut (AVT) **VRdT** (*de mendo cfr. XXXV 38*). *om.* **B***S*. XII M. *Brot. cum Gron*. argenti **h***v*. 18 nam **h***v.a.Brot*. | mida sed **V**. -da sed et **h***v.a.C*. 20 $\overline{\text{XXIIII}}$ **V***S*. IXXIIII **B**$^1$. $|\overline{\text{XXIIII}}|$ **B**$^2$**dT**. XXXIV **Rh** (*add.* milia *v*). | uasa aurea **h***v.a.S*.

in eo *solium*, platanum, vitem. qua victoria argenti D̄ talentorum reportavit et craterem Semiramidis, cuius pondus XV talentorum colligebat. talentum Aegyptium pondo 52 LXXX patere M. Varro tradit. iam regnaverat in Colchis Saulaces Ae*e*tae subolis, qui terram virginem nactus plurimum auri argentique eruisse dicitur in Suanorum gente, et alioqui velleribus aureis incluto regno. et illius aureae camarae, argenteae trabes et columnae atque parastaticae narrantur victae Sesostri, Aegypti reg*i* tam superbo, ut prodatur annis quibusque sorte reges singulos e subiectis iungere ad currum solitus atque ita triumphare!

(16) Et nos fecimus quae posteri fabulosa arbitrentur. 53 Caesar, qui postea dictator fuit, primus in aedilitate munere patris funebri omni apparatu harenae argenteo usus est, ferasque etiam argenteis vasis incessivere tum primum noxii, quod iam etiam in municipiis aemulantur. C. Antonius ludos scaena argentea fecit, item L. Murena; Gaius princeps in circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo $\overline{\mathrm{CXXIIII}}$. Claudius successor eius, cum de 54 Brittannia triumpharet, inter coronas aureas $\overline{\mathrm{VII}}$ pondo

§ 52: cfr. Herodot. II 103. Val. Flacc. V 418 sqq. Diodor. I 55, 4. 58, 2. — § 53 extr.: Cic. pro Mur. 19, 40. — § 54 extr.: cfr. Plin. XXXVI 111.

1 ſoliū *ego*. -ia ac *P. cfr. Athenaeus*. folia **B**. -ia ac *r* **dh***v*. -iatam *J*. | uitam **R**. -temque **h***v*. 2 graterem **B**. 3 MM *U*. | talentorum *ll.v*(*S*). -ta *C*. | talentum autem **d**(?)**h***v.a S*. 4 patere **M**. *D*. -rem **V**. -re *rv*(*H*). capere *G cum Budaeo*. (*an* pendere, *ut XXI 185, vel* habere, *ut § 54?*). 5 ſaulaceſ **B***S*. salauces *rv*. | Aeetae subolis *S* (-les *U cum Vossio*). a&aeſubolıſ **B**[1]. &aeſob- **B**[2]. et esubopes (aetaes- **V**) *rv.a.S*. 6 ſuaanorum **B**. Sann- *G*. 7 inculto **B**[2]. ingu- **B**[1]. | & **B***S*. sed *r*. sed et **h***v*. | ulliuſ **B**[1]. 8 camerae et **h***v.a.S*. *om.* **VR**. | trabe **R**. -bae **V**. 9 uictae **h**. -to *rv*. (parantur) uictori *Gutschmid opusc. III 454*. | regi *ego*. rege *ll.v*. 11 subtectiſ **B**[1]. | adque **B**[1]. idque **R**. | triumphare **Bh***v*. -auit *r*. 12 arbitrentur **h***v*. -rarent **R**. -rarentur *rS*. 13. 14 muneri **Vd**. 15 hastis *Brot. cum vet. Dal.* 16 noxiis **dT**. mox **h***v.a.*(*P*)*H*. | iam etiam **B***S*. etiam *rv*. (*an* iam et?). 17 munera (*om*. L.) **R**. 18 gaiuſ **B***S*. et c. **V**. et caius **R***v*. 19 cxxıııı **Vdh***v.a.Brot*. cxxxııı **R**. 20 vıı **VRh***v.a.Brot*.

habere quam contulisset Hispania citerior, $\overline{\text{VIIII}}$ quam Gallia comata, titulis indicavit. huius deinde successor Nero Pompei theatrum operuit auro in unum diem, quo Tiridati Armeniae regi ostenderet. et quota pars ea fuit aureae domus ambientis urbem!

55 (17) Auri in aerario populi R. fuere Sex. Iulio L. Aurelio cos., septem annis ante bellum Punicum tertium, pondo $\overline{\text{XVII}}$ CCCCX, argenti $\overline{\text{XXII}}$ LXX, et in numerato |$\overline{\text{LXI}}$| $\overline{\text{XXXV}}$ CCCC, Sexto Iulio L. Marcio cos., hoc est belli socialis initio, auri .... |$\overline{\text{XVI}}$| $\overline{\text{XX}}$ DCCCXXXI.

56 C. Caesar primo introitu urbis civili bello suo ex aerario protulit laterum aureorum $\overline{\text{XV}}$, argenteorum $\overline{\text{XXX}}$, et in numerato |$\overline{\text{CCC}}$|. nec fuit aliis temporibus res p. locupletior. intulit et Aemilius Paulus Perseo rege victo e Macedonica praeda |$\overline{\text{MMM}}$|, a quo tempore populus Romanus tributum pendere desiit.

57 (18) Laquearia, quae nunc et in privatis domibus auro teguntur, post Carthaginem eversam primo in Capitolio inaurata sunt censura L. Mummi. inde transiere in camaras quoque et parietes, qui iam et ipsi tamquam

---

§ 56 extr.: cfr. Liv. XLV 40, 1. 2. Val. Max. IV 3, 8.

---

1 $\overline{\text{VIIII}}$ **B***S*. VIIII *rv*. IX c. *Brot.* 2 galla **V**. -llo **R**. 3 quod **R**(?)*C*. 4 ostenderat **h***v.a.Lugd.* | quod apars **V**. 8 $\overline{\text{XVII}}$ **B***S*. XVI *rH*. *om.* **h***v*. | CCCCX **B***S*. DCCCX *rH*. DCCXXVII **h***G* (D *om. Dal.*). -VI *v*. 8. 9 nonaginta duo milia et extra numerum **h***v.a.H*. 9 $\overline{\text{LXII}}$. $\overline{\text{LXXXV}}$. $\overline{\text{CCCC}}$ **VRdT**(*H, sed sine lineolis*). ccc et LXXXV milia item **h***v*. 10 *lac. indicavit D cum Mommseno* (*röm. Münzwesen p. 401 n. 108*). | XVI (XV **R**). XX. DCCCXXIX (-XXX **VR**) **VRdT***H*. octingenta XLVI **h***v*. 11 C. *om.* **VRh**. 12 $\overline{\text{XV}}$ argenteorum **BdT***H*. *om. rv*. | $\overline{\text{XXX}}$ **B***S*.. XXXV *r*(*H add.* M). XXVI milia **h***v*. 13 numerato **dT***G cum Budaeo*. -ero **VRh***v*. nummo **B***UJ*. (*add.* HS. **VRdT** *H*(*D*). pondo **h***v*. *om.* **B***UJ*). | |$\overline{\text{CCC}}$| **B***J*. $\overline{\text{CCC}}$ *S*. ccc **VRh***v*. cccc **dT**. $\overline{\text{CCCC}}$ *H*. | fuit talis **V**[1]**R**. 14 et *om.* **h***H*. | aemuliris **V**. amulius **R**. | rege *om.* **V**. | uictae **V**. 15 macedonico **Vh***v.a.H*. | praeda **B***U*. -da HS *r***dT***H*(*D*). -da pondo **h***v*. | |ↀↀↀ| *J*. ↀↀↀ **B***S*. II. III (= M III?) **VdT**. IIII **R**. $\overline{\text{MM}}$. ccc *H*. trium milium **h***v*. 15. 16 romanus *om.* **R**. 18 primum **VR**. 19 tranſire **B**[1]**VR**. 20 cameras **dh***v.a.S* (*ut semper*).

vasa inaurantur, cum varie sua aetas de Catulo existima-
verit, quod tegulas aereas Capitoli inaurasset.
(19) Primos inventores auri, sicut metallorum fere 58
omnium, septimo volumine diximus. praecipuam gratiam 7,197
huic materiae fuisse arbitror non colore, qui clarior in
argento est magisque diei similis, ideo militaribus signis
familiarior, quoniam longius fulget, manifesto errore eorum,
qui colorem siderum placuisse in auro arbitrantur, cum
in gemma aliisque rebus non sit praecipuus. nec pon- 59
dere aut facilitate materiae praelatum est ceteris metallis,
cum cedat per utrumque plumbo, sed quia rerum uni
nihil igne deperit, tuto etiam in incendiis rogisque. quin
immo quo saepius arsit, proficit ad bonitatem, aurique
experimentum ignis est, ut simili colore rubeat ignescatque
et ipsum; obrussam vocant. primum autem bonitatis argu- 60
mentum quam difficillime accendi. praeterea mirum, pru-
nae violentissimi ligni indomitum palea citissime ardescere
atque, ut purgetur, cum plumbo coqui. altera causa pretii
maior, quod minimum usus deterit, cum argento, aere,
plumbo lineae praeducantur manusque sordescant decidua
materia. nec aliud laxius dilatatur aut numerosius divi- 61
ditur, utpote cuius unciae in septingenas quinquagenas
pluresque bratteas quaternum utroque digitorum spar-

---

§ 60 init.: Strabo III 2, 8 p. 146. cfr. Plin. infra § 94. 98.

---

1 uarie **B**$^2$*D*. -ia *rv*. *cfr. XIV 53. XXXVI 84. CFW Müller p. 2.* 3 primus **h***v.a.S* (*ad superiora relatum*). 6 argenti **VR**. | dies **VR**. | et ideo **h***v.a.S*. 7 quoniam is **R**(?)**h***v.a.S*. quo nimis **VdT**. (quoniam—fulget *pro glossemate habuit U 727*). 9 gemma **B***S*. -mmis *rv*(*D*). *cfr. II 158.*
12 tuto **Rd***B*(*D*). toto **V**. tota **h***v*. *om.* **B***S*. | rogisque durante materia **h***v.a.H*. 13 que **V**. quae **R**. 14 ignes atque **V**. ignis atque **h***v.a.H* (*praem.* quo *C*). 15 et **BVdT***S*. id **R**(?)*H*. *om.* **h***v*. | *dist. U 728.* | obryzum *B*. 16. 17 pme **R**$^1$. pime **R**$^2$. 17 uiolentiſſimi **B***S*. -mili **dT**. -me **h**. -mae *rv*. | ligni *ll.v*(*S*). igni **dT***C*. | citiſſimae **B**$^2$. cti- **B**$^1$. 20 linae **B**$^1$. | praeducantur **B***B*(*S*). -dicantur **VR**. produc- **d***C*. duc- **h***v*. *cfr. § 75. 98.* 22 septigenas **Vd**. ſeptvag- **B**$^2$**h***v.a.G*. ſeptag- **B**$^3$ *in marg.* | et (aut **d**) quinquagenas **dTh***v.a.S*. 23 bratteas *v*(*S*). -ttiaſ **BV**. -cteas **Rd***C* (*ut semper*).

gantur. crassissimae ex iis Praenestinae vocantur, etiamnum retinente nomen Fortunae inaurato fidelissime ibi
62 simulacro. proxima brattea quaestoria appellatur. Hispania striges vocat auri parvolas massas. super omnia solum in massa aut ramento capitur. cum cetera in metallis reperta igni perficiantur, hoc statim aurum est consummatamque materiam suam protinus habet, cum ita invenitur. haec enim inventio eius naturalis est; alia, quam
68 sqq. dicemus, coacta. super cetera non robigo ulla, non aerugo, non aliud ex ipso, quod consumat bonitatem minuatve pondus. iam contra salis et aceti sucos, domitores rerum, constantia superat omnia, superque netur
63 ac texitur lanae modo vel sine lana. tunica aurea triumphasse Tarquinium Priscum Verrius docet; nos vidimus Agrippinam Claudi principis, edente eo navalis proelii spectaculum, adsidentem et indutam paludamento aureo textili sine alia materia. Attalicis vero iam pridem intexitur, invento regum Asiae.
64 (20) Marmori et iis, quae candefieri non possunt, ovi candido inlinitur, ligno glutini ratione conposita; leucophorum vocant. quid sit hoc aut quemadmodum fiat, suo
35, 36 loco docebimus. aes inaurari argento vivo aut certe

§ 63 med.: Dio Cass. LX 33, 3 p. 678. — § 64 med.: Vitruv. VII 8, 4. Isid. XVI 19, 2.

1 iiſ **B**¹*v*(*S*). his *rC*. 1. 2 *an* etiam nunc? 2 retinente **B***S*. -tes *rv*. 3 quae hiſtoria **B**. 4 ſtrigeſ **B***S*. -gile *r*. -giles **dh***v*(*J*). | ſuper *ll.S.* quod super **h***v*. *an* inter (*ut* § *72*)? 5 auramento **Vdh***v.a.G.* atra- **B**². 6. 7 consummatumque **V**. 7 ſuam **B***S*. *om. rv.* | habeat **V**. 8 aliquam **V**. 9 dicimuſ **B**. | rogo ulla **B**¹. rvgula **B**². rubigo ulla **Rd**(?)*v.a.S.* 10 conſummat **B**. 12 conſtantiam **B**. | superat omnia superque *ego.* ſuperque ſuperat omnia **B**. superque omnia *rv.* *cfr. V 64.* | netur **Bh***v*. tuetur **d**. tuaetur *r*. *an* et netur? 13 ac texitur lanae **Bh***v*. -itur ſine **d**. -it urinae **V**. at ex̄ urme **R**. 14 ueriuſ **BVh**. 15 claudii **V**²*v.a.S.* -dio **B**². | principi ſedente **B**. 16 adsidente **V**. | & **B***S*. ei *r***dh***v*(*J*). | auro *v.a.S.* 19 his **B**²**V**. | candide fieri **B**². 20 *an* re conposita *vel* conposito (*i. e.* mixtura conposita)? *cfr. XXV 175.* 20. 21 leucoporum **R**. leudio- **V**. 21 quod **R**. 22 inauri **R**.

hydrargyro legitimum erat, de quis dicemus illorum na- 100 125
turam reddentes. excogitata fraus est, namque aes cru- 65
ciatur in primis accensumque restinguitur sale, aceto,
alumine, postea exharenatur, an satis recoctum sit, splen-
dore deprehendente, iterumque exhalatur igni, ut possit
edomitum mixtis pumice, alumine, argento vivo inductas
accipere bratteas. alumen et in purgando vim habet qua-
lem esse diximus plumbo. 60

**4.** (21) Aurum invenitur in nostro orbe, ut omitta- 66
mus Indicum a formicis aut apud Scythas grypis erutum,
tribus modis: fluminum ramentis, ut in Tago Hispaniae,
Pado Italiae, Hebro Thraciae, Pactolo Asiae, Gange Indiae,
nec ullum absolutius aurum est, ut cursu ipso attrituque
perpolitum. alio modo puteorum scrobibus effoditur aut
in ruina montium quaeritur; utraque ratio dicatur.

Aurum qui quaerunt, ante omnia segutilum tollunt; 67
ita vocatur indicium. alveus hic est harenae, quae la-
vatur, atque ex eo, quod resedit, coniectura capitur. in-
venitur aliquando in summa tellure protinus rara felici-
tate, ut nuper in Delmatia principatu Neronis singulis
diebus etiam quinquagenas libras fundens. cum ita in-

---

§ 66: cfr. Plin. XI 111. VII 10. IV 115. Strabo III 2, 8 p. 146. — § 67 extr.: cfr. Polyb. ap. Strab. IV 6, 12 p. 208.

---

1 dicentus **B**. ut dicemus **h***v.a.J.* 1. 2 natura **VR**. 2 *dist. J.* | eaſ **B**¹. | aes—3 accensumque *om.* **VR**. 5 exhalatur *ll.v.* exharenatur *D.* *an* excitatur? (*cfr. XVII 46*). 6 argumenta **VR**. 7 & **B**. *om. rv.* 10 indictum **V**. | a **Bd** **T***H.* atque a *rv.* | grypiſ **B**¹**VT***S.* -phis *r***d***H.* -phibus **h***v.* 11 tribus *J cum Bergkio exerc. Pl. I 14.* apud (-ut **V**) nos tribus *ll.v.* 13 illum **VR**. | ut trituque **VR**. tri- **h***v.a.S.* 14 perpolito **V**. ppopulitum **R**. | ſcrobimuſ **B**¹. 15 quaeritur **B***S.* quare *rv.* | dicetur **Vh***v.a.S.* 16 ſegutilum **B***S.* -gullum **V**¹**Rdh***v.* sabulum **V**². | tollant **V**. -llit **B**. 17 uocantur **V**. | alueus hic est *ll.H. del. U 729.* -us ubi id est **h***v.* | *dist. D.* | quae **V***D.* qua **B**. que **RdTh***v.* 17. 18 lauatur **B***D.* -antur (leu- **R**) *rv.* 18 coiectura **B**¹. 19. 20 ut inueniatur (-nitur **V**) **Vh***v.a.H.* 20 delmatia **B**¹*S.* dal- *rv.* 21 cum ita **B***S.* cumina **RT**. cummina **V**. gummi **d**(?)*H* *cum B.* cum iam **h***v.*

ventum est in summo caespite, talutium vocant, si et aurosa tellus subest. cetero montes Hispaniarum, aridi sterilesque et in quibus nihil aliud gignatur, huic bono fertiles esse coguntur.

68 Quod puteis foditur, canalicium vocant, alii canaliense, marmoris glareae inhaerens, non illo modo, quo in oriente sappiro atque Thebaico aliisque in gemmis scintillat, sed micas amplexum marmoris. vagantur hi venarum canales per latera puteorum et huc illuc, inde nomine invento,
69 tellusque ligneis columnis suspenditur. quod effossum est, tunditur, lavatur, uritur, molitur. farinam a pila scudem vocant; argentum, quod exit a fornace, sudorem. quae e camino iactatur spurcitia in omni metallo scoria appellatur. haec in auro tunditur iterumque coquitur. catini fiunt ex tasconio; hoc est terra alba similis argillae, neque enim alia flatum ignemque et ardentem materiam tolerat.

70 Tertia ratio opera vicerit Gigantum. cuniculis per magna spatia actis cavantur montes lucernarum ad lumina; eadem mensura vigiliarum est, multisque mensibus

---

§ 68: cfr. Plin. XXXVII 119. XXXVI 63. — Strabo III 2, 9. p. 147. Diodor. V 36, 4.

---

1 talutium **B** *S*(*D*). -utatium *r Brot.*(*J*). alutatium *H*. -tionem **h***v*. alutiatum *Gron. coll. XXXIV 157.* 2 auroſa **B***S*. -ro ea **Rdh***v*. -ro a **V**. | subae si **V**. subuesi **R**. *an* subsit? | ceterv̄ **B**$^{2}$**h***v.a.H.* | hiſpaniarum (span- **VR**) *ll.***T***S*. -niae **d**(?)**h***v*. 3 sterilisque **VR**. | in *om.* **R**. 6 gloriae **VRh** *v.a.B.* | qui **R**. | *an* orientis? 7 sapphiro **d**(?)*v.a.J.* scipyro **R**. | theabatico **VRd**. 8 miscas **V**$^{2}$. micanſ **B**$^{2}$*D*. | amplexu *D cum Salm. exerc. Pl. p. 757*$^{a}$*B*. 9 et huc *ll.v.* huc & **B**$^{2}$*D cum U 730. sed cfr. XXXVI 2.* 11 molitur **VRd***B*(*J*). moll- **Bh***v.a.B*(*SD*). | in farinam **Rd**(?)**h***v.a.S.*
11. 12 a pila scudem (cudem *D*) *Madvig adv. crit. II 529.* apitaſcudem **B***S*. apilascudunt **V**. -liscudent **R**. ac pilis cudunt **d***H*. nam quod (quae **h**) ad pilas (in pilis **h***v*) cudunt apilascudem **h***B*. 12. 13 ſudorem quae e (e *om.* **B**$^{1}$) **B***S*. -remque e (-que equi *v*) **V***v.a.B*. -rēq. e **R**$^{1}$. -rem e **R**$^{2}$. -risque qui e **dT***H cum B*$^{2}$. (fornacis) sudore: quae e *B*$^{1}$. 13 ſcori **B**$^{1}$. 15 oc **R**. haec **h***v.a.H.* | simili **T***S*. 19 cauſantur **B**. *cfr. § 75.*

non cernitur dies. arrugias id genus vocant. siduntque rimae subito et opprimunt operatos, ut iam minus temerarium videatur e profundo maris petere margaritas atque purpuras. tanto nocentiores fecimus terras! relinquuntur itaque fornices crebri montibus sustinendis. occursant in 71 utroque genere silices; hos igne et aceto rumpunt, saepius vero, quoniam id cuniculos vapore et fumo strangulat, caedunt fractariis CL libras ferri habentibus egeruntque umeris noctibus ac diebus per tenebras proximis tradentes; lucem novissimi cernunt. si longior videtur silex, latus sequitur fossor ambitque. et tamen in silice facilior existimatur opera; est namque terra ex quodam argillae 72 genere glarea mixta — gangadiam vocant — prope inexpugnabilis. cuneis eam ferreis adgrediuntur et isdem malleis nihilque durius putant, nisi quod inter omnia auri fames durissima est. peracto opere cervices fornicum ab ultimo caedunt. dat signum ruina, eamque solus intellegit in cacumine eius montis vigil. hic voce, nutu 73 evocari iubet operas pariterque ipse devolat. mons fractus cadit ab sese longe fragore qui concipi humana mente

§ 71: cfr. Diodor. III 12, 4 sqq. 13, 1.

1 ac rugias **Vd.** | in gencis (gentis **R**) **VR.** | *an* sidunt quoque? 2 ſubdito **B**$^1$. | operantes **V**$^2$. -arios **hv**.*a.H.* | utinam **B.** 3. 4 atque purpuras **B***S.* *om.* **rv.** 4 relinquontur **B**$^1$*S.* 5 sustinentibus **R.** | occurrant **V.** 6 hoſ igne **B**$^2$*S* (-ni **dhv**). hoc ſigne **B**$^1$. hoc signi **r.** | et *om.* **VR.** | ag&o **B**$^1$. 7 id cuniculos **B***S.* *cfr. XVII 46.* in cuniculis **rv**(*D*). | uapore **B***S.* -or **rv**(*D*). | fumo **B***S.* -mus **rv**(*D*). | ſtrangulant **B***D.* 8 fractariiſ **BT***S.* -turis **Rdhv.** ſtractaris **V.** | ferri *ll.S.* fere *H.* ferri terram **hv.** | habentibuſ **B***S.* agent- **rv.** 10 nouissimis **V**$^2$. nobi- **V**$^1$**R.** | *an* uideatur? 11 foſſor ambitque & **B***S.* -ssa ambitque *H.* -ssam quiete (-iaete **V**) **r.** -ssam ambit quiete (-tem **d**) **dhv.** 13 gloria **Vd.** -iae **R.** glareae **hv**.*a.S.* | gandadiam **Vd.** -dediam **R.** candidam **hv**.*a.S.* 17 cadunt **B***SJ.* | ruina eamque **BdT***H.* -namque **r.** -nae eamque *G.* rima eamque **hv.** ruinae rima eamque *D.* 18 peruigil **dhv**.*a.S.* | uoce nutu **B***S.* (nutuue *coni. H*). uocent utue (utae **R**) **rd.** uoce ictuue **Thv.** uoce in tutum *D.* 19 euocari **B***H.* uo- **r.** repente reuo- **hv.** 20 cadunt **B**$^1$.

non possit, aeque et flatu incredibili. spectant victores ruinam naturae. nec tamen adhuc aurum est nec sciere esse, cum foderent, tantaque ad pericula et inpendia satis
74 causae fuit sperare quod cuperent. alius par labor ac vel maioris inpendii: flumina ad lavandam hanc ruinam iugis montium obiter duxere a centesimo plerumque lapide; corrugos vocant, a conrivatione credo. mille et hic labores: praeceps esse libramentum oportet, ut ruat verius quam fluat; itaque altissimis partibus ducitur. convalles et intervalla substructis canalibus iunguntur. alibi rupes inviae caeduntur sedemque trabibus cavatis praebere co-
75 guntur. qui caedit, funibus pendet, ut procul intuenti species ne ferarum quidem, sed alitum fiat. pendentes maiore ex parte librant et lineas itineri praeducunt, quaque insistentis vestigiis hominis locus non est, amnes trahuntur ab homine. vitium lavandi est, si fluens amnis lutum inportet; id genus terrae urium vocant. ergo per silices calculosve ducunt et urium evitant. ad capita deiectus in superciliis montium piscinae cavantur ducenos pedes in quasque partes et in altitudinem denos. emis-

---

1 aeque **VRd***D*. eq, **BT***S*. *om.* **h***v*. | et flatu **VRdTh***v*(*D*). effi- **B***S*. | incredibilis **VR**. -le **B**$^1$. 2 ſciere **B**$^1$*v*. -ivere **B**$^2$. -ire *r*. 3 foderent **B***S*. -re **dh***v*. foedere *r*. | & inpendia **B** (*Gron.*)*H*. et inte- **R**. et ince- **VdT**. euincenda **h***v*. | ſati iſ **B**$^1$. fatis **V**. 4 cauſae fuit **B***S*. fuit causae (-sa *r*) *r***dT** (*v*)*H*. 5 maioris **Bh***v*. -or *r*. 6 duxere *ll.v*(*S*). duce- *C*.
7 mille **B***S*. ni mille (-llae **V**) *r*. nimirum **h***v*. 8 labor est **h***v.a.S*. | praecepſ eſſe **B***S*. -cepisse **Vdh***v*. praes **R**. | ruat ueriuſ **B***S*, fruaris (flualis **V**$^2$) *rv*. furat is *H*. 9 quando (qua *H*) influat **h***v.a.S*. | conualliſ **B**$^2$**V***v.a.S*. 11 cauatae **R**(?)*G*. 12 qui **B***S*. is qui **Rh***v*(*D*). isque **V**. | intuenti **BT***S*. -tis **d**. -tibus *rv*(*D*). 13 ne (n̄ **B**$^2$) ferarum **BRT***H*. nefarium (naf- **V**$^1$) **Vd**. -ria **h***v*. | ſe aliſū **B**$^1$. 14 maiores **VR**. | *an* parte et (*vel* pendent et .. parte qui librant)? | praeducunt **BdT***H*. -dicunt *r*. -figunt **h***v*. 14. 15 quaque **B***S*. itaque *rv*. 15 hominum **VR**. | amneſ **B***S*. manes *rv*. manus *cod. Colb. H*. 16 trahunt *H*. | ab homine **B***S*. ad homines *rv*. omne *H* (*ad seqq. referens*). 16 lauandi—17 lutum **B***S*. *om. rv*. 16 est *D cum U 735*. & **B***S*. 17 inportet *ll.S*. -tent *v*. in sportis *H*. 18 ducunt **B***S*. -tur *rv*. 18. 19 deiectuuſ **B**$^1$*D*. 19 cauſantur **VR**. *cfr. § 70*.

saria in iis quina pedum quadratorum ternum fere relin-
quuntur, ut repleto stagno excussis opturamentis erumpat
torrens tanta vi, ut saxa provolvat. alius etiamnum in 76
plano labor. fossae, per quas profluat, cavantur — ago-
gas vocant —; hae sternuntur gradatim ulice. frutex
est roris marini similis, asper aurumque retinens. latera
cluduntur tabulis, ac per praerupta suspenduntur canales.
ita profluens terra in mare labitur ruptusque mons dilui-
tur, ac longe terras in mare his de causis iam promovit
Hispania. in priore genere quae exhauriuntur inmenso 77
labore, ne occupent puteos, in hoc rigantur. aurum arru- 67
gia quaesitum non coquitur, sed statim suum est. in-
veniuntur ita massae, nec non in puteis, et denas exce-
dentes libras; palagas, alii palacurnas, iidem quod minutum
est balucem vocant. ulex siccatur, uritur, et cinis eius
lavatur substrato caespite herboso, ut sidat aurum. vicena 78
milia pondo ad hunc modum annis singulis Asturiam atque
Callaeciam et Lusitaniam praestare quidam prodiderunt,
ita ut plurimum Asturia gignat. neque in alia terrarum
parte tot saeculis perseverat haec fertilitas. Italiae parci

§ 77 med.: cfr. Strabo III 2, 8 p. 146. Justin. XLIV 1, 7. Martial. ep. XII 57, 9. — § 78 extr.: Strabo V 1, 12 p. 218.

1 in iiſ **B**[1]*v*(*S*). inis **V**. mis **R**. in his **B**[2]**dh***C*. | quida **R**. 1. 2 relinquontur **B**[1]**VdT***S*. -quntur **B**[2]. linquuntur **Rh***v*. 2 ut **BdT***S*. et *rv*. | erumpit **Rh***v.a.S*. 3 ui *om.* **VR**. 4 per **BdT***H*. *om. r*. in **h***v*. 4. 5 agogas **Bdh***B*. agagas **V**[2]. -agans *r*. agangas *v*(*Brot.*). 5 hae *J*. haec *ll*. eae **h***v*. | ulice **BV**[1]**RT***H*. -cem **d**. muricem **V**[2]. *om.* **h***v*. 5. 6 est ulex **h***v.a.H*. 7 canaleſ **B***J*. -le *rS*. -li **h***v*. | *dist. J*. 8 perfluente (prof- *v*) de **h***v.a.S*. | labitur—9 mare **B***S*. *om. rv*. 11 nec **V**. 11. 12 arrugia **Bh***v*. auriga *r*. 12 suum *ll.v. cfr. § 62.* sudum *coni. B*. 13 et *ll.S*. etiam **h***v*. 14 palagaſ **B***S*. -acas *rv*(*Brot.*). -acras *Bas.* | ali **VR**. hispani alii **h***v.a.S*. | psalacurnas **V**[1]**R**. palacranas **h***v.a.Brot.* | iidem **Rh***v*(*J*). idem **BV***Ven.D*. id autem **d***S*. 15 ut lex **R**. | ſiccatur **Bd***S*. -tus **h***v*. icatus *r*. | et—16 lauatur *om.* **B**. 18 Callaeciam *J*. calliae- **B**[1]. callia- **B**[2]. gallae- *rv*. *cfr. XXXIV 156.* | praestane **V**. panne **R**. 20 pare **V**[1]**R**. | perſeuerat **B***S*. *om. rv*. | haee **B**[2]. | fertilitateſ **B**. | parti **R**. parcitum est **h***v.a.H*.

3,138 vetere interdicto patrum diximus; alioqui nulla fecundior metallorum quoque erat tellus. extat lex censoria Victumularum aurifodinae in Vercellensi agro, qua cavebatur, ne plus quinque milia hominum in opere publicani haberent.

79 (22) Aurum faciendi est etiamnum una ratio ex auripigmento, quod in Syria foditur pictoribus in summa tellure, auri colore, sed fragile lapidum specularium modo. invitaveratque spes Gaium principem avidissimum auri; quam ob rem iussit excoqui magnum pondus et plane fecit aurum excellens, sed ita parvi ponderis, ut detrimentum sentiret propter avaritiam expertus, quamquam auripigmenti librae ✕ IIII permutarentur. nec postea temptatum ab ullo est.

80 (23) Omni auro inest argentum vario pondere, aliubi decuma parte, aliubi octava. in uno tantum Call*ae*ciae metallo, quod vocant Albucrarense, tricensima sexta portio invenitur; ideo ceteris praestat. ubicumque quinta argenti portio est, electrum vocatur. scobes hae reperiuntur in canaliensi. fit et cura electrum argento addito. quod si
81 quintam portionem excessit, incudibus non resistit. vetusta

---

§ 79: cfr. Vitruv. VII 7, 5. Diosc. V 120. — § 80 med.: Pl. iun. 107, 9. 10. (Isid. XVI 24, 2). Plin. IX 139. Pl. iun. 107, 15. — § 81: Homerus δ 73. (cfr. Plin. XXXVI 46). — Isid. XVI 24, 3. Pl. iun. 107, 11—14. Seren. 1057.

---

1 ut diximus **h***v.a.H.* | alioquin **B**²*v.a.H.* 3 uictumularum **B***S.* uictim- **Vd**. uittim- **R**. (uici) Ictimulorum *B coll. Strabone.* uictimiliarum **h***v.* | aurifodina **BT**. | in *om.* **RdT***H.* qua in **h***v.* 3. 4 cauabatur **B**²*v.a.C.* 4 milia **B***S.* millibus *H.* **M** *G. om.* **r***v.* 6 etiannū **B**¹. -amnunc **RdT**. etiam *v.a.H.* 8 fragile **B***S.* -li **r***v.* | capidum specularū **R**. 9 inuitauerat quae **B**. 10 excogi **VR**. 11 sed et **Vd**. 14 illo **VR**. 15. 16 aliube (*bis*) **B**¹. -ibi (*bis*) **B**²**dh** *v.a.S.* 16 decuma parte **B***S.* non *r.* nona **d***H.* dena alibi nona **h***v.* *exciderunt fortasse in* **B** aliubi nona. | octaua parte **h***v.a.S.* | Callaeciae *J* (Gall- *S*). callec- **B**. galliae **r***v.* 17 metallo **Bd***G.* -telle **R**. -tellae **V**. -talle (-tallae *C.* -tellae *v*) loco **h***v.a.G.* 18 praeſtat **B***S.* -aeest **r***v.* 19 & electrum **B***S.* *cfr. infra et XXXVII 31. 78.* | ſcobeſ **B***S.* scro- **r***v.* | hae **B***S.* ae **V**. eae **Rdh***v.* 21 u&uſta **B***S.* *om.* **r***v.*

et electro auctoritas Homero teste, qui Menelai regiam
auro, electro, argento, ebore fulgere tradit. Minervae
templum habet Lindos insulae Rhodiorum, in quo Helena
sacravit calicem ex electro; adicit historia, mammae suae
mensura. electri natura est ad lucernarum lumina clarius
argento splendere. quod est nativum, et venena deprehen-
dit. namque discurrunt in calicibus arcus caelestibus si-
miles cum igneo stridore et gemina ratione praedicunt.

(24) Aurea statua prima omnium nulla inanitate et 82
antequam ex aere aliqua modo fieret, quam vocant holo-
sphyraton, in templo Anaetidis posita dicitur quo situ
terrarum nomen hoc signavimus, numine gentibus illis 5,83
sacratissimo. direpta ea est Antonii Parthicis rebus, sci- 83
tumque narratur veteranorum unius Bononiae hospitali divi
Augusti cena, cum interrogatus esset, sciretne eum, qui
primus violasset id numen, oculis membrisque captum
exspirasse; respondit enim cum maxime Augustum e crure
eius cenare seque illum esse totumque sibi censum ex
ea rapina. hominum primus et auream statuam et soli-

§ 82: cfr. Strabo XI 8, 4 p. 512. 14, 16 p. 532. — § 83: Paus. X 18, 7. Hermippus ap. Athen. XI 113 p. 505$^{d}$. (Cic. de or. III 32, 129. Val. Max. VIII 15 ext. 2).

1 ex **B**$^{2}$. 2 & electro **B***S*. 3 inſula **Bh***v.a.B.* *an* in insula? *cfr. XIX 12; de mendo XXXIV 156.* 4 adiecit **B**$^{2}$. | storia **V**. 7 discurit **R**. | arcuuſ **B**$^{1}$*D*. 7. 8 similis **VR**. 8 per (*pro* et) **R**. | ratio **B**$^{1}$. | praedicant **R**. 9 statura **VR**. | in nulla **R**. | uanitate **B***S*. 10 modo **B***S*. illo modo *rv*(*D*). | quod **R**. 10. 11 holospyraton **R**. 11 intemplor **B**$^{1}$. | anaetidis **B**$^{1}$**Vdh***v*(*J*). ran- **B**$^{2}$. anet- **R**. Anait- *C cum B e Strab.* | quo **B***S*. quod *r*(*v add.* in). quo sit *H cum Gron.* 12 nomenu (*om.* hoc) **R**. | significauimus **h***v.a.S. sed cfr. XXVI 17. XIII 21. VI 114. III 46.* | num ingentib. **B**$^{1}$.

13 ea **B***S*. *om. rv.* 14 narrantur **R**. narratur dictum **h***v.a.S.* | boniae **B**$^{1}$. 15 caenam **B**. | interrogatuſ **B***SJ*. -garetur *rv*(*D*). | eſſ& ſcir&ne **B**$^{2}$(*ead. m.*)*S*. eſſ& **B**$^{1}$. essetne (essene *r*) uerum *r***dh***v*(*D*). esset uerumne esset *J*. 16 id **B***S*. hic *r*. hoc **dh***v*. | nomen **VR**. | captumque **V**. 17 cum **B**$^{1}$**VRd**. *cfr. XIX 67. 128.* (*IX 121*). tum **B**$^{2}$**h***v*. | e **BR***S*. de **Vdh***v*. | cruore **h***v.a.C.Bergk exerc. Pl. II 7.* 18 cęnare **B**$^{2}$. 19 rapinam **B**$^{1}$.

dam LXX circiter olympiade Gorgias Leontinus Delphis in templo posuit sibi. tantus erat docendae artis oratoriae quaestus.

84 (25) Aurum pluribus modis pollet in remediis volneratisque et infantibus adplicatur, ut minus noceant quae inferantur veneficia. est et ipsi superlato vis malefica, gallinarum quoque et pecuariorum feturis. remedium abluere inlatum et spargere eos, quibus mederi velis. torretur et cum salis gemino pondere, triplici mis*y*is ac rursus cum II salis portionibus et una lapidis, quem schiston vocant. ita virus trahit rebus una crematis in

85 fictili vase, ipsum purum et incorruptum. reliquus cinis servatus in fictili olla ex aqua inlitus lichenas in facie — lomento eo convenit ablui —, fistulas etiam sanat et quae vocantur haemorroides. quodsi tritus pumex adiciatur, putria ulcera et taetri odoris emendat, ex melle vero decoctum cum melanthio inlitum umbilico leniter solvit alvum. auro verrucas curari M. Varro auctor est.

86 5. (26) Chrysocolla umor est in puteis, quos diximus,

67 sq. per venam auri defluens crassescente limo rigoribus hibernis usque in duritiam pumicis. laudatiorem eandem in aerariis metallis et proximam in argentariis fieri con-

§ 85: (cfr. Diosc. V 124. Plin. XXXVI 156). — § 86: Th. lap. 26. 51. 40. Vitruv. VII 9, 6. Isid. XIX 17, 10.

1 LXXXX *Bergk l. l.* | corumgias **VR**. | delihis **V**. -liis **R**. 4 pluribus *ll.v(S)*. -imis d(?)*C*. | modis — 5 infantibus *om.* **R**. 6 inferantur **B***v*. *cfr. XXVIII 142.* inter- *r*. | ipsis **VR**. | superlito *Gron. sed cfr. XXVIII 103.* | malefici **VR**. 7 pocuariorum **R**. pecorum *v.a.S.* 8 inlitum *Gron.* | mereri **V**. uereri **R**. 9 gemmo **B**$^1$. -mme **B**$^2$. grumo **h** *v.a.H.* | misyis *J. cfr. XXXIV 117.* miſſuiſ **B**$^1$. miſſiſ **B**$^2$**VRT**. -sso **d**(?)**h***v*. miseos (*P*)*H*. 10 duabus *ll.v.* 11 schitohn **R**$^2$. sci- **R**$^1$. scithon **V**. | trahit **B***S*. tradit **dh***v*. -ditur *r*. 13 olla **B***S*(*D*). *om. rv*(*J*). | qua **B**. | inlitaſ **B**$^2$. 14 *dist. J.* | eo **B***S*. *cfr. § 89.* eum *rG*(*D*). id **h***v*. | et *om.* **B**. 15 haemoroidis **VR**. | quod ei **R**. | pumex **B**(*P*)*H*. spuma ex *r*. spuma **h***v*. *cfr. Diosc.* 17 melantio **B**. mella- **V**. | et illitum **R**(?)**h***v.a.S.* | leniter **BV***H*(*D*). leui- **Rd***v*(*S*). 19 crisocolla **R**. 21 in *om.* **B**. 22 aprariis **V**$^2$. -ris **V**$^1$**Rd**.

pertum est. invenitur et in plumbariis, vilior etiam aura-
ria. in omnibus autem his metallis fit et cura multum
infra naturalem illam inmissis in venam aquis leniter
hieme tota usque in Iunium mensem, dein siccatis Iunio
et Iulio, ut plane intellegatur nihil aliud chrysocolla quam
vena putris. nativa duritia maxime distat; uvam vocant. 87
et tamen illa quoque herba, quam lutum appellant, tin-
guitur. natura est, quae lino lanaeve, ad sucum biben-
dum. tunditur in pila, dein tenui cribro cernitur, postea
molitur ac deinde tenuius cribratur. quidquid non trans-
meat, repetitur in pila, dein molitur. pulvis semper in 88
catinos digeritur et ex aceto maceratur, ut omnis duritia
solvatur, ac rursus tunditur, dein lavatur, in conchis
siccatur, tu*m* tinguitur alumine schisto et herba supra
dicta pingiturque, antequam pingat. refert quam bibula
docilisque sit. nam nisi rapuit colorem, adduntur et
scytanum atque turbistum; ita vocant medicamenta sor-
bere cogentia.

(27) Cum tinxere pictores, orobitin vocant eiusque 89
duo genera faciunt: elutam, quae servatur in lomentum,
et liquidam globulis sudore resolutis. haec utraque ge-
nera in Cypro fiunt. laudatissima autem est in Armenia,

---

§ 87: Vitruv. VII 14, 2. cfr. Diosc. V 104. — § 89: Diosc. V 104. Isid. XIX 17, 10.

---

2 hiſ **B***S*. is **V**. iis **Rdhv**. | et *om.* **VR**. 3 uena **V**. | lenitur **R**. leuiter **h***v.a.S*. 4 torusque **R**. 6 uuam *ll.v*(*S*). unam **h**. luteam *C*. 7 lutum *ll.H*. *cfr. Vitruv. VII 14, 2.* -team **h***v*. 8 lino **h***v*. ligno (e *add.* **V**$^{2}$) *ll.* | laenaeue **B**$^{1}$. | fucum *Gron. cfr. § 121. XXXV 44. XXXI 123.* 10 tenuiuſ **BdT***H*. (sic *add.* **h***v*). -nuis sic **R**. -nius sic **V**. 12 catinos (cant- **R**) **VRdh***v*(*D*). -no **B***S*. *cfr. XXXIV 135.* | degeritur **V**. *om.* **R**. | duritias **VR**. 13 *dist. ego.* | in *om.* **B***SJ*. 14 ſiccatur **B***S*. -turque *rv*(*D*). | tum *ego.* tunc *ll.v. de mendo cfr. XXIX 34 extr.* 15 pinguiturque **B**$^{1}$**R**. | referi **V**$^{1}$**R**. -erri **V**$^{2}$.
16 docilique **R**. dulciſque **B**. | rapiūt **B**$^{2}$. 17 turbystum **R**(?)**h***v.a.S*. 19 orobotin **B**$^{1}$. -biti M **V**$^{1}$. scribiti M **V**$^{2}$.
20 elutam **B**$^{1}$**dh***v*(*S*). -ta **B**$^{2}$**T**. aelucta **V**. *om.* **R**. luteam *B*. | que **B**$^{2}$**VT**. *om.* **R**. | in lomenta *v.a.G*. *om.* **R**.
21 liquida **B**$^{2}$.

secunda in Macedonia, largissima in Hispania; summa commendationis, ut colorem in herba segetis laete virentis
90 quam simillime reddat. visumque iam est Neronis principis spectaculis harenam circi chrysocolla sterni, cum ipse concolori panno aurigaturus esset. indocta opificum turba tribus eam generibus distinguit: asperam, quae taxatur in libras ✱ VII, mediam quae ✱ V, attritam, quam et herbaceam vocant, ✱ III. sublinunt autem harenosam,
91 priusquam inducant, atramento et paraetonio. haec sunt tenacia eius, colore blanda. paraetonium, quoniam est natura pinguissimum et propter levorem tenacissimum, atramento aspergitur, ne paraetonii candor pallorem chrysocollae adferat. luteam putant a luto herba dictam, quam ipsam caeruleo subtritam pro chrysocolla inducunt, vilissimo genere atque fallacissimo.
92 (28) Usus chrysocollae et in medicina est ad purganda volnera cum cera atque oleo. eadem per se arida siccat et contrahit. datur et in angina orthopnoeave lingenda cum melle. concitat vomitiones, miscetur et colly-

---

§ 90: (cfr. Suet. Calig. 18). — § 91: cfr. Plin. XXXV 36. Vitruv. VII 14, 2. — § 92: Diosc. V 104. eupor. I 88.

---

1 ſecundum **B**. | summa **V**[1]**RdTh***v*. -mmae **BV**[2]*D* (*ubi si pro* ut *dicendum erat*). -mma est *J*. *cfr. § 50. XI 33. XXXIV 4. XXXVI 96. XXXVII 84.* 2 ut **Bh***v*(*S*). *om.* r*H*. | colorem **BRTh***v*. -re **Vd**. | herbae (*om.* in) *v.a.H.* | laete **Rdh***C*. -tae **B**[1]**V***v*. latae **B**[2]. 3 quam *om.* **R**. 5 concoluri (cvnc- **B**[2]) **B**. 6 aſpe **B**. asperam siue harenosam *D* (*auctore U*) *coll. v. 8.* 7 texatur **V**. mataxatur **B**. (*an* iam taxatur?). | libris **VdT**. | ✱ VII *S*. XVII **B**. DVII **VT**. denariis VII **Rd**(?). VII **h***v*. | XV **B**. 8 quae XIII **d**(?)**h***v.a.S.* | harenosam *ll.v* (*i. e.* pessimam in omni genere: *cfr. Diosc.*). *deleri h. l. et transponi post* asperam (*v. 6*) *voluit U 737.* (*an* herbaceam *vel etiam* harenatum? *cfr. XXXVI 176. 177. XXXI 49. Blümneri technol. III 183. IV 432. 511*). 9 paratemio **V**. -enio **R**. | hae **B**[1]. 10 colore **B***J*. -ri *S*. et colori r*G*. in colore **h***v*. | biamda **V**. bidiāda **R**. 11 leuorem *S*. laeu- **h***v*. liu- **B**. libo- r. *cfr. XXXV 36.* 12. 13 chrysocolla **VR**. 13 lutea **VR**. | a lutea **h***v.a.H.* | herba **Th***v*. -am *ll.* 16 in *om.* **B**. 18 ſiccat & **Bh***v*. et sicca r. | orthopneaue **B**[1]. -eiue **B**[2]. hortopnoue **V**. 18. 19 lingenda **B**(*P*)*H*. pin- r. miscen- **h***v*.

riis ad cicatrices oculorum ac viridibus emplastris ad dolores mitigandos, cicatrices trahendas. hanc chrysocollam medici acesim appellant, quae non est orobitis. (29) chrysocollam et aurifices sibi vindicant adglutinando 93
auro, et inde omnes appellatas similiter virentes dicunt. temperatur autem Cypria aerugine et pueri inpubis urina addito nitro teriturque Cyprio aere in Cypriis mortariis; santernam vocant nostri. ita feruminatur aurum, quod argentosum vocant. signum est, si addita santerna nitescit. e diverso aerosum contrahit se hebetaturque et difficulter feruminatur. ad id glutinum fit auro et septima argenti parte ad supra dicta additis unaque tritis.

(30) Contexique par est reliqua circa hoc, ut uni- 94
versa naturae contingat admiratio. auro glutinum est tale, argilla ferro, cadmea aeris massis, alumen lamnis, resina plumbo et marmori, *at* plumbum nigrum albo iungitur ipsumque album sibi oleo, item stagnum aeramentis, stagno argentum. — Pineis optume lignis aes ferrumque funditur, sed et Aegyptio papyro, paleis aurum. — Calx aqua accenditur et Thracius lapis, idem oleo restinguitur, ignis autem aceto maxime et visco et ovo. — Terra minime flagrat, carboni vis maior exusto iterumque flagranti.

§ 93: Diosc. V 92. — cfr. Plin. XXXIV 116. — § 94: cfr. Plin. XXXIV 158. — Th. H. V 9, 3. — cfr. Plin. supra § 60. Diosc. V 146. Nicand. ther. 45 sqq. Aristot. mir. ausc. 115.

3 medici — 4 chrysocollam *om.* **B**. 3 acesin **h***v.a.D*. accesim **V**. -essim **Rd**. | arabitis **R**. 4 aglutinando **V**. glu- **B**[2]. 5 omnes **Rh***v*. -nis *r*. -nem *coni. H*. | appellataſ **B***S*. -ta (ape- **V**) *r*. -tam **Th***v*. | utentes **h***v.a.S*. 6 autem **B***S*. -em ea *rv*(*D*). 7 teriturque **B***S*. -tur *rv*. 8 feraminatur **Rd**. elum- **B**[2]. 9. 10 *an* nitescat (*vel* -scet)? 10 arenoſum **B**[2]. 11 eluminatur **B**[2]. (aurum *prava iteratione add.* **VRh***v.a.C*). 12 parte *om.* **Vdh**. | dictam **B**. | contritis **Rdh** *v.a.S*. 13 contextiq; **R**. -tisque **d**. -texi **h***v.a.S*. (*an* contexi quoque?). | par **Bh***v*. pars *r*. | aliqua **R**. 14 contingit **R**. | auro **B***S*. -rū **VR**. -ri **dh***v*. | est tale **VRdh***v*. epalea **B**. 15 alumine **B**. 16 at *ego*. & **B***S*. sed *rv*. 17 oleum **VRd**. | stannum . . . stanno *C*. | aeramentia **B**. 18 optime **B**[2]*v.a.S*. -mi **VR**. | tunditur **VRd**. 19 et *om.* **R**. | egypto **R**. aegyptia **d**(?)**h***v.a.S*. | paloſiſ **B**[1]. 22 carbonibuſ (*om.* uis) **B**.

95 **6.** (31) Ab his argenti metalla dicantur, quae sequens
insania est. non nisi in puteis reperitur nullaque spe sui
nascitur, nullis, ut in auro, lucentibus scintillis. terra est
alias rubra, alias cineracea. excoqui non potest, nisi cum
plumbo nigro aut cum vena plumbi — galenam vocant —,
quae iuxta argenti venas plerumque reperitur. et eodem
opere ignium discedit pars in plumbum, argentum autem
96 innatat superne, ut oleum aquis. reperitur in omnibus
paene provinciis, sed in Hispania pulcherrimum, id quoque
in sterili solo atque etiam montibus, et ubicumque una
inventa vena est, non procul invenitur alia. hoc quidem
et in omni fere materia, unde metalla Graeci videntur
dixisse. mirum, adhuc per Hispanias ab Hannibale in-
choatos durare puteos. sua nomina ab inventoribus habent,
97 ex quis Baebelo appellatur hodie, qui CCC pondo Hannibali
subministravit in dies, ad MD passus iam cavato monte,
per quod spatium Aquitani stantes noctibus diebusque
egerunt aquas lucernarum mensura amnemque faciunt.
98 argenti vena in summo reperta crudaria appellatur. finis
antiquis fodiendi solebat esse alumen inventum; ultra nihil
quaerebatur. nuper inventa aeris vena infra alumen nullam
finem spei fecit. odor ex argenti fodinis inimicus omnibus

---

Aelian. n. a. IX 20. — § 95: (cfr. Plin. XXXIV 173. Diosc. V 100). — § 97: (cfr. Posidon. ap. Strab. III 2, 9 p. 147). — § 98 extr.: cfr. Plin. supra § 60. Isid. XVI 19, 1.

---

1 abis **V**. | quae **Bh***v*. quae satis **dT**. que satisque *r*. (*an exciderunt aliqua?*). 3 inauriſ **B**$^{1}$. 4 aliaſ **B***S*. -ia **dh***v*. abilia *r*. | rubra aliaſ **B***S*. rufa alia *rv*. 5 gallinam **VR**. *cfr. XXXIV 173.* 7 diſcedit **B***S*. *cfr. § 99.* descendit *rv*. 8 natat **B**. *sed cfr. § 99. 103. XII 123. XXIV 41. XXXI 90. 107 al.* | olem **V**$^{a}$. olim **VR**. 11 uena *om.* **VRd**.
12 in *om.* **BV**$^{a}$. | materia **Bd***v*. -iae *r*. | metallia **V**$^{a}$**R**$^{a}$. -lli **VR**. 13 spanias **V**. 14 habent uentoribus **VR**. | habentes **d**(?)**h***v.a.S*. 15 baebelo **B***S*. bebulo *rH*. -belo *v*. | appellantur **VR**. | hodieque qui **h***v.a.J*. | trecenta mil. **B**. 16 ∞ D̄ **B**$^{2}$. mille quingentos **RR**$^{a}$**dh***v.a.S*. | paſſuuſ **B**$^{1}$*D*.
17 Accitani *coni. H.* Iacetani *P.* aquatini *coni. S. de machinae nomine cogitavit J.* | instantes *J.* 18 amnemque **Bdh***v*. manemque *r*. (*de mendo cfr. § 75*). 21 nullam **B***S*. uena alba *r*. alba **dT***H*. alba nullum **h***v*. 22 foſſiſ **B**$^{2}$.

animalibus, sed maxime canibus. — Aurum argentumque
quo mollius, eo pulchrius. lineas ex argento nigras prae-
duci plerique mirantur.

(32) Est et lapis in iis venis, cuius vomica liquoris 99
aeterni argentum vivum appellatur. venenum rerum om-
nium est perrumpitque vasa permanans tabe dira. omnia
ei innatant praeter aurum; id unum ad se trahit. ideo
et optime purgat, ceteras eius sordes expuens crebro
iactatu fictilibus in vasis. ita vitiis *e*iectis ut et ipsum
ab auro discedat, in pelles subactas effunditur, per quas
sudoris vice defluens purum relinquit aurum. ergo et 100
cum aera inaurentur, sublitum bratteis pertinacissime re-
tinet, verum pallore detegit simplices aut praetenues brat-
teas. quapropter id furtum quaerentes ovi liquore candido
usum eum adulteravere, mox et hydrargyro, de quo dice- 123
mus suo loco. et alias argentum vivum non largum in-
ventu est.

(33) In isdem argenti metallis invenitur, ut proprie 101
dicatu*r*, spumae lapis candidae nitentisque, non tamen
tralucentis; stimi appellant, alii stibi, alii alabastrum, ali-

§ 99: Diosc. V 110. cfr. Isid. XVI 19, 2. 3. — Vitruv. VII 8, 4. 5. — § 101: Diosc. V 99.

2. 3 praeduci **BVdT***S.* prod- **R**(?)*G.* fieri **h***v.* 3 plerique **BR***G.* fie- **VdT.** producique **h***v.* | miramur **h***v.a.G.* 4 est *om.* **B.** | in *om.* **VR.** | iiſ **B**$^1$*v.* his *rC.* 6 eſt *ll.S.* exedit (exest *G*) ac **h***v.* | que **B***S.* per *r. om.* **h***v.* | permananta (-nata **R**$^1$) obedire **VR.** 8 & **Bh***v. om. r.* | ceteris eius sordens **VR.** | cribro **VR.** 9 iactatus **R.** | ita uitiis **h***v*(*J*). ita uitis **VR.** ita ut iiſ (hiiſ **B**$^2$) **B.** auitis **dT.** alutis (*P*)*Brot.* uestibus *H.* ita autem iis *S.* | eiectis *S e coni. J.* tectiſ **B.** iniectis **Rd***H.* inuectis **V.** abiectis **h***v.* | *dist. S.* | ut et **h***v*(*S*). & ut **B.** sed ut *rH*(*D*). ut *Dal.* 11 reliquid **VR.** -uit **d** *v.a.C.* 12 rara **VR.** | inaurantur **R**(?)**h***v.a.S.* | bratis **R.** 13 pallorem **B**$^2$. | praetenebres **VR.** 14 oui **Bh***v.* ob *r.* 16 uiuom **B**$^1$*S.* 16. 17 inuentu *D cum U 738.* -tum *ll.v.* 18 hiſdem **B**$^2$**V.** | prope **B.** 19 dicatur *ego.* -tuſ **B**$^1$. dictuſ **B**$^2$. -cemus *r.* -camus **h***v.* 20 trali lucentiſ **B**$^1$. transluc- **B**$^2$*v.a.J.* | stimi **R***J.* ſimi **B.** ti- **V.** stimmi **dh***B.* -mini *v.* | ſtibi **BV***S.* -bia **R.** -ium *C.* stybiam **dh.** stib- *v.* | alii *om.* **V.**

qui larbasim. duo eius genera, mas ac femina. magis probant feminam, horridior est mas scabriorque et minus ponderosus minusque radians et harenosior, femina contra nitet, friabilis fissurisque, non globis, dehiscens.

102 (34) Vis eius adstringere ac refrigerare, principalis autem circa oculos, namque ideo etiam plerique platyophthalmon id appellavere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatet oculos, et fluctiones inhibet oculorum exulcerationesque farina eius ac turis cummi admixto. sistit et sanguinem e cerebro profluentem, efficacissime et contra recentia volnera et contra veteres canum morsus inspersa farina et contra ambusta igni cum adipe ac spuma ar-
103 genti cerussaque et cera. uritur autem offis bubuli fimi circumlitum in clibanis, dein restinguitur mulierum lacte teriturque in mortariis admixta aqua pluvia; ac subinde turbidum transfunditur in aereum vas emundatum nitro. faex eius intellegitur plumbosissima, quae subsedit in mortario abiciturque. dein vas, in quod turbida transfusa sint, opertum linteo per noctem relinquitur et postero die
104 quidquid innatet effunditur spongeave tollitur. quod ibi subsedit, flos intellegitur ac linteo interposito in sole siccatur, non ut perarescat, iterumque in mortario teritur et in pastillos dividitur. ante omnia autem urendi modus

§§ 102—104: Diosc. V 99.

1 larbaſim **B***S*. -son *B e Diosc*. turbasin *rv*. 1. 2 magis probant feminam *om.* **B**. 4 friabiles **V**. fragiliſ **B**$^{2}$. 6 plerique *om.* **Rh***v.a.G*. 6. 7 platyophthalmon **d***v*. platyopth- **BVh**. platiobth- **R**. 7 calliblephariſ **B***G*. callibus. Leparis **VRd**. collyriis *C*. callibus **h***v*. 7. 8 mulierumque epiphoris **h***v.a.G*. 8 oculorv̄ **B**$^{2}$. | efluctioneſ **B**$^{2}$. 10 et *om.* **VR**. | e *om.* **VR**. | efficaciſſime **B***J*. -mum *S*. -caci *r*. -cacier **h***v*.

11 inp̄ **R**$^{1}$. inp̄sa **R**$^{2}$. *an* inspersa per se? 12 summa **V**$^{1}$**R**. 15 inmixta **B***S*. *an* mixta? | pluuiae **B**$^{2}$. -iali *G*. 16 emundatur **dT**. emmu- **VR**. et mu- *v.a.S*. 17 quae **B***S*. quaeque *rv*. 18 abiciturque *G*. abigi- **BV***v*. -tur **Rd**. | quod **Bd***S*. quo *rv*. 19 sint *S*. ſit **B**. sunt *rv*(*D*). *an* turbidū transfusū sit? | in lenteo **VR**. 20 innatet **B**$^{1}$. -tat *rv*. *cfr. p. 141, 4 et Frobeen p. 39.* | ſpongeaue **B***S*. -eaque **V***D*. -giaque *rv*. 21 linteo **Bdh***S*. -olo *v*. lenteo *r*. 23 terendi **B**.

necessarius est, ne plumbum fiat. quidam non fimo utuntur coquentes, sed adipe. alii tritum in aqua triplici linteo saccant faecemque abiciunt idque, quod defluxit, transfundunt, quidquid subsidat colligentes. emplastris quoque et collyriis miscent.

(35) Scoriam in argento Graeci vocant helcysma. vis 105
eius adstringere et refrigerare corpora, ac re*medio* *est*
addit*a* emplastris ut molybdaena, de qua dicemus in 34, 178 sq.
plumbo, cicatricibus maxime glutinandis, et contra tenesmos dysenteriasque infusa clysteribus cum myrteo oleo. addunt et in medicamenta, quae vocant liparas, ad excrescentia ulcerum aut ex attritu facta aut in capite manantia.

Fit in isdem metallis et, quae vocatur spuma argenti. 106
genera eius tria: optima quam chrysitim vocant, sequens quam argyritim, tertia quam molybditim. et plerumque omnes hi colores in isdem tubulis inveniuntur. probatissima est Attica, proxima Hispaniensis. chrysitis ex vena ipsa fit, argyritis ex argento, molybditis e plumbi ipsius fusura — quae fit Puteolis — et inde habet nomen.
omnis autem fit excocta sua materia ex superiore catino 107
defluens in inferiorem et ex eo sublata vericulis ferreis

§ 105: Diosc. V 101. — § 106 extr.: Diosc. V 102.

1 eſt̄ B*v*. et *r*. 2 alipe B[1]. | ali B[1]V*D*. 3 ſiccant B[2]V[2]dh*v.a.G*. | defluxit VRd*G*. *cfr. § 86. 99. 107. XXXIV 135*. -xerit h*v*. effluxit B*S*. 4 ſubſidat Bd*G*(*S*). -dit *Brot*. -dit ad V[2]. -dit (-det *v.a.C*) id h*v*. subdit ad V[1]R. | *dist. ego*.
5 quoque *om*. h*v.a.G*. (*an* que?). | et *om*. VRh*v.a.G*. | collyriisque h*v.a.G*. 7 ac remedio est *ego*. acre dieſ B[1]. hac re B[2]. *om. rv*. hac de re *D*. quare his *Müller emend. V 12. locus adhuc corruptus. conici possit etiam* acribus (*cfr. XXX 174*) *vel* uiridibus (φαιαῖς *Diosc. cfr. § 92*) *vel* a Graecis (*sc.* medicis). 8 addita *ego*. -tur *ll.v*. 9 *dist. v.a.C*(*U 739*).
10 murteo B[1]. mirtę B[2]. 11 medicamentū R. 12 autem (aut B[2]) attritu B. 14 hisdem V. 15 ſequenſ B*S*. sed que V[1]R. sed quam V[2]. secunda h*v*. 16 squā argaritim R. -garytim V[1]. squama agarytim V[2]. 17 hiſdem B. | tubuliſ B[2]*v*. cub- h. tab- *r*. 19 *an* ex argenti (*sc.* fusura)? | e B*S*. *om. rv*. | ipſius *ll.v*. *an* potius? 20 *dist. v.a.S*(*U 740*).
22 & ex B*G*. ex *rv*. | uericuliſ B*S*. uehi- *r*. ueruc- h*v*.

atque in ipsa flamma convoluta vericulo, ut sit modici ponderis. est autem, ut ex nomine intellegi potest, fervescentis et futurae materiae spuma. distat a scoria quo potest spuma a faece distare: alterum purgantis se ma-
108 teriae, alterum purgatae vitium est. quidam duo genera faciunt spumae, quae vocant scirerytida et peumenen, ter-
34, 178 tium molybdaenam in plumbo dicendam. spuma, ut sit utilis, iterum coquitur confractis tubulis ad magnitudinem anulorum. ita accensa follibus ad separandos carbones cineremque abluitur aceto aut vino simulque restinguitur. quodsi sit argyritis, ut candor ei detur, magnitudine fabae confracta in fictili coqui iubetur ex aqua addito in lin-
109 teolis tritico et hordeo novis, donec ea purgentur. postea VI diebus terunt in mortariis, ter die abluentes aqua frigida et, cum *dies* desinat, calida, addito sale fossili in libram spumae obolo. novissimo die dein condunt in plumbeo vase. alii cum faba candida et tisana cocunt siccantque sole, alii in lana candida cum faba, donec lanam non denigret. tunc salem fossilem adiciunt subinde aqua mutata siccantque diebus XL calidissimis aestatis. nec non in ventre suillo in aqua coquunt exemptamque

---

§§ 108—110: Diosc. V 102.

---

1 uericulo **B**. ueni- **h**. ueruc- *v*. uerit oculis ferreis atque *r*. | modice **VR**. 3 et foturae **B**$^{2}$. *del. HBrot. an* e fuſura? 4 purgatis se **V**$^{1}$. -atiſſimae **B**. 6 ſcirerytida **B***S*. sciror- *U 741*. sclerer- *D*. scelerelythrida **Vd**. stelere lychryda **R**. sterelytrida **h**. (stelery- *v*) -tida *C*. lythrida *Brot*. | peumenen *ll.S*. -nem **dh***v*. reum- *D*. pneum- *U 741*. 7 aut ſit **BV**$^{1}$. 8 uliſ **B**. | tabuliſ **B**$^{1}$**dh**. 9 anulorum *ll.v*(*G*). auellanarum *C*(*S*) *cum B e Diosc.* (καρύων). nucularum *coni. J.* | adcenſa **B**$^{1}$. 10 aut in uino **VR**. 12 coci **V**. 12. 13 lentioliſ **B**$^{1}$. 13 nouis *ll.v. transponendum videtur post* linteolis (*vel etiam* nouo *post* fictili): *cfr. Diosc.* 14 sex *ll.v.* 15 dies *ego. cfr. Diosc.* (εἰc ἑcπέραν). denigrare *CFWMüller p. 28. om ll.v.* | desinant **h** *v.a.J.* | fusili **VR**. 16 die dein **B***J*. die in *r*. die **h***v*. *cfr. § 22.* | combunt **R**. 17 plumbo **V**. | tisane **V**. ptisana **Th** *v.a.J.* 18 in sole **dT***v.a.S.* | sole — 20 siccantque *om.* **VR**. 18 donec *om.* **d**. 19 denigret **Bd***Brot*. -rent **h***v*. 21 inuentoreſ uillo **B**$^{2}$. | cogunt **V**. | exemptamque **Bh***v*. -taque *r*.

nitro fricant et ut supra terunt in mortariis cum sale.
sunt qui non coquant, sed cum sale terant et adiecta 103
aqua abluant. usus eius ad collyria et *c*uti mulierum 110
cicatricum foeditates tollendas maculasque, abluendum capillum. vis autem siccare, mollire, refrigerare, temperate purgare, explere ulcera, tumores lenire; talibusque
emplastris additur et liparis supra dictis. ignes etiam 105
sacros tollit cum ruta myrtisque et aceto, item perniones cum myrtis et cera.

7. (36) In argentariis metallis invenitur minium quo- 111
que, et nunc inter pigmenta magnae auctoritatis et quondam apud Romanos non solum maximae, sed etiam sacrae. enumerat auctores Verrius, quibus credere necesse sit Iovis ipsius simulacri faciem diebus festis minio inlini
solitam triumphantiumque corpora; sic Camillum trium- 112
phasse; hac religione etiamnum addi in unguenta cenae triumphalis et a censoribus in primis Iovem miniandum locari. cuius rei causam equidem miror, quamquam et hodie id expeti constat Aethiopum populis totosque eo tingui proceres, hunc ibi deorum simulacris colorem esse. quapropter diligentius persequemur omnia de eo.

(37) Theophrastus LXXXX annis ante Praxibulum 113

---

§ 110 extr.: Diosc. eupor. I 168. cfr. Cels. V 19, 26. — § 111 extr.: Cic. ad fam. IX 16, 8. Verg. Buc. X 27. — § 112 extr.: cfr. Plin. VI 190. Herodot. IV 192. VII 69. — § 113: Th. lap. 59.

---

1 intra **R**. 2 adiacta **B**[1]. 3 cuti *ego et dist. coll. Diosc.* (*de dativo cfr. XXVIII 97. an* cutem, *ut XXVIII 139. XXXV 194?*). litum **B**[1]**V**. ſitum **B**[2]*D*. litu ad **R**(?)*B*. nitrum ad **h***v*. | muliebrum **h***Ven*. -brium *v.a.D*. 4 et (et ad **d**) abluendum **dh***v.a.S*. ad alendum *J*. 5 secare **R**. | frigerare **VR**. 5. 6 temperate **B**. -are **Vdh***v*. tēptare **R**. | *dist. ego*. 6 linere **Vd**. -nire **R**. | talibusque *ll.v.* albisque *Fröhner anal. crit. p. 19. cfr. XXXV 176. (XXXI 63). Müller emend. V 12.* 7 additur et lipariſ **B***S*. *om. rv*. 8 myrtoque **h***v.a.S*. | et *om.* **R**. | item **B***S*. -mque *rv*. 9 cera *v*. cetera *ll. add.* domineum **V**. et abdomine **h***v.a.G*. 10 inuenitur *om.* **V**. 13 enumerant **Vd**. 14 simulacris **VR**. 15 triumphantumque **V**[2]**dh***v.a.S*. -temque **V**[1]**R**. | siccū illū **R**. 16 etiannum **B**[1]. -amnunc **VRd***v.a.S*. | caena **V**. cena **d**. 22 xc *v.a.D*. | annos **VRh** *v.a.G*.

Atheniensium magistratum — quod tempus exit in urbis nostrae cccxlviiii annum — tradit inventum minium a Callia Atheniense initio sperante aurum excoqui posse harenae rubenti in metallis argenti; hanc fuisse originem
114 eius, reperiri autem iam tum in Hispania, sed durum et harenosum, item apud Colchos in rupe quadam inaccessa, ex qua iaculantes decuterent; id esse adulterum, optimum vero supra Ephesum Cilbianis agris harena cocci colorem habente, hanc teri, dein lavari farinam et quod subsidat iterum lavari; differentiam artis esse, quod alii minium faciant prima lotura, apud alios id esse dilutius, sequentis autem loturae optimum.

115 (38) Auctoritatem colori fuisse non miror. iam enim Troianis temporibus rubrica in honore erat Homero teste, qui naves ea commendat, alias circa pigmenta picturasque rarus. milton vocant Graeci miniumque cinna-
116 barim. unde natus error in*scitia* nominum. sic enim appellant illi saniem draconis elisi elephantorum morientium pondere permixto utriusque animalis sanguine, ut
8, 34 diximus, neque est alius colos, qui in pictura proprie sanguinem reddat. illa cinnabaris antidotis medicamen-

§ 114: Th. lap. 58. — cfr. Solin. 23, 4. Isid. XIX 17, 7. Diosc. V 109. Vitruv. VII 8, 1. — § 115: Homerus B 144. 637. — §§ 115. 116: cfr. Plin. XXIX 25. Diosc. V (110). 109. Solin. 25, 14. Isid. XIX 17, 8.

1 magiſtratum **B***B*. -strum *rv*. | quo **VRd**. 2 cccxlviiii *Brot. cum B* (?). ccxlviiii *ll.v.* ccccxxxviiii *S cum Casaubono* (*ad Praxibuli annum referens*). 3 gallia **BV**. | ſeparante **B**[1]. | ex eo qui posse **V**. 4 harena rubente **h***v.a.S.* 5 repperiri **B***D*. | natiuum (*pro* iam tum) *coni. H.* | hispaniis **h***v.a.H.* 6 quaedam **VR**. | inaccensa **V**. 7 ex aqua **Vdh**. | decuderent **V**. decid- **dT**. | id **Bhv**. in *r*. 8 harenam **h** *v.a.S.* 9 habene **V**. -ere **Rh***v.a.S.* | ter ei **B**[1]. 10 differentiam **Bh***v*. -tia *r*. 11 dilutiſ **B**[1]. -tū **B**[2]. 16 raruſ **B***B*. ramus *r*. (quaeramus *v*). | militono **B**[1]. -ltono **B**[2]. militon **h** *v.a.B.* | que **B***S*. qui *r*. quidam **h***v*. 16. 17 cinnabarim **B***v*(*S*). -rin **Vd**. -ri **R**(?)**h***G*. 17 inſcitia *ego coll.* XXIX 25. indicio **B***S*. -co *v*(*J*). | nominum **B***S*. -ine *rJ*. cinnabaris nomine **h***v*. (*conici potuerit* Indico nomine enim sic etiam appellant). 20 altuſ **B**[1]. alter **B**[2]. 21 antidatiſ **B**[1].

tisque utilissima est. at, Hercules, medici, quia cinna-
barim vocant, utuntur hoc minio, quod venenum esse
paulo mox docebimus. 124
(39) Cinnabari veteres quae etiam nunc vocant mono- 117
chromata pingebant. pinxerunt et Ephesio minio, quod
derelictum est, quia curatio magni operis erat. praeterea
utrumque nimis acre existimabatur. ideo transiere ad rubri-
cam et sinopidem, de quibus suis locis dicam. cinna- 35, 31 sqq.
baris adulteratur sanguine caprina aut sorvis tritis. pre-
tium sincerae nummi L.
(40) Iuba minium nasci et in Carmania tradit, 118
Timagenes et in Aethiopia, sed neutro ex loco invehi-
tur ad nos nec fere aliunde quam ex Hispania, celeberrimo
Sisaponensi regione in Baetica miniario metallo vectigalibus
populi Romani, nullius rei diligentiore custodia. non licet
ibi perficere id, excoctique Romam adfertur vena signata,
ad bina milia fere pondo annua, Romae autem lavatur, in
vendendo pretio statuta lege, ne modum excederet HS LXX
in libras. sed adulteratur multis modis, unde praeda
societati. namque est alterum genus omnibus fere ar- 119

---

§118: cfr. Plin. III 30. — Vitruv. VII 9, 4. — §119: Diosc. V 109.

---

1 ad **B**[1]*D*. | herculeſ **B***S*. -lae **V**. -le *rv*. 1. 2 cinnabarin **dh***v.a.S*. -rū **VR**. 3 paullo **B**[1]. 4 cinnabar **VRd**. | quae **Bh***v*. *om. r*. 5 et *om.* **VRd**. | epheso **Rd**. 6 relictum **VRT**. 7 exiſtimabatur **B***S*. -matur *rv*. | tranſiere **B**(-ſſ- **B**)*C*. -ire *rv*. 7. 8 rubricam **B***v*. lub- *r*. (*cfr. § 123*). 9 adulterabatur **B**. | ſoruiſ **B**[1]*J* (*ut cod.* **M** *semper*). sorbis *rv*. 10 sincere **V**. -ri **B**. | nom. (non **R**[1]) mil. **R**. 12 imagines **V**. hermogenes **h***v.a.H*. | et *om.* **VdT**. | neutro in luco **VRd**. 13 hiſphania **B**. | celeberrimo **B***S*. -mus *r*. -mū **dh***v*. 14 sisaponensi *S*. ex sisa- **h***v*. ſiſapompon- **B**. isaponeseo **R**. irap- **V**. | e uectigalibus *D cum U 742*. 15 pyrro romano **R**. | regi **R**. 16 excoctique **V**. -oqui quae **B**. -ique **Rdh***v*. *an* excoctaque (*corruptum in* -ociaque)? *cfr. § 121. 95. XXXIV 142*. | *dist. ego*. | adfertur **B***S*. def- **d***Brot*. ref- **T**. perf- *v*. deferuntur **V***D*. deruntur **R**. 17 ab **V**. | bina **B***S*. dena *rv*. | modo **B**. | lauantur *D*. 18 statuto **VdT***JD*. (*cfr. XVIII 178*). | *dist. v.a.J.* | HS *om.* **Bh***v.a.H*. 19 adalteratū **VR**. | unde **Bd***v*. n̄ de *r*. 20 omnibuſ **B***S*. in omn- *rv*(*D*).

gentariis itemque plumbariis metallis, quod fit exusto lapide venis permixto, non ex illo, cuius vomicam argen-
99 tum vivum appellavimus — is enim et ipse in argentum excoquitur —, sed ex aliis simul repertis. steriles etiam plumbi micae. deprehenduntur solo colore nec nisi in fornacibus rubescentes exustique tunduntur in farinam. hoc est secundarium minium perquam paucis notum, mul-
120 tum infra naturales illas harenas. hoc ergo adulteratur minium in officinis sociorum, et vi*l*ius Syrico. quonam
35,40 modo Syricum fiat suo loco docebimus; sublini autem Syrico minium compendi ratio demonstrat. et alio modo pingentium furto opportunum est, plenos subinde abluentium penicillos. sidit autem in aqua constatque furanti-
121 bus. sincero cocci nitor esse debet, secundarii autem splendor in parietibus sentit *plu*m*b*aginem. quamquam hoc robigo quaedam metalli est. Sisaponensibus autem miniariis sua vena harenae sine argento. excoquitur auri modo; probatur auro candente, fucatum enim nigrescit, sincerum retinet colorem. invenio et calce adulterari, ac simili ratione ferri candentis lamna, si non sit aurum,
122 deprehendi. inlito solis atque lunae contactus inimicus. remedium, ut pariete siccato cera Punica cum oleo lique-

---

§ 121 extr.: Vitruv. VII 9, 5. — § 122: Vitruv. VII 9, 2. 3.

---

1 item **VR**. 3 uiuom **B***S*. unum **VR**. | his **V**. 5 micae deprehenduntur **B**$^2$*D*. de micae preh- **B**$^1$. depreh- (praeh- **V**) *rv*. | *dist. ego. cfr. Diosc.* | solo *ll.v*(*S*). suo *G*. 7 hoc **B***S*. et hoc **h***v*. *om. r*. 9 minio **B**. | et uilius *ego*. & uiuiſ **B**. item *rv*. et ubiuis *J*. | ſirico **BV**. scyr- *anon. ap. B*. 10 ſiricum **B** (*item infra*). scyr- *v.a.H.* | dicebimus **VR**. -cemus **h***v.a.S.* | sublimi **R**. 11 comp̄hendi **B**$^2$. | demonſtraN̄ **B**$^1$. 14 debet et **VR**. 15 sentit **d**(?)**h***v*. -ire *ll.S. de vocabulo cfr. XXXIV 124. 93.* | plumbaginem *ego. cfr. XXXVII 68 et XXXIV 168.* imaginem *ll.v*(*J*). ulig- *C*. 17 sua uero **VR**. sua **d**. suae uenae **h***v.a.S.* | harenae **B***S*. -na *rv*. | ſine **Bh***v*. est in *r*(**d** *in ras.*). | *dist. ego cum Madvigio adv. crit. II 529.* 18 fuga enim **VRd**. fucatum **h**.*v.a.S.* | nigreſcit **Bh***v*. crescit in *r*. 19 calcem **B**$^2$. | ae (*pro* ac) **B**. 21 inloto **B**$^1$. illico **d**(?)**h***v.a.S.* | *dist. S.* | contactu **B**$^2$. -tractus **R**. | inimicū **B**$^2$. 22 parieti **h***v.a.S.*

facta candens saetis inducatur iterumque admotis gallae carbonibus inuratur ad sudorem usque, postea candelis subigatur ac deinde linteis puris, sicut et marmora nitescunt. qui minium in officinis poliunt, faciem laxis vesicis inligant, ne in respirando pernicialem pulverem trahant et tamen *s*uper illas spectent. minium in voluminum quoque scriptura usurpatur clarioresque litteras vel in *m*uro vel in marmore, etiam in sepulchris, facit.

8. (41) Ex secundario invenit vita et hydrargyrum 123
in vicem argenti vivi, paulo ante dilatum. fit autem duo- 64/100
bus modis: aereis mortariis pistillisque trito minio ex aceto aut patinis fictilibus inpositum ferrea concha, calice coopertum, argilla superinlita, dein sub patinis accens*o* follibus continuis igni atque ita calici sudore deterso, qui fit argenti colore et aquae liquore. idem guttis dividi
facilis et lubrico umore confluere. quod cum venenum 124
esse conveniat, omnia, quae de minio in medicinae usu traduntur, temeraria arbitror, praeterquam fortassis inlito capiti ventrive sanguinem sisti, dum ne qua penetret in viscera ac volnus attingat. aliter utendum non equidem censeam.

— Diosc. V 109. — § 123: Th. lap. 60. Diosc. V 110.

1 gallae **Rdh***v*. *cfr. XVI 28.* gal . ea **B**. galea **V**(?)*D cum U 744.* 2 inurantur **B**. aduratur **R**(?)**h***v.a.S.* 4 nimium **B**. 5 pernitialem **B**$^2$. permit- **B**$^1$. permitt- **V**. (*de mendo cfr. XV 74. VIII 135*). 6 ſuper *ego.* ut per *ll.v. cfr. Diosc., de mendo XXIX 83.* | illas **VRd***v*. leuiaſ **B**$^1$. -ia **B**$^2$*D*. *an* ueſicas? | specteret **V**$^1$. -tet **V**$^2$**R**. 6. 7 uoluminibus **d**(?)*G*. 7 scripturae **V**. -re **R**. | carioreſque **B**. 8 muro *D cum Mommseno C. I. L. I 16.* auro *ll.v.* aere *Hübner.* | fecit **B***S*. 9 inuenti . ita **B**. | hydro argyrum **VRd** (*ut plerumque*). 12 patenis **V**$^2$. patiliſ **B**$^2$. poatiloſ **B**$^1$. | *an* inpositum in? | conca **V**. concea **R**. 13 copertum **V**. op- **d**. | superinlata **VR**. -illata **d***Ven.* | patenis **V**$^2$. pastinis **V**$^1$**R**. | accenso *J cum vet. Dal.* -sum *ll.v.* 14 calici **Bd***S*. -cis *rv*. 15 argento **Rh**. | iden **B**$^1$. id eſt **B**$^2$. 16 rubrico **VRd**. (*cfr. § 117*). | compluere **B***S*. 18 fortasse quod **h** *v.a.H.* | inlitum **h***v.a.H*(*S*). 19 capite **dT***H*. | uentrisue **V**$^2$**d**. -suae **V**$^1$**R**. -treue **Th***H*. | sisti **VRd***D*. -tit **Bh***v*(*S*). -tendum **T***H*. | dum *om.* **T**. | qua **B***S*. quod **V**. quid **RdTh***v*. | penetret **BT***G*. peteret **VR**. praetereat **d** *in ras.* **h***v*.

125 (42) Hydrargyro argentum inauratur solum nunc prope, cum et in aerea simili modo duci debeat. sed eadem fraus, quae in omni parte vitae ingeniosissima est,
100 viliorem excogitavit materiam, ut docuimus.

126 (43) Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inveniri nisi in flumine Tmo*l*o, ut auctor est Theophrastus, nunc vero passim. alii Heraclium, alii Lydium vocant. sunt autem modici, quaternas uncias longitudinis binasque latitudinis non excedentes. quod a sole fuit in *i*is, melius quam quod a terra. his coticulis periti cum e vena ut lima rapuerunt experimentum, protinus dicunt, quantum auri sit in ea, quantum argenti vel aeris, scripulari differentia, mirabili ratione non fallente.

127 (44) Argenti duae differentiae. vatillis ferreis candentibus ramento inposito, quod candidum permaneat, probatur. proxima bonitas rufo, nulla nigro. sed experimento quoque fraus intervenit. servatis in urina virorum vatillis inficitur ita ramentum obiter, dum uritur candoremque mentitur. est aliquod experimentum politi et in halitu hominis, si sudet protinus nubemque discutiat.

128 9. (45) lamnas duci *in* speciem *vit*ri non nisi ex optimo

§ 126: Th. lap. 47. 46.

1 hydrarguro B[1]. -giro B[2]. | argumtum R. | inauratum B. 2 in Bh*v*. *om. r.* | aerea B*S*. aera h*v*. aeris VdT. ueris R. | duci *ll.v.* *cfr.* *§ 128.* *an* etiam aeri .... obduci? *cfr.* *XXVIII 146.* 5 mentio B[1]. 6 solus VR. 7 tmolo *B e Theophr.* timocho VRd. hym- h*v*. in//ocho B. 8 ali B[1]. quem alii h*v.a.S.* | heraclius VR. 10 iis *v*. his *ll.C.* 11 peritum (*om.* cum) V. | ut d*G*. aut B. tui *r*. *om.* h*v*. 12 rapuerint h*v.a.S.* 13 uel — 15 argenti *om.* B. 13 scripulari dT*H*. scribu- VR. scrupulati h. -ari *v*. 15 bantillis h. bat- *v.a.S* (*item infra et XXXIV 112*). 15. 16 condentibus Vd. 20 metitur VR. | aliquod *ll.v*(*S*). aliud d(?)*C*. | politi Bh*v*. -ici R. pollici VdT. 22 duci et h *v.a.S.* | in *ego. om. ll.v. cfr. XXVII 91. XXVIII 123. XIV 55. II 5 et XXXVII 149. II 91 al.* | ſpeciem B*J*. -cula *rv*(*D*). | uitri *ego.* fieri *ll.v.* (*possit etiam conici* lamnas diei in speciem fieri: *cfr. § 58. II 100*). | *dist. ego.* | optuma B[1]. -tima B[2].

posse creditum. fuerat id integrum, sed id quoque iam fraude corrumpitur.

Es*t* natura mira imagines reddendi, quod repercusso aëre atque in oculos regesto fieri convenit. eadem vi si*c* in speculi usu polita crassitudine paulumque propulsa dilatatur in inmensum magnitudo imaginum. tantum interest, repercussum illum excipiat an respuat. quin etiam 129
pocula ita figurantur expulsis intus crebris ceu speculis, ut vel uno intuente totidem populus imaginum fiat. excogitantur et monstrifica, ut in templo Zmyrnae dicata. id evenit figura materiae. plurimum refert concava sint et poculi modo an parmae Threcidicae, media depressa an elata, transversa an obliqua, supina an infesta, qualitate excipientis figurae torquente venientes umbras; neque 130
enim est aliud illa imago quam digesta claritate materiae accipientis umbra. atque ut omnia de speculis peragantur in hoc loco, optima aput maiores fuerant Brundisina, stagno et aere mixtis. praelata sunt argentea; primus fecit Pasiteles Magni Pompei aetate. nuper credi coeptum certiorem imaginem reddi auro opposito aversis.

(46) Tinguit Aegyptus argentum, ut in vasis Anubim 131

---

§ 129: cfr. Senec. nat. qu. I 5, 5. 14. — § 130 med.: cfr. Plin. XXXIV 160.

---

1 creditum **VRdhv** (*iunctum cum* fuerat, *ut XXXVII 25*). *cfr. § 130. VIII 78. 52.* -dimuſ **B***S* (*parum conveniens cum* fuerat). *an potius* creditum eſt. erat? | integrum ſed id **B***S* (*et dist.*). *om. rv.* 3 est *ego.* sed *ll.v.* | mira est **R**(?)**h***v.a.S.* 4 eodem **B**[1]. | ui sic *ego.* uiſi **B**. nisi *r.* uis *S.* ui **h***v.* 5 speculis **h***v.a.S.* | *post* usu *punctum posuit S.* 6 in *om.* **VRd**. 8 expulſiſ *ll.G*(*S*). exsculptis **dT***v*(*H*). -ultis **h**. 9 ut *om.* **B**. | populus totidem **VRdh***v.a.S.* | fiant **B**[1]. 10 dicata **Bh***v.* dicta *r.* 11 id uenit **R**. adue- **V**. | plurimum **B***S.* -umque *rv*(*D*). 12 plana e **B**[2]. *om. v.a.G.* | thraecidicae (trae- **V**) **BV***S. om. v.a.G.* 13 oblita **Vd**. | an *om.* **R**. | infeſta **BR***S.* festa **Vdh***Ven.* recta *v.* inferna *D.* 15 claritate *ll.v*(*S*). -tas *C.* | materiae **Bh***v.* -ia et *r.* 16 umbra *S e coni. J.* -ram *ll.v.* 17 fiebant **dTh***v.a.G.* | brindisina **VRd**. 18 stanno **h***C.* | *dist. v.a.D. cfr. XXXIV 160.* 19 passiteles **R**. praxi- **h***v.a.S. cfr. § 156.* 21 tingunt **R**. | anubem **Vdh***v.a.S.* -be **R**.

suum spectet, pingitque, non caelat, argentum. unde transiit materia et ad triumphales statuas; mirumque, crescit pretium fulgoris excaecati. id autem fit hoc modo: miscentur argento tertiae aeris Cyprii tenuissimi, quod coronarium vocant, et sulpuris vivi quantum argenti; conflantur ita in fictili circumlito argilla; modus coquendi, donec se ipsa opercula aperiant. nigrescit et ovi indurati luteo, ut tamen aceto et creta deteratur.

132 Miscuit denario triumvir Antonius ferrum, miscent aera falsae monetae, alii *et* ponder*i* subtrahunt, cum sit iustum LXXXIIII e libris signari. igitur ars facta denarios probare, tam iucunda plebei lege, ut Mario Gratidiano vicatim totas statuas dicaverit. mirumque, in hac artium sola vitia discuntur et falsi denarii spectatur exemplar pluribusque veris denariis adulterinus emitur.

133 **10.** (47) Non erat apud antiquos numerus ultra centum milia; itaque et hodie multiplicantur haec, ut decies centena aut saepius dicantur. faenus hoc fecit nummusque percussus, et sic quoque aes alienum etiam nu*nc*

---

§ 132: cfr. Plin. supra § 46. — Cic. off. III 20, 80.

---

1 ſuum ſpect& **Bh***v*. susp- *r*. | celat **BV**. 2 transiit *U 746. cfr. § 57. 117. 151. XXXI 95. XXXIV 15 et de scriptura XXXIV 15. 65: 103. XXXV 21. 23. 47. 100. 131 al.* tranſit **BVdh***v*. -nsmisit **R**. 4 tertiae **BRdT***H*. -tia **V**. -tia pars **h***v*. *cfr. XXXIV 20.* | cypri **B***D*. 5 & **Bh***v*. *om. r*. | pluriſ **B**$^1$. -reſ **B**$^2$. 5. 6 conflatur **B***v.a.G*. -tus **R**. 6 ita *om.* **h***v.a.G*. ita ut **V**. 7 ni crescit **V**. incr- *v.a.G*. | & *ll.G*(*D*). *om.* **h***v*(*S*). | induranti **B**. 9 triumuiratione onus **VRd**. | ferro **B**. | miſcent **BVT***S*. -tur **Rd**(?)*H*. -cuit **h***v*. 10 aeri **h***v.a.H*. | falsa moneta **VR**. | alii & *ego*. -ia **R**. -iae **BV***J*. -ii **d**. -ii e **h***v*. | ponderi *U*(*D*). -re **BRh***v*(*J*). -rae **V**. -ra **d**. *cfr. XIII 99.* 11 aris **Vd**. 12 tamen **VR**. | plebei lege **B***S*. lege plebi **Rd***C*. lege (e lege **h***v*) plebe **Vh***v*. 12. 13 grati uictatim (-totim **R**$^2$) **R**. 13 totaſ **Bh***v*(*S*). -ta *rH*(*D*). 14 uina **B**. | falsum **h***v.a.G*. | spectantur **R**. 15 plurisque *D*. | denariſ **B***D*. 17 & **B***G*. est *rC*. id (hic *v*) et **h***v*. | multiplicantum **R**. -atum **V**. -atur (*om.* haec) **h***v.a.C*. | ut decies **Vdh***v*. und- **R**. uide (-deo **B**$^2$) eſſe **B**. 18 centena milia **R**(?)**h***v.a.S*. 19 etiam nunc *ego*. -mnum **Bh***v*. et tantum *r*.

appellatur. postea Divites cognominati, dummodo notum
sit eum, qui primus hoc cognomen acceperit, decoxisse
creditoribus suis. ex eadem gente M. Crassus negabat 134
locupletem esse nisi qui reditu annuo legionem tueri
posset. in agris HS |MM| possedit Quiritium post Sullam
divitissimus, nec fuit satis nisi totum Parthorum usur-
passet aurum; atque ut memoriam quidem opum occupa-
verit — iuvat enim insectari inexplebilem istam habendi
cupidinem —: multos postea cognovimus servitute libera-
tos opulentiores, pariterque tres Claudii principatu paulo
ante Callistum, Pallantem, Narcissum. atque ut hi omit- 135
tantur, tamquam adhuc rerum potiantur, C. Asinio Gallo
C. Marcio Censorino cos. a. d. VI Kal. Febr. C. Caecilius
C. l. Isidorus testamento suo edixit, quamvis multa bello
civili perdidisset, tamen relinquere servorum IIII CXVI,
iuga boum III DC, reliqui pecoris CCLVII, in numerato
HS |DC|, funerari se iussit HS |X|. congerant excedentes 136
numerum opes, quota tamen portio erunt Ptotemaei, quem
Varro tradit Pompeio res gerente circa Iudaeam octona

§ 134: Cic. parad. 6, 1. Plutarch. Crass. 2. — cfr. Suet. Claud. 28. Tac. ann. XI 29. Plin. XXXVI 60.

1 appellantur (ape- V) VR. 2 priuſ B. 3 M. *om.* V. 4 ni B*SJ*. 5 aegriſ B$^{1}$. | MM R*H*. MM *G*. XX (milia h*v*) *v.a.S*. | sillam B$^{2}$VR. 6 diutissimus R. duit- B$^{1}$. dit- dh *v.a.S*. 6. 7 uſurpaſſ& B*S*. erusiset R. esurisset Vdh*v*. 7 ut Bh*v*(*S*). ui V. in RdT*H*. | memoriam *ll.v*(*H*). nomen *B*. | opum B*S*. optumo V. -timo R*v.a.B*. -mi (*vel* opimi) *B*. -mum *H*. 7. 8 occupauit *H*. 8 inſextari B$^{1}$. 10 opulentiores *om.* VR. | principat' R. 10. 11 paulo ante V$^{2}$*J*. *cfr. XIX 11. XX 160. XXXV 26. II 150.* (*XXXIV 48*). paulante B$^{1}$V$^{1}$Rd. -tē B$^{2}$. pallantem h*v*. *del. D*. 11 calistum VRd. | pallantem d*JD*. paulantem B. -te V$^{1}$R. paulo ante V$^{2}$. *del. S*. et h*v*. | ut *om.* VR. | hi Bdh*C*. hii r*Ven*. ii *v*. 12 G. B$^{2}$V. & R. 13 G. B$^{2}$. | mario B. | kl. BV. | G. B$^{2}$. | caelilibuſ B$^{1}$. 14 C. l. (*i. e.* libertus) *U*. CL. BV. claudius R(?)h*v*. 15 n̄ linquere R. | *an* se seruorum? *sed cfr. § 147.* | CCCC (*pro* IIII) R. 16 bouum V. 17 pondo h*v.a.G*. | |DC| *J*. DC V*G*. DC rd*S*. sexcenta milia h*v*. | |X| *D*. IXI B. |XI| *J*. XI r*G*. XI milibus h*v*. | congregante V. -gate (-tae *v*) et h *v.a.G*. | excedentiſ BV*S*. 18 ptolomai B. -aei *D*.

milia equitum sua pecunia toleravisse, mille convivas totidem aureis potoriis, mutantem ea vasa cum ferculis, saginasse! quota vero ille ipse — neque enim de regibus
137 loquor — portio fuerit Pythis Bithyni, qui platanum auream vitemque nobiles illas Dario regi donavit, Xerxis copias, hoc est |VII| LXXXVIII hominum, excepit epulo, stipendium quinque mensum frumentumque pollicitus, ut e quinque liberis in dilectu senectuti suae unus saltem concederetur! hunc quoque ipsum aliquis comparet Croeso regi! quae, malum, amentia est id in vita cupere, quod aut et servis contigerit aut ne in regibus quidem invenerit finem!

138 (48) Populus R. stipem spargere coepit Sp. Postumio Q. Marcio cos.; tanta abundantia pecuniae erat, ut eam conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit. nam quod Agrippae Menenio sextantes aeris in funus contulit, honoris id necessitatisque propter paupertatem Agrippae, non largitionis esse duxerim.

139 **11.** (49) Vasa ex argento mire inconstantia humani ingenii variat nullum genus officinae diu probando. nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana — etenim taber-

---

§ 137: cfr. Plin. supra § 51. Herodot. VII 27. 38. Plutarch. de mul. virt. 27. Polyaen. strat. 8, 42. Diodor. XIX 47. Seneca de ira III 16, 4. — § 138: Liv. XXXIX 22, 8 (XXXVIII 60, 9. XXV 12, 14). II 33, 11. Val. Max. IV 4, 2. — § 139: cfr. Mar-

---

2 putoris **V**. | ea **B***S*. *om. rv*. | fericulis **VR**. 3 ille **Bh***G*. illi *r*. illae (ipsae) *v*. 4 pythiſ **Bh***v*(*U*). -ths **V**. -thio **d**. -thii **R**(?)*B*. | qui **VRdh***v*(*D*): *om.* **B***S*. 5 illaſ **BT***S*. illa *r*. [nobilem] illam **h***v*. 6 hs̄ (*pro* hoc est) **R**. | |VII| *J*. VII *rS*. |LII| **B**. septies **h***v*. (centena *add. G*). | LXXXVIII *S*. LXXXVIII **VRd**. *sine lineola* **Bh**(*v add.* milia). | hominem **B**. 7 quenque **B**[2]. -uem **B**[1]. | mensium **Rdh***v.a.S*. 8 dilectu **B**[1]**d***D*. -tus **VR**. directu **B**[2]. delectu **h***v*. | senectutis **R**. 9 croesso **V**[2]. graeco **B**. 11 autem **R**. | & **B***S*. ae **V**. e **RdT**. etiam **h***v*. | ne *om.* **VRd**. 13 sp. **dh***v*. p. **B**. si **V**[1]**R**. sub **V**[2]. 14 Q. *om.* **B**. | maricio **B**[1]. | abundantia *om.* **h***v.a.G*. | pecunia **Rh***v.a.G*. 15 comferre **B**. | quo a **B**[1]. quo **B**[2]. aqua **h**. | his **V**. 18 duxerim **B***S*. dix- *rv*. *cfr. nov. luc. p. 100*. 19 mire **Bd T***S*. -rae *r*. -ra **h***v*. | inconstantiae **VR**. 21 firmiana **dTh** *HBrot*. | cratiana **V**. crot- **Rh**. | ut enim **V**.

nas mensis adoptamus —, nunc anaglypta asperitatemque
exciso circa liniarum picturas quaerimus, iam vero et 140
mensas repositoriis inponimus ad sustinenda opsonia, interradimus alia, ut quam plurimum lima perdiderit. vasa cocinaria ex argento fieri Calvus orator quiritat; at nos carrucas argento caelare invenimus, nostraque aetate Poppaea coniunx Neronis principis soleas delicatioribus iumentis suis ex auro quoque induere iussit.

(50) Triginta duo libras argenti Africanus sequens 141
heredi reliquit idemque, cum de Poenis triumpharet, $\overline{\text{IIII}}$ CCCLXX pondo transtulit. hoc argenti tota Carthago habuit illa terrarum aemula, quot mensarum postea apparatu victa! Numantia quidem deleta idem Africanus in triumpho militibus ✕ VII dedit. o viros illo imperatore dignos, quibus hoc satis fuit! frater eius Allobrogicus primus omnium pondo mille habuit, at Drusus Livius in tribunatu plebei X.
nam propter quinque pondo notatum a censoribus trium- 142

---

tial. ep. IV 39. Isid. XX 4, 8. — § 140: cfr. Plin. infra § 146. — Dio Cass. LXII 28, 1. (Suet. Nero 29). — § 141: Plutarch. apophth. p. 199. — § 142: cfr. Plin. XVIII 39. Liv. epit. XIV. Val.

---

1 adoptauimus *v.a.S.* | anaglypta **B d** *G*. -glicta **V**[1]. -gibta **R**. -glifa **V**[2]. -glypha **h** *v*. | in asperitatemque *v.a.S.* 2 exciſo *ll.S* (*sc.* argento). -isa **d**(?)**h** *v*. 3 et ad **h** *v.a.S.* 4 alia ut **B** *S*. -iud *r*. altera (lat- *C*) et interest **h** *v*. 5 caluoſ **B**[2]*S*. gal- **B**[1]. clauus **R**. | queritat **B**[2]. -itur *v.a.H.* quaeritat **V**[2]. | ad **B** *D*. ac **T**. 6 carruchaſ **B** *SU*. 6. 7 poppea **B**. pompeia **V h** *v.a.B.* 7 ſole ac delicatoribuſ **B**[1]. 8 iuſſit **B** *S*. *om.* *r H* (*an recte?*). solebat **h** *v*. 9 libras XXXII **V R d h** *v.a.S.*

10 relinquit **B**. | $\overline{\text{IIII}}$ *ll.S.* quattuor milia **h** *v*(*H*). quater millies *G*. 11 CCCLXX **B** *S*. -LXXX *r H*. CCCCLXX **h** *v*. 12 terrarum *ll.v.* imperii terrarum *U*. *sed cfr. XV 76.* (*V 76*). *saltem* terrarū imperii, *ut IV 33. 39. X 49.* | quot **R** *H*. quod *r v*(*D*). quodquod **d**. | nunc in mensarum **h** *v.a.H.* | est (*pro* postea) **d** *in ras.* **h** *v.a.H.* 13 quidam **V**. et **h** *v.a.H.* | delata **R**. dil- **V**.

14 militibus *om.* **B** *S*. | ✕ $\overline{\text{VII}}$ **B**. XVII milia pondo **h** *v.a.H.* | dedit *om.* **B**. *an recte? ut scribatur* in triumpho $\overline{\overline{\text{XVII}}}$ (*sc.* transtulit). *cfr. etiam § 148.* 15 *an* fuerit? | Fabius *P.* | allobroicus **V R d**. 16 attruſuſ **B**[2]. atr- **B**[1]. | plebei **B** *S*. -bis *r v*. | X **V R d T** *H*. ✕ **B**. XI milia **h** *v*. *an* $\overline{\overline{\text{X}}}$? 17 quinque *ll.v.* X (*pro* V) *Freinshemius* (*U*) *ex Livio, Val. Max., Gellio. cfr. XVIII 39.*

phalem senem fabulosum iam videtur, item Catum Aelium, cum legati Aetolorum in consulatu prandentem in fictilibus adissent, missa ab iis vasa argentea non accepisse neque aliud habuisse argenti ad supremum vitae diem quam duo pocula, quae L. Paulus socer ei ob virtutem devicto Per-
143 seo rege donavisset. invenimus legatos Carthaginiensium dixisse nullos hominum inter sese benignius vivere quam Romanos. eodem enim argento apud omnes cenitavisse ipsos. at, Hercules, Pompeium Paulinum, Arelatensis equitis Romani filium paternaque gente pellitum, XII pondo argenti habuisse apud exercitum ferocissimis gen-
144 tibus oppositum scimus; (51) lectos vero iam pridem mulierum totos operiri argento, quaedam et triclinia. quibus argentum addidisse primus traditur Carvilius Pollio eques Romanus, non ut operiret aut Deliaca specie faceret, sed Punicana; eadem et aureos fecit, nec multo post argentei Deliacos imitati sunt. quae omnia expiavit bellum civile Sullanum.

145 (52) Paulo enim ante haec factae sunt lances e centenis libris argenti, quas tunc super CL numero fuisse Romae constat multosque ob eas proscriptos dolo concupiscentium. erubescant annales, qui bellum civile illud talibus vitiis inputavere; nostra aetas fortior fuit. Claudii

---

Max. II 9, 4. Gell. IV 8, 7. XVII 21, 39. — Val. Max. IV 3, 7. Plutarch. Aem. Paul. 28. (Val. Max. IV 4, 9). — § 144: cfr. Plin. IX 39. XXXIV 9. (cfr. Cic. pro Mur. 36, 75. Val. Max. VII 5, 1). — § 145: (cfr. Tertull. de pallio p. 119).

---

14. 15 praeter aianus genus **V**. 15 delatuſ **B**. 16 CCCLV *HBrot. cum v.a.G*. 17 *uncos ego posui. cfr. Bergk I 27.* | aut **B***S*. *om. rv*(*D*). 18 aeui esse **B**(**a**?)*S*. acuisse **O**. aeui se *rv*. | indicent **B***S*. -icet *r*. -itet **O**. -icaret *v*. 19 terrasq. **O**. | dispersa sa **V**$^1$. -rsa cesa **V**$^2$**R**. | quin *D*. quae (que **V**$^2$) *ll.***O***v*. *om.* **a**. quae quin *UJ*. | factita// **B**$^1$. facta **B**$^2$. | ſint **B***U*. *om.* *r***O***v*. 20 ni **BO***v*. enim **R**. aenim **V**. ut **a**. 21 ſui **VR**. | a *om.* **VR***v.a.G*. | romaniſ **B**. 22 cxxx **R**. c et x **h***v.a.G*. duo millia *G*. | expugnatas **a**. -ulsatos **V**$^2$**d**. -to **V**$^1$**R**. pulsatos **h***v.a.G*.

obiceret. mirumque mihi videtur, cum statuarum origo
tam vetus Italiae sit, lignea potius aut fictilia deorum
simulacra in delubris dicata usque ad devictam Asiam,
unde luxuria.
Similitudines exprimendi quae prima fuerit origo, in 35
ea, quam plasticen Graeci vocant, dici convenientius 35, 151 sqq.
erit; etenim prior quam statuaria fuit. sed haec ad in-
finitum effloruit, multorum voluminum opere, si quis plura
persequi velit; omnia enim quis possit? (17) M. Scauri 36
aedilitate signorum MMM in scaena tantum fuere tempo-
rario theatro. Mummius Achaia devicta replevit urbem,
non relicturus filiae dotem; cur enim non cum excusa-
tione ponatur? multa et Luculli invexere. Rhodi etiam-
num III signorum esse **Mucianus** ter cos. prodidit, nec
pauciora Athenis, Olympiae, Delphis superesse creduntur.
quis ista mortalium persequi possit aut quis usus no- 37
scendi intellegatur? insignia maxime et aliqua de causa
notata voluptarium sit attigisse artificesque celebratos no-
minavisse, singulorum quoque inexplicabili multitudine,
cum Lysippus MD opera fecisse prodatur, tantae omnia
artis, ut claritatem possent dare vel singula: numerum
apparuisse defuncto eo, cum thesaurum effregisset heres;
solitum enim ex manipretio cuiusque signi denarios se-
ponere aureos singulos.

---

§ 36: cfr. Plin. XXXVI 115. Liv. ep. LII. Frontin. strat. IV 3, 15.

---

2 italiae **B***S*. -lia **V**. in italia **R**(?)**h***v*. 6 plasticen **dh***v*. -cem **VRa**. -ce **B**. 7 peior **V**. 8 operi **B**¹*SJ*. | pluras **V**. -res **dh***v.a.G*. 9 cauri **B**. 10 III in senatu **VRd**. | tantum *om.* **h**. *an* fuere, tantum? 10. 11 temporario tantum **h***Bergk I 27*. 11. 12 urbem ipse (*om.* **h**) excessit non **h***v.a.S*. 13 ponatur **Ba***v*. conatur **V**. -aretur **dh**. concitus **R**. | r hodie **B**¹. rhodii **B**². 13. 14 etiamnunc **VRdT**. 14 III *ego.* tria milia **h***v*. LXXIII **BdT***D*. LXXIII r*Ven.* (*an* pluſ III *vel* ∞ XIII?)
17 inſigna **B**. 18 sic **VRh**. | attingisse **V**. -igisset **a**. 18. 19 nonminauisse **VO**². 19 inexplicabile **R**. -plebili **a**. 20 ad DCX **h***v.a.H*. | prodatur **Ba***G*(*S*). datur **VdT**. dicatur **R**(?)*H*. tradatur **h***v*. 22 thenſaurum **BV***D*. | here **V**. ere **d**. heros **a**. 23 solutum **VRdh**. | manupretio **RdT**. inani (immani *v*) pr- **B**²*v.a.G*. *cfr. § 45. XXXIII 147. XXXV 148.*

38 Evecta supra humanam fidem ars est successu, mox
et audacia. in argumentum successus unum exemplum
adferam, nec deorum hominumve similitudinis expressae.
aetas nostra vidit in Capitolio, priusquam id novissime
conflagraret a Vitellianis incensum, in cella Iunonis canem
ex aere volnus suum lambentem, cuius eximium mira-
culum et indiscreta veri similitudo non eo solum intel-
legitur, quod ibi dicata fuerat, verum et satisdatione; nam
quoniam summa nulla par videbatur, capite tutelarios ca-
39 vere pro ea institutum publice fuit. (18) audaciae in-
numera sunt exempla. moles quippe excogitatas videmus
statuarum, quas colossaeas vocant, turribus pares. talis
est in Capitolio Apollo, tralatus a M. Lucullo ex Apollonia
40 Ponti urbe, XXX cubitorum, D talentis factus; talis in
campo Martio Iuppiter, a Claudio Caesare dicatus, qui
devoratur Pompeiani theatri vicinitate; talis et Tarenti
factus a Lysippo, XL cubitorum. mirum in eo quod manu,
ut ferunt, mobilis ea ratio libramenti est, ut nullis con-
vellatur procellis. id quidem providisse et artifex dicitur
modico intervallo, unde maxime flatum opus erat frangi,

---

§ 39: Strabo VII 6, 1 p. 319. — § 40: Strabo VI 3, 1 p. 278. Lucil. ap. Non. s. v. *cubitus* (p. 201 M). — Plutarch. Fab. Max. 22 extr.

---

1 euectas **V**[1]**R**. -tio **a**. | ſucceſſum **B**[1]**a**. -ccensu **R**. | uox **B**[1]. 2 & **Ba***G*. et in (inde **R**) *r*. etiam *v*. | ſucceſſuuſ **B**[1]*D*. -ccensus **R**. 3 hominumue **Ba***G*(*S*). -num uel *r*. -nisue **dT***H*. nec hominum *v*. 5 conflagrauit **V**(?)*G*. 7 discreta **VRd**. | uiri **V**. 8 ubi **Vda**. | dicatus **h***v.a.G*. | et noua *v.a.S*. 8. 9 nam quoniam **B***S*. nouam **a**. nam *rv*. 10 eo **h***v.a.G*. | instituti **h***v.a.S*. | publicae **B**. -ci **h***v.a.S*. 11 excogitas **V**[1]. exagitatas **a**. 12 statuas **O**. | coloſſaeaſ **Ba***J*. -sseas (-seas **V**) **rdTO***H*. -ssos **h***v*. *cfr. § 78. 54. XXXV 51. XXXVI 26. XXXVII 75.* 13 M. *om.* **Vh**. 14 ponte **V**. -tio **a**. | D *ll.* **TaD**. quingentis de **h**. -tis *H*. ta **O**[1]. a **O**[2]. CL *v*. L *Overbeck misc. arch. p. 6.* | factis **VR**. 15 a **Bh***v*(*U*). aulo **rdTaO**. a diuo *H cum Gron.* | cl. **B**. 15. 16 qui ideo uocatur pompeianus a *v.a.S*. 17 inequod **B**[1]. in equo **B**[2]. 18 nobilis **a**. mobiles **V**. moles *v.a.B*. | ratione **B**[2]**h***v.a.B*(*U*). | ut **h** *man. Dal. v*(*U*). *om. ll. G*(*J*). *cfr. § 47.* 19 *an* et prouidisse?

opposita columna. itaque magnitudinem propter difficultatemque moliendi non attigit eum Fabius Verrucosus, cum Herculem, qui est in Capitolio, inde transferret. ante 41
omnes autem in admiratione fuit Solis colossus Rhodi, quem fecerat Chares Lindius, Lysippi supra dicti disci- 39
pulus. LXX cubitorum altitudinis fuit hoc simulacrum, post LXVI annum terrae motu prostratum, sed iacens quoque miraculo est. pauci pollicem eius amplectuntur, maiores sunt digiti quam pleraeque statuae. vasti specus hiant defractis membris; spectantur intus magnae molis saxa, quorum pondere stabiliverat eum constituens. duodecim annis tradunt effectum CCC talentis, quae contigerant ex apparatu regis Demetrii relicto morae taedio obsessa Rhodo. sunt alii centum numero in eadem urbe 42
colossi minores hoc, sed ubicumque singuli fuissent, nobilitaturi locum, praeterque hos deorum quinque, quos fecit Bryaxis.

Factitavit colossos et Italia. videmus certe Tuscani- 43
cum Apollinem in bibliotheca templi Augusti quinquaginta pedum a pollice, dubium aere mirabiliorem an pulchritudine. fecit et Sp. Carvilius Iovem, qui est in Capitolio, victis Samnitibus sacrata lege pugnantibus e pectoralibus eorum ocreisque et galeis. amplitudo tanta est, ut con-

---

§ 41: Polyb. V 88. 89. Strabo XIV 2, 5 p. 652. Hygin. fab. 223. — Plutarch. Demetr. 20. Suidas s. v. κολοσσαεύς. — § 42: Isid. XIV 6, 22. — § 43: cfr. Liv. X 38, 3.

---

2 mouendi **B**²*Brot.* mollie- **VRd**. 4 omniſ **B***S.* | rhodii **B**. 5 careſ **B**. | dicti *om.* **R**. 6 fuit. Ruit **a**. | *dist. U.* 7 LXVI **B**¹ (*ut videtur*) *U cum Scaligero.* ///LVI (L *in ras.*) **B**². LVI *rv*(*J*). | motum **VR**. 9 plerique **VR**. | ſpecuiſ **B**. -uus *D.* spectus **V**. pectus **a**. 11 ſtabiliuſ erat **B**. -liter et **a**, | eum **B**¹*U.* cum **B**². *om.* *r***daO***G.* illud **h***v.* | conſtituente **B**². 12 MCCC *U.* 12. 13 contigerant **BRa***S.* -tegerant **VdTO**. -tulerat **h**. -rant *v.* 13 ea (*pro* ex) **VR**. | demetri **B**¹. 14 obsessa (opſ- **B***J*) **B***U.* -sso **a**. -ssae *S cum Gron.* obesse a *r.* *del. v* (*item* rhodo). 17 bryaxis *B coll. § 73.* -anxiſ **B**. brysaxis (bris- **R**) *r.* braxis *v.* 18 colosos **R** (*semper fere*). 20. 21 pulchritudinem **V**. 22 est (*pro* e) **VRa**.

spiciatur a Latiari Iove. e reliquiis limae suam statuam
44 fecit, quae est ante pedes simulacri eius. habent in
eodem Capitolio admirationem et capita duo, quae P. Len-
41 tulus cos. dicavit, alterum a Charete supra dicto factum,
alterum fecit ... dicus comparatione in tantum victus, ut
45 artificum minime probabilis videatur. verum omnem am-
plitudinem statuarum eius generis vicit aetate nostra Zeno-
dorus Mercurio facto in civitate Galliae Arvernis per annos
decem, HS |c̅c̅c̅c̅| manipretii, postquam satis artem ibi ad-
probaverat, Romam accitus a Nerone, ubi destinatum illius
principis simulacro colossum fecit *cxixs* pedum *in* longi-
tudinem, qui dicatus Soli venerationi est damnatis scele-
46 ribus illius principis. mirabamur in officina non modo
ex argilla similitudinem insignem, verum et de parvis
admodum surculis quod primum operis instaurati fuit.
ea statua indicavit interisse fundendi aeris scientiam, cum
et Nero largiri aurum argentumque paratus esset et Zeno-
dorus scientia fingendi caelandique nulli veterum post-
47 poneretur. statuam Arvernorum cum faceret provinciae
Dubio Avito praesidente, duo pocula Calamidis manu cae-

---

§ 45: cfr. Caes. b. G. VI 17. — Suet. Nero 31. Vesp. 18. Martial. spect. 2, 1. ep. I 70, 7. Ael. Spart. Hadr. 19, 13.

---

1 latiari **B**¹*Brot.* -ali **B**². -ario **a***v.* latere *r.* | ioui **V**. | e **B***S.* *om. rv.* | reliquiſ **B**¹**Vd***G.* 5 ... dicus *U.* //dicuſ **B**. dicus **a**. decus *r.* decius **dh***v*(*J*). Prodicus *coni. S*, Pythodicus *U coll.* § 85. 6 artificum **BT***S.* -cium *rv.* | probabilis artificis *v.a.S.* 8 aluerniſ **B**². auer- **VR**. 9 HS **Bd***B.* zs **R**². LC **R**¹. L//// **V**. pondo **h**. *om. v.* | |c̅c̅c̅c̅| *J.* cccc *ll.***da** *v*(*Brot.*). c̅c̅c̅c̅ *G.* | manupretii **B**. -nipretio **d** *in ras. G.* in magni (-no *v.* immani *B*) pretio **h***v.* *cfr.* § *37.* 10 adcitus **R**(?) *Brot.* | est a **Rh***v.a.S.* 11 ſimulacro **B***S.* -crum *rv.* | cxixs *U.* qui nonaginta (= cvixc) **B**. cui x *r.* cui. d. **a**. x **d**. cx **h***v.* cxix *J.* cvis *D.* | pedum in *ego.* -dum *ll.v.* 11. 12 longitudinem **BV**. -ne *rv.* *cfr. XXVII 123.* 12 soli **B***S.* -lis *rv.* 12. 13 celerius ipsius **R**. 14 de *ll.***dah***B*(*S*). ex *v.* *an* e? 15 inſtaurati **Bd***v*(*S*). -tioni **h**. staurati *r.* in statua **a**. instar *B.* 16 indicauit **R**(?)*v.* iud- *r***da**. | interiſſe **Ba***v.* inter se *r.* | fundent **R**. 17 argentique **V**. 18 cae laudiſque **B**¹. 19 aruennorum **R**. | cum *om.* **V**. 20 uibio **h***v.a.S.* *cfr. Tac. ann. XIII 54.* Duuio *J Klein mus. Rhen. 33 p. 128.*

lata, quae Cassio Salano avunculo eius, praeceptori suo, Germanicus Caesar adamata donaverat, aemulatus est, ut vix ulla differentia esset artis. quanto maior Zenodoro praestantia fuit, tanto magis deprehenditur aeris obliteratio.

8. Signis, quae vocant Corinthia, plerique in tantum 48
capiuntur, ut secum circumferant, sicut Hortensius orator sphingem Verri reo ablatam, propter quam Cicero illo iudicio in altercatione neganti ei, aenigmata se intellegere, respondit debere, quoniam sphingem domi haberet. circumtulit et Nero princeps Amazonem, de qua dicemus, et 82
paulo ante C. Cestius consularis signum, quod secum etiam in proelio habuit. Alexandri quoque Magni tabernaculum sustinere traduntur solitae statuae, ex quibus duae ante Martis Ultoris aedem dicatae sunt, totidem ante regiam.

(19) Minoribus simulacris signisque innumera prope 49
artificum multitudo nobilitata est, ante omnes tamen Phidias Atheniensis Iove Olympio facto ex ebore quidem et auro, sed et ex aere signa fecit. floruit autem olympiade LXXXIII, circiter CCC urbis nostrae annum, quo eodem tempore aemuli eius fuere Alcamenes, Critias, Nesiotes, Hegias, et deinde olympiade LXXXVII Hagelades, Callon, Gorgias Lacon; rursus LXXXXX Polyclitus, Phradmon, Myron,

---

§ 48: Quintil. inst. or. VI 3, 98.

---

*cfr. Herm. 12 p. 128.* 1 ſalano **VRd***U*. *cfr. Ovid. ep. ex Ponto II 5.* cal- **B**. ſol- **a**. ſilani **h**. -no *H*. syllano *v*. | auonculo **B**[1]*S*. 2 ut **Rd**(?)**h***v*. *om.* **ra**. (*an* uix ut?). 3 maior — 4 tanto *om.* **B**. 9 altercationem **B**. 10 habere **VR**. 12 consularis Laris *Fröhner mus. Rhen. 47 p. 292.* | signum *uncis inclusit U. an* sphingem (*vel lacuna*)? | quam **B***U*. 14 solita **V**. 15 aedem **Bh***v*. -dis *r*. 18 a nobilitate **VR**.

19 iouem **Va**. | olympio **B***S*. *cfr. § 54. XXXVI 18.* -piae **Rdah***v*(*D*). -phiae **V**. 20 et ex **a***C*. ex **BVdh***v*. *om.* **R**. 21 annum **VR***U*(*D*). *cfr. XIV 73. 97. XVI 144.* anno.m. **B**. anno **dah***v*(*J*). | quo **Bh***v*. quod *r* **da**. 22 neſioteſ **B***S*. nestotes *r*. -ocles *v*. 23 hagellades **VR**. haleales **a**. Agelades *v.a.U. cfr. § 55. 57.* | gallon **VR**. 24 rurſuſ—phradmon **B***S*. *om. r.* polycletus **h**. -tus phradmon (-agmon *B*) *v*. | myro **V**. miro **R** (*fere semper*).

50 Pythagoras, Scopas, Perellus. ex iis Polyclitus discipulos
habuit Argium, Asopodorum, Alexim, Aristidem, Phrynonem,
[Dinonem], Athenodorum, Demean Clitorium, Myron Lycium.
LXXXXV olympiade floruere Naucydes, Dinomenes, Canachus,
Patroclus; CII Polycles, Cephisodotus, Leuchares, Hypato-
dorus; CIIII Praxiteles, Euphranor; CVII Aetion, Theri-
51 machus. CXIII Lysippus fuit, cum et Alexander Magnus,
item Lysistratus frater eius, *S*the*n*nis, Euphron, *E*ucles,
Sostratus, Ion, Silanion — in hoc mirabile quod nullo
doctore nobilis fuit; ipse discipulum habuit Zeuxiaden —;
CXXI Eutychides, Euthycrates, Laippus, Cephis*od*otus,
52 Timarchus, Pyromachus. cessavit deinde ars ac rursus
olympiade CLVI revixit, cum fuere longe quidem infra
praedictos, probati tamen, Antaeus, Callistratus, Polycles
Athenaeus, Callixenus, Pythocles, Pythias, Timocles.
53 Ita distinctis celeberrimorum aetatibus insignes raptim

§ 53 extr.: Lucian. imag. 4. 6.

1 phitagoras **VR** (*fere semper*). | perelluſ **B** *S*. -relius *r v*. elius **a**. Perileus *Thiersch*. | iiſ **B**$^1$*v*. hiiſ **B**$^2$. his *r C*. 2 *dist. post* Argium *sustulit S*. | alexin **R**. hal- **Vd**. 3 dinonem *om*. **B**. *del. U*. | demeam **dT***v* (*Brot*.). dam- *B*. | clitorum **B**. | miron **VR**. muron **B**$^1$. -onna **B**$^2$. myronem *v.a.H*. 4 naucides **VR**$^2$*v.a.B*. -iades **R**$^1$. | dinomeneſ **Ba** *H*. -medes *r v*. | canachus **dh** *B*. cha- **BV**. -cus **R***v*. 5 patrocluſ **BVdh***v* (*S*). -cles **R** (?) *B*. | centesima secunda *ll.v*. | leuchareſ **B** *U*. leuih- **VR**$^2$. le///uiades **R**$^1$. leochares *B* (*cfr*. § *79*). lemares **h**. leuia- *v*. 5. 6 hypatodoruſ **Bdh***v* (*G*). -ris **R**. -dons **V**. Epatodorus *B*. 6 centesima septima *ll.v*. | aetion **B** *S*. etion *r*. echion **d** (?) *v*.
7 CXIII **B** (*S*) *U*. CXIIII **V**. centesima quartadecima **Rdh***v*.
8 lysis (lisis **R**) atrusi **VRd**. | et frater **h***v.a.S*. | sthennis *B* (*S*) *e Paus. cfr*. § *90*. -nnius *v*. thenis *ll*. sthe- *C* (*U*). | euphron eucles *S e coni. J*. -on fucleſ **B**. -onicles *r*. -onides **dh***v*. -on sofocles *Loewy*. 9 silanion *om*. **VR**. 10 fit **Rd**. 11 laipsus **V**. lahippus *v.a.S*. dah- *H*. *cfr*. § *66. 87*. | cephisodotus (-isso- *H*) *S*. *cfr*. § *50*. cephiſicrotus (chepissi- **R**$^2$. chephissi- **VR**$^1$) *ll*. -siodotus *B*. -sodorus *G* (*cfr*. § *74. 87*). -siorotus *v*.
12 timarcus **B**. tym- **R**. | pyromachas **VRd**. Phyromachus *Keil. cfr*. § *80. 84. XXXV 146*. | rufuſ **B**. 13 CLV **V***v.a.S*. | fluere **VR**. 14 antheus *v.a.H*. | pollycles **Vd**. pollic- **R**. | *dist. sustulit Brunn*. 15 atheneus **V**. | pithocleſ **B**. | pythias **h***v* (*D*). pytas **d**. pitas **VR**. *om*. **B** *UJ*. | timocles **h** *G* (*D*). -oles **VRd**. tomylos *B*. -les *v*. *om*. **B** *UJ*.

transcurram, reliqua multitudine passim dispersa. venere autem et in certamen laudatissimi, quamquam diversis aetatibus geniti, quoniam fecerant Amazonas, quae cum in templo Dianae Ephesiae dicarentur, placuit eligi probatissimam ipsorum artificum, qui praesentes erant, iudicio, cum apparuit eam esse, quam omnes secundam a sua quisque iudicassent. haec est Polycliti, proxima ab ea Phidiae, tertia Cresilae, quarta Cydonis, quinta Phradmonis.

54 Phidias praeter Iovem Olympium, quem nemo aemulatur, fecit ex ebore aeque Minervam Athenis, quae est in Parthenone stans, ex aere vero praeter Amazonem supra dictam Minervam tam eximiae pulchritudinis, ut formae cognomen acceperit. fecit et cliduchum et aliam Minervam, quam Romae Paulus Aemilius ad aedem Fortunae Huiusce Diei dicavit, item duo signa, quae Catulus in eadem aede, palliata et alterum colossicon nudum, primusque artem toreuticen aperuisse atque demonstrasse merito iudicatur.

55 Polyclitus Sicyonius, Hageladae discipulus, diadumenum fecit molliter iuvenem, centum talentis nobilitatum, idem et doryphorum viriliter puerum. fecit et quem canona

---

§ 54: cfr. Plin. supra § 49. VII 127. XXXVI 18. — Pausan. V 10, 2. I 24, 5. 28, 2. Strabo IX 1, 16 p. 396. — cfr. Pausan. VII 22, 9. — § 55: Lucian. philopseud. 18. Cic. Brut. 86, 296.

---

3 fecerat R. 4 deianae B. 6 tum *OJahn.* | eam Bd*v*. ea *r*. | qua B. 8 cresilae *S cum Rossio. cfr. § 74.* cressilae h. -llae *v*. -le VRd. cleſilae B. ctesi- *G*. -lai *H*. | cydoniis V. cidonus R. 9 phradmonis T*v*(*H*). phraem- B. pradm- *r*. phragm- *B*. *cfr. § 49.* 11 et ex *v.a.S.* | aebore B. | aeque *Il.v.* *an* auroque? 12 partenonia (-ias V) VR *v.a.B.* | ſtanſ BR*v*(*S*). trans V. astans *B*. | amozonem B. 14 accepit V. | cliduchum h*B*. -cum *Il.* clyducum d. -dicum *v*.
15. 16 huiuſce diei (die dT) BdT*S*. *cfr. § 60.* -usce modi ei *r*. -usque diei *H*. *om.* h*v*. 16 dedicauit h*v.a.S.* | aede fuit h. aede posuit *v.a.S.* 17 *post* nudum *excidisse fere* primus scientia aeris fundendi inclaruisse *coni. Brieger coll. § 56. 46.* 18 fore uticen// B. | apparuisse VR. | iudicatus R.
19 sicionib; R. | hegeladae R. agelade V. -dae T*H*. -dis h*v*. *cfr. § 49.* 20 iuuenum VRd. 21 dorophorum Vd. dorofo- R. *cfr. § 86.* | et *del. U* (*puncto ante* fecit *sublato*).

artifices vocant liniamenta artis ex eo petentes veluti a lege quadam, solusque hominum artem ipsam fecisse artis opere iudicatur. fecit et destringentem se et nudum t*e*lo incessentem duosque pueros item nudos, talis ludentes, qui vocantur astragalizontes et sunt in Titi imperatoris atrio — hoc opere nullum absolutius plerique iudicant —;
56 item Mercurium, qui fuit Lysimacheae, Herculem, qui Romae, hagetera arma sumentem, Artemona, qui periphoretos appellatus est. hic consummasse hanc scientiam iudicatur et toreuticen sic erudisse, ut Phidias aperuisse. proprium eius est, uno crure ut insisterent signa, excogitasse, quadrata tamen esse ea ait Varro et paene ad exemplum.

57 Myronem Eleutheris natum, Hageladae et ipsum discipulum, bucula maxime nobilitavit celebratis versibus laudata, quando alieno plerique ingenio magis quam suo commendantur. fecit et canem et discobolon et Perseum et pristas et Satyrum admirantem tibias et Minervam,

---

Lucian. de saltat. 75. — § 56: Plutarch. Pericl. 27 p. 167. — § 57: Cic. Verr. IV 60, 135. anthol. Pal. IX 717. 718 al. — Lucian.

---

1 lineamenta **Vd***v.a.U.* -tis **R**. | uel. vii **V**. uel vi **R**. uelut **d***v.a.S.* *om.* **h**. 2 ipse **d**(?)**h***v.a.S.* 3 distringentem *B.* | se *ll.v*(*S*). *om. G.* | telo *Benndorf.* *cfr. Wölfflin* (*Archiv IX 109 sqq.*). talo *ll.v.* *de mendo cfr. XXIX 87.* 5 astragaligantes **R**. | in **Bh***v.* *om. r.* | cliti **B**$^2$. | imperatores **V**$^1$. imp.//// **B**$^1$. in p **B**$^2$. 6 hoc *S*(*J*). duo . hoc **B**. *om. r.* quo **h***v*(*U*). 7 lysimacheae *S.* -chaeae **B**. -chiae **dh***v.* -chae *r.* 8 hagetera **B***S.* age- *r.* hace- **T**. a terra **d** *in ras.* **h**. alexetera *H.* Anteum a terra (*om.* arma) *v.* *dist. v.a.S.* | sustinentem **h***v.a.H.* 8. 9 peripharꝺoſ **B**. pheriphor- **Vd**. 10 iudicatuſ **B**$^2$. | eſt toreuticen **B**$^1$. eſt or- **B**$^2$. | apparuisse **R**. 11 uno crure ut **B***S.* ut (et **V**) uno crure *rv.* | inſiſter& **B**. 12 quadrata (-tā **B**) tamen (ea *add. G*) eſſe **B***G.* *om. rv.* | ea **B**$^1$*S.* eā **B**$^2$. *om. rv.* | ait *ll.S.* ut ait **h***v.* tradit *G.* 13 exemplum **B***S.* unum ex- *rv*(*D*). *cfr. § 65.* 14 ageladae (-de **V**) **VRdT***H.* -dis **h***v.* *cfr. § 49. 55.* 17 canem *ll.v.* Ladam *Benndorf.* *cfr. anthol. Gr. IV 185. Catull. 55, 25.* | perſeum **B***S.* -sea *rv.* 18 priscas **h**. cristas *v.a.B.* (*cfr. XXXVI 26*). pyctas *Löschke obs. archaeol. nr. 4.* (*Murray class. review 1887 I 3*).

Delphicos pentathlos, pancratiastas, Herculem, qui est apud
circum maximum in aede Pompei Magni. fecisse et cicadae
monumentum ac locustae carminibus suis Erinna significat.
fecit et Apollinem, quem ab triumviro Antonio sub- 58
latum restituit Ephesiis divus Augustus admonitus in quiete.
primus hic multiplicasse veritatem videtur, numerosior in
arte quam Polyclitus et in symmetria diligentior, et ipse
tamen corporum tenus curiosus animi sensus non expressisse,
capillum quoque et pubem non emendatius
fecisse, quam rudis antiquitas instituisset.

Vicit eum Pythagoras Reginus ex Italia pancratiaste 59
Delphis posito; eodem vicit et Leontiscum. fecit et stadiodromon
Astylon, qui Olympiae ostenditur, et Libyn, puerum
tenentem tabellam eodem loco et mala ferentem nudum,
Syracusis autem claudicantem, cuius ulceris dolorem sentire
etiam spectantes videntur, item Apollinem serpentemque
eius sagittis configi, citharoedum, qui Dicaeus appellatus
est, quod, cum Thebae ab Alexandro caperentur,
aurum a fugiente conditum sinu eius celatum esset. hic
primus nervos et venas expressit capillumque diligentius.
— Fuit et alius Pythagoras Samius, initio pictor, cuius 60

philopseud. 18. Quintil. II 13, 10. — anthol. Pal. VII 190. — § 58 extr.: cfr. Suidas s. v. Cώcτρατοc. — § 59: Pausan. VI 4, 3. 4. 2, 10. 13, 1. 18, 1. 13, 7. — cfr. anthol. Gr. IV 180. 294 (Plan. IV 112). — Athenaeus I 34 p. 19[c]. —. § 60: cfr. Diog. Laert. VIII 46.

1 penthloſ **B**. | prancatiastas **V**. pancatihastas **R**, 3 carnibus **Vdh**. | erinna *G*. -imna **B**. -ina *rv*. 4 ab **B***S*. a *rv*. 5 quietem **V**. 7 artem **B**. | et (*ante* in) *deleri voluit S* (*Gardner class. review 1894 II 69*). | in *om. v.a.H*. 11 reginuſ **Bh***D*. rhe- *rv*. *cfr. XII 7* (**M**). | et **V**. 12 eundem *v.a.S*. eodem uicit *del. U*. | leontiſcum *ll.S* (*ut sit* suam Leontisci statuam). -tius cum **h***v*. -tius qui *B*. -tinus qui *H*. *an* Leontiscum suum? *cfr. § 69. 71. XXXV 92*. 12. 13 ſtadia dromon **BV**. 13 aſtulon **B**. | libyn *B*(*C*) *e Paus*. lybin **Bd** *Ven*. lipin **V**. lympin **R**. iolpum **h**. -pis *v*. | *dist. U*. 14 tabellam **B***G*. -llas *rv*. 17 configi *S e coni. J*. -git **B**. -fici *rv*. *de structura cfr. XXXV 144*. | citharoedē **R**. | deceus **V**. dircaeus *v.a.B*. 18 quod **B***G*. quoniam *rv*. *cfr. § 14*. 20 primum **VRd**. 21 ſamiuſ **B***v*. sañius **Rh**. samnius **V**. | initiū **R**.

signa ad aedem Fortunae Huiusce Diei septem nuda et senis unum laudata sunt. hic supra dicto facie quoque indiscreta similis fuisse traditur, Regini autem discipulus et filius sororis fuisse Sostratus.

61 Lysippum Sicyonium **Duris** negat ullius fuisse disci-
pulum, sed primo aerarium fabrum audendi rationem
cepisse pictoris Eupompi responso. eum enim interroga-
tum, quem sequeretur antecedentium, dixisse monstrata
hominum multitudine, naturam ipsam imitandam esse, non
62 artificem. plurima ex omnibus signa fecit, ut diximus,
37 fecundissimae artis, inter quae destringentem se, quem
M. Agrippa ante Thermas suas dicavit, mire gratum Ti-
berio principi. non quivit temperare sibi in eo, quam-
quam imperiosus sui inter initia principatus, transtulitque
in cubiculum alio signo substituto, cum quidem tanta
pop. R. contumacia fuit, ut theatri clamoribus reponi
apoxyomenon flagitaverit princepsque, quamquam adama-
63 tum, reposuerit. nobilitatur Lysippus et temulenta tibi-
cina et canibus ac venatione, in primis vero quadriga
cum Sole Rhodiorum. fecit et Alexandrum Magnum multis
operibus, a pueritia eius orsus, quam statuam inaurari
iussit Nero princeps delectatus admodum illa; dein, cum
pretio perisset gratia artis, detractum est aurum, pretio-

---

1 deae **h***v.a.H.* *cfr.* *§ 54.* 2 ſeni **B**$^1$. 2. 3 facile quoque & diſcr&a **B**. 4. 5 sostratius (-tii *v*) lysippus **VR***v.a.G.* 5 duris **B***v.* dux *r.* | ulliuſ **B***S.* tull- *r* (*v add.* affirmat *post* discipulum). 6 fabrum *om.* **B**$^1$*SU coll. XVI 23. cfr. § 1. Vitruv. II 7, 4.* | audenti **R**. 7 cepiſſe **B***H.* coep- *rv.* | picturis **VRd**. | euponpi **V**. itupompi **R**. | responsio **VRd**. | eo **B**. 8 monſtrata **B***S.* demo- *rv.* 9 multitudinem **V**. 11 fecundiſſime **B***Ven.* | interque **Rh***Brot.* | distringentem **Vdh***v.a.Brot.* distin- **R**. 12 anthe **B**. 14 transtulitque **B***v.* -lit qui *r.* 15 alio ibi (sibi **h**) **dh***v.a.S.* 16 ut **BV**$^2$**d***S.* ui *r.* ut (*om.* **h**) magnis **h***v.* 17 apoxuomenon **V**. adapyoxyom- **B**. | flagitauerat **R**. flaget- **V**. 18 lyſippiſ.**B**. | temulenta **Bh***v.* -tia *r.* 19. 20 quadriga cum **B**$^1$**dh***v.* -gatum **B**$^2$. -garum *r.* 20 ſolē **B**$^2$. | fecit—21 orsus *post* remanentibus (*p. 185, 2*) *transponi voluit Bergk I 4 sqq.* 21 horſum **V**. 22 principis **VR**. 22. 23 cum pretio **Rh***v.* -tiuo **B**$^2$. cum praeti (-tii **V**$^2$) **V**. compretiū **B**$^1$. pretio **d**. 23 operiſſ& **B**$^1$**d**. -ris et **Vh**.

siorque talis existimabatur etiam cicatricibus operis atque
concisuris, in quibus aurum haeserat, remanentibus. idem 64
fecit Hephaestionem, Alexandri Magni amicum, quem qui-
dam Polyclito adscribunt, cum is centum prope annis ante
fuerit; item Alexandri venationem, quae Delphis sacrata
est, Athenis Satyrum, turmam Alexandri, in qua amicorum
eius imagines summa omnium similitudine expressit; hanc
Metellus Macedonia subacta transtulit Romam. fecit et
quadrigas multorum generum. statuariae arti plurimum 65
traditur contulisse capillum exprimendo, capita minora
faciendo quam antiqui, corpora graciliora siccioraque, per
quae proceritas signorum maior videretur. non habet
Latinum nomen symmetria, quam diligentissime custodiit
nova intactaque ratione quadratas veterum staturas per-
mutando, vulgoque dicebat ab illis factos quales essent
homines, a se quales viderentur esse. propriae huius
videntur esse argutiae operum custoditae in minimis quo-
que rebus.

Filios et discipulos reliquit laudatos artifices Laippum, 66
Boëdan, sed ante omnes Euthycraten. quamquam is con-
stantiam potius imitatus patris quam elegantiam austero
maluit genere quam iucundo placere. itaque optume ex-
pressit Herculem Delphis et Alexandrum Thespi*is* vena-
torem et proelium equestre, simulacrum ipsum Trophoni

---

§ 64: Plutarch. Alex. 40. 16. Vellei. I 11, 3. 4. Iustin. XI 6, 13. — § 65 extr.: cfr. Quintil. XII 10, 9. — § 66: cfr. Plin. infra § 87. 73. — cfr. Pausan. IX 39, 4.

---

1 exiſtimabatur **B***S*. -matur **Vdh***v*. -tus **R**. 2 haeſerat **VRdh***v*(*D*). fuerat **B***S*. 3 ephaeſtionem **B***Ven*. | quem **Bh***v*. *om. r*. 5 idem **dh***v.a.S*. *cfr. § 69*. 7 has **d**(?)*v.a.S*. 9 quadrigis **R**. | statuari ac (hac **V²**) asti **V**. 12 proicerit aſ **B¹**. 13 custodiit *ego*. -dit *ll.S*(*D*). -diuit **dh***v*(*U*). *cfr. nota ad XXXIII 131*. 14 noua **Bd***v*. non *r*. *de mendo cfr. XIII 125*. 19 laippum **Bd***S*. -psum *r*. Lahippum *v*(*Brot.*). Dah- *H*. *cfr. § 52. 87*. 20 boedan **BV***S*. baeda ait **R**. bedan **d**. -dam **h***v*. *cfr. § 73*. | eutſcratem **R**. 23 theſpiis *S e coni. J*. -piſ **B***D*. -pim *r*. -pin **h***v*. 24 et **B***S*. thespiadas **VR**. et thesp- **d***G*. -dum **h***v*. | simulacrum *om. G*. | ipſum **B***S*. *om. rv*. | troponi **VRd**.

ad oraculum, quadrigas complures, equum cum fiscinis,
67 canes venantium. — Huius porro discipulus fuit Tisicrates, et ipse Sicyonius, sed Lysippi sectae propior, ut vix discernantur complura signa, ceu senex Thebanus et Demetrius rex, Peucestes, Alexandri Magni servator, dignus tanta gloria.

68 Artifices, qui compositis voluminibus condidere haec, miris laudibus celebrant Telephanen Phocaeum, ignotum alias, quoniam .... Thessaliae habitaverit et ibi opera eius latuerint; alioqui suffragiis ipsorum aequatur Polyclito, Myroni, Pythagorae. laudant eius Larisam et Spintharum pentathlum et Apollinem. alii non hanc ignobilitatis fuisse causam, sed quod se regum Xerxis atque Darei officinis dediderit, existimant.

69 Praxiteles quoque, *qui* marmore felicior, ideo et clarior fuit, fecit tamen et ex aere pulcherrima opera: Proserpinae raptum, item catagusam et Liberum patrem, Ebrietatem

---

§ 67: cfr. Plin. infra § 89. — Diod. XVII 99 p. 237. Plutarch. Alex. 63. Arrian. VI 10, 1. Curt. IX 5, 21. — § 69: cfr. Plin. XXXVI 39. Cic. Verr. IV 2, 4.

---

1 quadrigaſ (-rag- **B**$^{1}$) **B***S*. -gas medei *r*. -gas medeae **dh***v*. (in aede eius *coni. J*). | fiſciniſ **B***v*. fusc- *rUJ*. 2 caneſ **B***v*. -em *r*. 3 lyſippiſ aetate **B**. | proprior **Vd**. 4 & **Bd**$^{2}$ *in ras. S*. ea *r*. *om*. **h***v*. 5 speucestes **VRd**. | magni *om*. **V dh**. | seruatur **V**$^{1}$. -tus **R**. | dignus **VRd***G* (*et dist.*). -noſ **B**. -ni **h***v*. 8 celebrant et *v.a.S*. | telephanen *S*. (-nem *G*). thel- **B**. telaph- **h***v*. elaph- *r*. | phocaeum **B***S*. -ceum *rv*. 9 *lac. indicavi cum CFWMüllero p. 21 oppidi parvi nomen excidisse suspicante*. in **VRdTh***v.a.S*(*D*). | thessaliae **B***S*. -lia *r***dTh***v*(*D*). | & ibi **B***S*. ibi **VdT**. ubi **R**(?)*H*. (ubi *ante* habitauerit **h***v*). 10 alioquin **B**$^{2}$**Vd***v.a.H*. aliquin **R**. *an* atqui? *cfr. II 163. XVII 20*. 10. 11 polyclito *S*. -tuſ **B**. -tū *r*. -leto **dh***v*. 11 pythagoraei **B**$^{2}$. | larissam **dh***v.a.S*. lasi- **R**. 11. 12 ſpintharum **B***H cum B*$^{2}$. -narum *rv.a.B*(*G*). -irarchum *B*$^{1}$. 12 pentanthlum **B**. penthalū **R**. | apollonē **R**. 13 quod **B***S*. quo **V**. *om*. **R**. quoniam **dh***v*. *cfr. § 14*. | e **R**. 14 officini **VRh**. | dederit **B**. 15 qui *ego*. *om. ll.v. an* quamquam *pro* quoque (*scriptum olim* q̄q̄.), *ut § 84?* 16 fuerit **VR**. | & **B***S*. *om*. *rv*. 17 item **B**$^{2}$**dh***v*. idem *r*. *cfr. § 64. 75. 76. 82. 89*. | catagusam *B*. (-glysam *v*). -usa **VRd**. -ussam **h**. caſtaguſam **B**. | patrem **B***S*. -em et *rv*(*D*).

nobilemque una Satyrum, quem Graeci periboëton cognominant, et signa, quae ante Felicitatis aedem fuere, Veneremque; quae ipsa aedis incendio cremata est Claudii principatu, marmoreae illi suae per terras inclutae parem,
item stephanusam, psel*i*umenen, Oporan, Harmodium et 70
Aristogitonem tyrannicidas, quos a Xerxe Persarum rege captos victa Perside Atheniensibus remisit Magnus Alexander. fecit et puberem Apollinem subrepenti lacertae comminus sagitta insidiantem, quem sauroctonon vocant. spectantur et duo signa eius diversos adfectus exprimentia, flentis matronae et meretricis gaudentis. hanc putant Phrynen fuisse deprehenduntque in ea amorem artificis
et mercedem in vultu meretricis. habet simulacrum et 71
benignitas eius; Calamidis enim quadrigae aurigam suum inposuit, ne melior in equorum effigie defecisse in homine crederetur. ipse Calamis et alias quadrigas bigasque fecit equis semper sine aemulo expressis; sed, ne videatur in hominum effigie inferior, Alc*u*mena nullius est nobilior.
Alcamenes, Phidiae discipulus, et marmorea fecit, sed 72
aereum pentathlum, qui vocatur encrinomenos; at Poly-

§ 70: Tatian. c. Graec. 56 p. 122. — Martial. ep. XIV 172. — § 71 extr.: Pausan. VI 12, 1. Propert. III 9, 10. Ovid. ep. ex Ponto IV 1, 33. — § 72: cfr. Plin. XXXVI 16. — Pausan. I 23, 2.

1. 2 cogminaN̄ **B**. 2 es (*pro* et) **VR**. | signaq; **R**. 3 ipipsa **V**[1]. in ipsa **d**. cum ipsa *v. a. S.* et ipsa *U cum OJahnio.* | aediſ **B***S*. -de *rv*. 5 ſtephanuſam **B***S*. -phusam **Vdhv**. sthefu- **R**. | pseliumenen *U cum OJahnio.* psellu- **V**. spellu- **R**. spelliu- **d**. ſellu- **B**. spilu- *B*. spelu- *v*. | oporan **Rd**. operan **V**. ephoram **B**. oporum **h**. oenophorum *v*. canephoram *U coll. XXXVI 25. Cic. Verr. IV 2, 5.* | harmogiū **R**. 7 perside & **VR**. 8 petit **VR**. 9 ſauroctonon **B***v*. -tanon **R**. scauro octonon **Vdh**. 10 adfectuuſ **B***D*. 13 in uultu *deleri voluit OJahn.* 15 effigie quā efeciſſe **B**[2]. 17 equis semper **VRdh***v*. ſem̄ pari equiſ **B**. se impari, equis *Traube.* | expreſſiſſ& . ɴᴇ **B**. 18 alcumena *man. Dal. UJ.* alchim- **Vd**. alchym- **R**. alcm- **h**(?)*B*(*D*). alcamen& **B**[1]. -me & **B**[2]. Alcman poeta *Sellers.* achamene *v. aliter XXVIII 59. XXXV 62.* 19 alcameneſ **B***B*. alchim- **Vd**. alchym- **R**. acham- *v*. | sed **B**. et *rv*. 20 petathlum **Vd**. -alum *v. a. B.* | at **B**[2]**Rd***v*. ad *rD*.

cliti discipulus Aristides quadrigas bigasque. Amphicrates
Leaena laudatur. scortum haec, lyrae cantu familiaris
Harmodio et Aristogitoni. consilia eorum de tyrannicidio
usque in mortem excruciata a tyrannis non prodidit;
quam ob rem Athenienses, et honorem habere ei volentes
nec tamen scortum celebrasse, animal nominis eius fecere
atque, ut intellegeretur causa honoris, in opere linguam
73 addi ab artifice vetuerunt. — Bryaxis Aesculapium et
Seleucum fecit, Boēdas adorantem, Baton Apollinem et
74 Iunonem, qui sunt Romae in Concordiae templo, Cresilas
volneratum deficientem, in quo possit intellegi quantum
restet animae, et Olympium Periclen dignum cognomine,
mirumque in hac arte est quod nobiles viros nobiliores
fecit. Cephisodorus Minervam mirabilem in portu Athe-
niensium et aram ad templum Iovis Servatoris in eodem
75 portu, cui pauca comparantur, Canachus Apollinem nudum,
qui Philesius cognominatur, in Didymaeo Aeginetica aeris
temperatura, cervumque una ita vestigiis suspendit, ut
linum subter pedes trahatur alterno morsu calce digitis-
que retinentibus solum, ita vertebrato dente utrisque in
partibus, ut a repulsu per vices resiliat. idem et celeti-
zontas pueros, Chaereas Alexandrum Magnum et Philippum

---

Plutarch. de garr. 8. Polyaen. strat. VIII 45. — § 73: Pausan. I 40, 6. — § 74: Pausan. I 23, 3. 25, 1. (Val. Max. V 10 ext. 1). — cfr. Pausan. I 1, 3. — § 75: cfr. Pausan. VIII 46, 3. (IX 10, 2). II 10, 4. Macrob. I 17, 49.

---

1 bigaſq; **B d** *H*. -gas qu **VR**. -gas et **h**. -gasque et *v*. | amphicrateſ (-tiſ $B^2$) *ll.S*. iphicr- **h**. -tis *v.a.S*. Tisicratis *H*. *de structura cfr. § 80. 81. 88. XXXV 138.* 2 laudatus **R**. | cantum **VR**. | familiariſ **B h** *v*(*S*). -are *r G*. 3 *dist. ego*. 4 ad (*pro* in) **h** *v.a.S*. 7 lingua **VR**. 8 briaxis **R**. 9 bedas **d** *v.a.S*. *cfr. § 66.* | botō **R**. batton *v.a.S*. *cfr. § 91.* 10 ctesilas **V**. -laus *H Brot*. *cfr. § 53.* 12 anima **R**. | periclen **B** *S*. -lem **d h** *v*. -le *r*. 14 cephiſodoruſ **B** *G*(*D*). -dotus *S*. -sidorus (-ssi- **VR**) **VR d** *v*. -ssodorus *Lugd*. -dotus *H*. *cfr. § 50. 87.* 15 in aedem **V**. 16 qui $B^1$. 18 ita *om.* **B** *S*. 18. 19 ut inlitum **B**. 19 trahantur **B**. *locus nondum sanatus.* 20 utriſque **B h** *C*. -iusque *r v*. 21 item **R**. 22 pueros fecit **d**(?)**h** *v.a.S*.

patrem eius fecit, Ctesilaus doryphoron et Amazonem vol-
neratam, Demetrius Lysimachen, quae sacerdos Minervae 76
fuit LXIIII annis, idem et Minervam, quae my*c*tica appellatur — dracones in Gorgone eius ad ictus citharae tinnitu resonant —; idem equitem S*i*monem, qui primus de equitatu scripsit. Daedalus, et ipse inter fictores laudatus, pueros duos destringentes se fecit, Dinomenes
Protesilaum et Pythodemum luctatorem. — Euphranoris 77
Alexander Paris est, in quo laudatur quod omnia simul intellegantur, iudex dearum, amator Helenae et tamen Achillis interfector. huius est Minerva, Romae quae dicitur Catuliana, infra Capitolium a Q. Lutatio dicata, et simulacrum Boni Eventus, dextra pateram, sinistra spicam ac papavera tenens, item Latona puerpera Apollinem et
Dianam infantes sustinens in aede Concordiae. fecit et 78
quadrigas bigasque et cliticon eximia forma et Virtutem et Graeciam, utrasque colossaeas, mulierem admirantem et adorantem, item Alexandrum et Philippum in quadrigis; Eutychides Eurotam, in quo artem ipso amne liquidiorem

---

§ 76: Pausan. I 27, 4. — cfr. Xenoph. de re equ. 1. — cfr. Plin. XXXVI 35. — § 78 med.: anthol. Plan. IX 709. — Quintil. XII 10, 7. (cfr. Plin. V 141).

---

1 ctesilaus *v*(*S*). c.teſ- **B**[1]. G.teſ- **B**[2]. des- *rH*. cres- *U*. *cfr.* § *74. 53.* | dorophoron **VRd***v.a.B*. 3 annis *om.* **VR**. | et *om.* **R**. | neruam **R**. | myctica (*a verbo* μύζειν) *J*. myetica **B**. musica *rv*(*D*). mystica *Fröhner mus. Rhen. 47 p. 293.* mycetica *Traube.* 4 draconeſ **B***S*. quoniam drac- *rv*(*D*). | *dist. S.* | ad ictuſ (-uuſ **B**[1]*D*) **B***v*. additus (-tos **V**[2]) *r***dh**. 5 tinniturae sonant **B**. | item *U*, *ut* § *64.* | simonem *H cum Turnebo e Xenoph.* sem- **B***J*. serm- *r*. sarmenem *v*. 6 interfectores **V**[1]**R**. -tor est **V**[2]. *cfr. XXXV 128.* 12 Catulina *S cum Manutio.* -leana *v.a.G.* | a. q̄. **Bh***v*. aque **V**. atque **Rd**. | luctatio **R**. 13 euentuuſ **B**[1]*D*. 14 papauera **B***S*. -uer *rv*. 15 infantis **VR***S*. 16 cliticon **B***v.a.B*(*J*). -cum *r*. cliduchon *B*. 17 & graeciam (grac- **B**[2]) **B***G*. aegregiam *r*. egr- **dT***v*. | coloſſaeaſ **B***J*. -sseas *B*. -streas **Vd***v*. -strias **R**. 19 eutychides **d***B*. & eut- **B**. euthichides **V**. -thyclides **R***v*. *cfr. supra* § *51. XXXVI 34.* (*XXXV 141*). | eurothan **VR**. -tan *S*. | artem *ll.v.* *an* aereum? | ipso amne **B***G*. -samne **Vd**. -sam+ne **R**. -sam amne *B*. -sam *v*.

plurimi dixere. — Hegiae Minerva Pyrrhusque rex lauda-
tur et celetizontes pueri et Castor ac Pollux ante aedem
Iovis Tonantis, Hagesiae in Pario colonia Hercules, Isidoti
79 buthytes. — Lycius Myronis discipulus fuit, qui fecit
dignum praeceptore puerum sufflantem languidos ignes et
Argonautas; Leochares aquilam sentientem, quid rapiat in
Ganymede et cui ferat, parcentemque unguibus etiam per
vestem pueró, Autolycum pancrati*i* victorem, propter quem
Xenophon symposium scripsit, Iovemque illum Tonantem
in Capitolio ante cuncta laudabilem, item Apollinem dia-
dematum, Lyciscum mangonem, puerum subdolae ac fucatae
80 vernilitatis, Lycius et ipse puerum suffitorem. — Menaechmi
vitulus genu premitur replicata cervice. ipse Menaechmus
scripsit de sua arte. — Nauoydes Mercurio et discobolo
et immolante arietem censetur, Naucerus luctatore anhe-
lante, Niceratus Aesculapi*o* et Hygia, qui sunt in Concor-

---

§ 79: anthol. Palat. XII 221. Martial. ep. I 7. — (cfr. Athenaeus V 56 p. 216 d). Pausan. I 18, 3. IX 32, 8. I 8, 4. — § 80: cfr. Athenaeus II 68 p. 65 b. Pausan. I 24, 2. — Loewy Inschr. Griech. Bildh. 147. 496. 53. Pausan. I 23, 4.

---

1 mineruae **V**. -ue **R**. | phyrruſq. **B**. | rex *deleri voluit Heyne*. 1. 2 laudatus **R**. 2 ac *ll.v*(*S*). et **d**(?)**h***Hack*. 3 hagesiae **Vd***U*. -gisiae **R**. ageſiae **Bh***v*. *del*. *C*. hegesiae *H cum B*. | *dist. v.a.B*(*S*). | pario **Vdh***v*. -ie **R**. paro **B**. | isidori **dh***v.a.S*. 4 buthytes **B**(*P*)*S*. -yres *r*. -yreus *v*. Eleuthereus *H*. 5 praeceptore *v*. -rem *ll*. | ignis **R**. 6 leochareſ **Bh***H*. -chras *r*. -cras *v*. 7 ganymede **h***v*. ganum- **B**[1]. ganim- **B**[2]. -den (-nym- **R**) *r* **d**. | ferat **Bh***v*. fuerat *r*. 8 puero **B***S*. -rum *rv* (*ad seqq. relatum*). | pancratii *S*. -ti **B***D*. -tis **h**. -tio *rv*. (Autolycum — 9 scripsit *in v. 6 post* Argonautas *transposuit U*). 9 xenopho **B***U*. ſenophon **R**. | symphosium **R**. -posion **d**(?)**h***G*. 10 laudabile **VR**. 11 lyciſcum **B***S*. -cus *G*. luciscus *r***d***v*. | mangonem **B***S*. lang- *r***d***v*. lag- **h***B*. *cfr. Martial. IX 50, 5. an* Lyciscum, Langonem puerum? | ſubdole **B**. | fugatae **R**. 12 lycius *ll.v*(*S*). -cus *G*. 13 uultus *Dal*. (*errore*). 14 discobulo **VR**. 15 immolantē aritem **R**. | cenſentur **B**. | Nauclerus *coni. H*. | luctatore **B***U*. -rem *rv*. 15. 16 anhelante *U*. hanell- **B**[1]. anell- **B**[2]. anhelantem *r*. -tem fecit *v*. *lac. indicavit J*. 16 aesculapio et hygia *coni. J*. -pium et (*om.* **VR**) hygiam *ll.v* (fecit *add. D*). | que **VR**.

diae templo Romae. — Pyromachi quadriga ab Alcibiade
regitur. Polycles Hermaphroditum nobilem fecit, Pyrrhus
Hygiam et Minervam, Phanis, Lysippi discipulus, epithyu-
san. — Styppax Cyprius uno celebratur signo, splanchnopte; 81
Periclis Olympii vernula hic fuit exta torrens ignemque
oris pleni spiritu accendens. Silanion Apollodorum fudit,
fictorem et ipsum, sed inter cunctos diligentissimum artis
et iniquum sui iudicem, crebro perfecta signa frangentem,
dum satiari cupiditate artis non quit, ideoque insanum
cognominatum — hoc in eo expressit, nec hominem ex 82
aere fecit, sed iracundiam — et Achillem nobilem, item
epistaten exercentem athletas; Strongylion Amazonem, quam
ab excellentia crurum eucnemon appellant, ob id in comi-
tatu Neronis principis circumlatam. idem fecit puerum,
quem amando Brutus Philippiensis cognomine suo in-
lustravit. — Theodorus, qui labyrinthum fecit Sami, ipse 83
se ex aere fudit. praeter similitudinis mirabilem famam
magna suptilitate celebratur: dextra limam tenet, laeva

§ 81: cfr. Plin. XXII 44. Plutarch. Pericl. 13. — cfr. Plin. supra § 51, infra § 86. — § 82: cfr. Plin. supra § 48. Martial. ep. IX 50, 5. XIV 171. II 77, 4. — § 83 extr.: cfr. Plin. VII 85.

1 phyromachi *v.a. G* (*Keil*). *cfr.* § *51.* Pyromachi—regitur *pro parenthesi habuit U.* 3 phaniſ **B** *S.* phenis *r.* phoenix *v.* 3. 4 epithyusan *S cum Keilio.* ephityuſam **B**. epydhisam (-sum **R**) *r.* epithersen *B.* -idyrsam *v.* 4 ſtyppax **B** *S.* stypax *rv.* stipax **dh** *G.* | celebratus **R**. | splanchnopte **h** *G.* -no//te **B**. splachnorte *rv.* -nopte *B.* 5 exſta **B**[1]. -tra **B**[2]. | ignemque **B** *S.* -nem *rv.* 8 iniquum *vet. Dal.* -uom **B** *S.* inimicum *rv.* 9 ſatiari **BdT** *H.* -re **Rh** *v.* saciare **V**. | cupiditatem *v.a. H.* | non quit **BdT** *H.* nū (non **V**[2]) quid *r.* nequit *v.* | ideoque **B** *S.* -eo *r.* et ideo **dh** *v.* | inſanum **Bh** *v.* -atum *r.* 10. 11 *dist. ego.* 11 et **VRdh** *v* (*S*). ſedt **B**[1]. ſet **B**[2]. ſed **B**[3]. *an* fecit et (*vel* idem et) *sublata parenthesi?* | achilen **VR**. 12 strongilion **R**. -golion **V**. 13 ab *om.* **Bd** *S.* 14 idem **B** *S.* item *rv.* *cfr.* § *69.* 15 philippienſiſ **B** *J.* -ppensis **dh** *v* (*D*). -pperses **R**. -penses **V**. 16 fecit, Sami *S cum O Müllero.* | ſamii **B**. 17 ſimilitudiniſ **B** *S.* -nem *rv.* | mirabilem **Bd** *G.* nobi- *v. om. r.* | famam **B** *S.* -ma *rv.* 18 magnam **B**[1]. (magnae subtilitatis *v.a. S*). | celebratur *Müller emend. V 13.* -tuſ *ll. v.* *de mendo cfr.* § *54. 56. 67. 72. 75. 78. 81. 88. 89. 94.* | tenet — p. 192, 1 quadrigulam **B** *v.* *om. r.*

tribus digitis quadrigulam tenuit, tralatam Praeneste parvitatis ut miracul*um*: pictam eam currumque et aurigam integeret alis simul facta musca. — Xenocrates, Tisicratis discipulus, ut alii, Euthycratis, vicit utrosque copia signorum. et de sua arte composuit volumina.

84 Plures artifices fecere Attali et Eumenis adversus Gallos proelia, Isigonus, Pyromachus, Stratonicus, Antigonus, qui volumina condidit de sua arte. Boëthi, quamquam argento melioris, infans exim*ium* anserem strangulat. atque ex omnibus, quae rettuli, clarissima quaeque in urbe iam sunt dicata a Vespasiano principe in templo Pacis aliisque eius operibus, violentia Neronis in urbem convecta et in sellariis domus aureae disposita.

85 Praeterea sunt aequalitate celebrati artifices, sed nullis operum suorum praecipui: Ariston, qui et argentum caelare solitus est, Callides, Ctesias, Cantharus Sicyonius, Diodorus, Critiae discipulus, Deliades, Euphorion, Eunicus

---

XXXVI 43. — § 84: cfr. Polyb. XXXII 27 (25), 4. — cfr. Plin. XXXIII 155. — § 85: cfr. Plin. infra § 87. — (Tatian. c. Graec. 55 p. 120. Lucian. dial. meretr. 8, 3). — Pausan. VI 3, 6. 17, 7. — cfr. Plin. XXXIII 156. XXXV 58. supra § 84.

---

1. 2 paruitatiſ **B***U*. tantae par- *rv*(*J*). 2 ut *del. U.* | miraculū *ego et dist.* -lo **B***U*. *om. rv*(*D*). | pictam **B***J*. -tam ut *U*. totam *rv*(*D*). 3 onocrateſ **B**. 3. 4 tisycratis **R**. 4 aut ut **d**(?)*v.a.S.* | euthycratis **h**(?)*G*. eucty- **B**. euty- *rv*. | utroque **B**. *an* utrūque? 6 attali *om.* **B**. | eumeneſ **B**. 7 Epigonus *A Michaelis. cfr. § 88.* | phyromachus *v.a. Lugd.* | ſtratonichuſ **B**. 8 boethi **Bh***C*. -eti **R***v*. -eoti **V**. 9 meliorіſ **B***G*. -ores *r*. -or *v*. | eximiū *ego*. -mie **Rdh** *v*(*D*). -miae **V**. ſex anno (anniſ $\mathbf{B}^2$) **B** (*ortum ex* eximio: *cfr. § 106. XXXII 37. XXIX 56. XIX 121*). ulnis *U cum Hauptio.* ex animo *J*. sexennis *O Jahn.* annosum (γέροντα) *Bücheler ad Herodae mim. IV 31* (*idem olim* ui annisus). ui annosum *R Meister Herodae mim. p. 99 n. 1.* ui *Kalb.* amplexando *Traube.* 10. 11 in urbe **B***v*(*S*). *om. r H*(*D*). 12 uiolentia **B***v*. -tis **d**. -ti *r*. | urbem **B***v*. -be *r*. 13 ſellariſ **B**. | domuuſ $\mathbf{B}^1$*D*. 15. 16 celari **VR**. 16 callides *ll.S*(*D*). -icles *U*. -iades *H*. -ias *G*. callases **h***v*. | cteſiaſ **BRd***H*. ete- **Vh**. cle- *B*. de- *v*. 17 diodoruſ **B***S*. dionysiodorus (dyonis- **V**) *r v*(*J*- -sodorus **h***G*. dionysius, diodorus *D*. (dyonis *ortum ex gemi*nato icyonius). | critae **B**. | diliades **R**. | eunichus **R**.

et Hecataeus, argenti caelatores, Lesbocles, Prodorus, Pythodicus, Polygnotus, idem pictor e nobilissimis, item e caelatoribus Stratonicus, Scymnus Critiae discipulus.

Nunc percensebo eos, qui eiusdem generis opera fe- 86
cerunt, ut Apollodorus, Androbulus, Asclepiodorus, Aleuas philosophos, Apellas et adornantes se feminas, Antignotus et perixyomenum tyrannicidasque supra dictos, Antimachus, 72
Athenodorus feminas nobiles, Aristodemus et luctatores bigasque cum auriga, philosophos, anus, Seleucum regem. habet gratiam suam huius quoque doryphorus. — Cephi- 87
sodoti duo fuere: prioris est Mercurius Liberum patrem in infantia nutriens; fecit et contionantem manu elata — persona in incerto est —; sequens philosophos fecit. Colotes, qui cum Phidia Iovem Olympium fecerat, philosophos, item Cleon et Cenchramis et Callicles et Cepis, Chalcosthenes et comoedos et athletas, Daippus per*i*xyo-

---

§ 86: cfr. Plin. supra § 81. XXXV 107. 80. (Pausan. VI 1, 6). C. I. Gr. I add. p. 911 nr. 370 B. Plin. XXXVI 38. Tatian. c. Graec. 55 p. 119. — § 87: cfr. Pausan. IX 16, 2. Plin. XXXVI 24. XXXV 54. 155. Pausan. V 17, 3. 4. VI 7, 1. 9. 12, 6. 16, 5. Diog. Laert. IX 49. C. I. Gr. nr. 725.

---

1 haecataeuſ **B**. | lesbocles *cod. Par. det. v*. -oteſ **B**. -oles *r*. |produruſ **B**. 2 iidem (idem **V**) pictores nobilissimi **VRdh** *v. a. S. cfr. § 91.* 3 e **B***S*. et *r*. ex **d***v*. | critiae **B***v*. scrit- **Rdh**. scryt- **V**. 5 aleuas *v*. -euuas *ll*. 6 philosophos **h***v*. -phuſ **Bd**. -pus *r*. | apellas **h***v*(*G*). appellas **VRd**. -at **B**. anhelas *C cum B*. | sed **V**. | adornanteſ **B***D*. adora- *rv*. | ſe **V***D*. *om. rv*. | antignonus **h**. -gonus *v. a. S.* 7 & **Bd***G*. et luctatores *rv*(*D*). *cfr. v. 8.* | peroximenum **VR**. periox- **d**. -xyomenon *v. a. B.* | antimachus — 8 nobileſ **B***v*. *om. r*. 8 aristodam **VR**. -damus **d**. | & eluctatoreſ **B**. 9 bitasque **R**. | annuſ **B**. anuus *D*. 10 dorophorus **Vd**. *cfr. § 55.* 10. 11 chepisodoti **V**. cephissodoti **h***H*. -dori *v*. *cfr. § 50. 52. 74.* 11 prioriſ eſt **B***G*. -res et (ut **R**$^1$) *r*. e priore est *v*. 12 in *om.* **VRd**. 13 in **VRh***v*. uel **B**. 14 coloteſ **B***H cum B*$^2$. -tas *C*. -lytes *r*. celetas *B*$^1$. coclites *v*. 15 cenchramis *ll. v*. -mus *Overbeck*. | callicles **h***B*. cali- **B**. galli- **V**$^1$**R***v*. -ces **V**$^2$. | cepiſ **B***S*. -phis *rv*. 16 calcoſteneſ **B**. caecosthenes *Overbeck*. | daippus *S*. -psius **R**. dippuſ **B**. diaippus **d**. -ipus **Vh**. dahippus *v*. 16 *et* p. 194, 1 perixyomenon *B*. pexom- **B**$^1$. pexiom- **B**$^2$. perlayom- **Vdh**. perlasom- **R**. pella iom- *v*. paralyom- *Brot*.

menon, Daiphron et Damocritus et Daemon philosophos.
88 — Epigonus omnia fere praedicta imitatus praecessit in tubicine et matri interfectae infante miserabiliter blandiente. Eubuli mulier admirans laudatur, Eubulidis digitis computans. — Micon athletis spectatur, Menogenes quadrigis. — Nec minus Niceratus omnia, quae ceteri, adgressus repraesentavit Alcibiaden lampadumque accensu
89 matrem eius Demaraten sacrificantem. — Tisicratis bigae Piston mulierem inposuit, idem fecit Martem et Mercurium, qui sunt in Concordiae templo Romae. Perillum nemo laudet saeviorem Phalaride tyranno, cui taurum fecit mugitus *inclusi* hominis pollicitus igni subdito et primus expertus cruciatum eum iustiore saevitia. huc a simulacris deorum hominumque devocaverat humanissimam artem. ideo tot conditores eius laboraverant, ut ex ea tormenta fierent! itaque una de causa servantur opera
90 eius, ut quisquis illa videat, oderit manus. — Sthennis

---

§ 88 med.: cfr. Plin. supra § 78. Pausan. I 2, 5. C. I. Gr. I add. p. 916 nr. 666. Pausan. VI 6, 1. Tatian. c. Graec. 53 p. 115. — § 89 med.: Diodor. XIII 90. Cic. Verr. IV 33, 73. de re p. III 30, 42. — § 90: cfr. Pausan. VI 16, 8. 17, 5. V 27, 1.

---

1 daıpron Rd. diap- V. | dainocritus V$^2$. demo- B$^2$d*v.a.U.* | demon d. demo VRh. 2 epigonuſ B*G*. -gnous (et pi- V) VRd. -gnoen h. -genon *v.* | omnia B*v*. emina R. -nia Vd. 3 tubicinae B. | infante B$^1$*G*. -tem *rv*. 3. 4 blandiante R. -ientem *v.a.G.* 4 eubuli — laudatur B*S*. *om. rv.* | eubulidiſ B*S*. eubol- *rG*. -des *v.* 5 spectatus R*v.a.H.* 6 nigeratus VR. 7 lampadeque *v.a.S.* | accenſu B*S*. (*cfr. XXXVII 103*). -sū *r*. -sa *v*. 8 tiſicratiſ (-gratis R) *ll.H.* -tes *v.a.B.* pisicrates *B*. | bigae B*v*. -gam V$^2$d. bicam *r*. 9 piſton *ll.H.* -to *v.a.B.* pitho *anon. ap. B.* | item R. idemque *v.a.S.* 11 laudet B*S*. -dat h*v*. -dati *r*. | cui B$^1$VRdTh*v*(*HD*). qui B$^2$*G*(*S*). 12 inclusi *ego. cfr. Cic. de rep. III 30, 42. om. ll.v.* | igni Bh*S*. -ne *v*. signis *r*. | & Bh*v*. est d. ex *r*. exprimere *D*. 13 ſcruatum B$^1$. | ſaeuitia B*S*. -tia in d*v*. saeuiam V$^1$R. -ia V$^2$. | hvc B$^2$*S*. hoc *rv*. *cfr. X 131. XI 135. 138. XIV 140. XXVIII 19.* | ad B$^1$. 14 deorum B*S*. decium *r*. deum h*v*. | hominum quae B$^1$. | deuocauerant Vd. | humanissimum R. 15 ideone *v.a.S.* | tot Bd*v*. tui V. tu R$^2$. tuo R$^1$. 16 seruatus R. 17 illa *om.* R. | manuuſ B$^1$*D*. | sthenniſ B*S*. -enis *B*. -enius *v*. stennis Vd. -ntis R. -nius h. *cfr. § 51.*

Cererem, Iovem, Minervam fecit, qui sunt Romae in Concordiae templo, idem flentes matronas et adorantes sacrificantesque. Simon canem et sagittarium fecit, Stra- 33,156
tonicus caelator ille philosophos, copas uterque; athletas 91
autem et armatos et venatores sacrificantesque Baton, Euchir, Glaucides, Heliodorus, Hicanus, *I*ophon, Lyson, Leon, Menodorus, Myagrus, Polycrates, Polyidus, Pythocritus, Protogenes, idem pictor e clarissimis, ut dice- 35,101 sqq.
mus, Patrocles, Pollis, Posidonius, qui et argentum caelavit nobiliter, natione Ephesius, Periclymenus, Philon, Symenus, Timotheus, Theomnestus, Timarchides, Timon, Tisias, Thrason.

Ex omnibus autem maxime cognomine insignis est 92
Callimachus, semper calumniator sui nec finem habentis diligentiae, ob id catatexitechnus appellatus, memorabili exemplo adhibendi et curae modum. huius sunt saltantes Lacaenae, emendatum opus, sed in quo gratiam omnem diligentia abstulerit. hunc quidem et pictorem fuisse tradunt. non aere captus nec arte, unam tantum Zenonis

---

§ 91: Pausan. VIII 14, 10. I 3, 5. IX 27, 4. Vitruv. III praef. 2. Pausan. VI 19, 6. — cfr. Plin. XXXIII 156. — Tatian. c. Graec. 55 p. 118. 121. — Plin. XXXVI 32. 34. XXXV 107. — cfr. Strabo XIV 1, 23 p. 641. — § 92: Vitruv. IV 1, 10. Pausan. I 26, 7. — extr.: cfr. Plin. VII 113.

---

3. 4 ſtratoniuſ **B**. *cfr. § 84. 85.* 4 copas *J cum Gerhardo mus. Rhen. 9 p. 146.* scopas *ll. v. om.* **d**. | uterque *ll. G(S)*. utraque *H cum B²*. -rosque *B¹*. -rasque *v*. 5 batton **d** *v. a. S.* botan **B**. *cfr. § 73.* 6 claudiceſ **B**. | iophon *U.* lop- **VRdT** *v.* olop- **B**. lep- **h**. leop- *S cum Keilio.* | liſon **R**. 7 polyiduſ **B** *S.* polsid- *r.* polydorus *B.* -dus *v.* 8 pictor e **B** *S.* -ture **R**. -rae **Vdh**. -ra *v. cfr. § 85.* | clariſſimiſ **B** *S.* -mus *G.* -mi **d** *v.* -me *r.* -mae **h**. 9 patroclus *coni. S coll. § 50.* | polliſ *ll. S.* polis **h** *B.* phyllis *v cfr. Vitr. VII praef. 14.* 10 periclymenuſ **B** *v.* -clenus *r* **dh**. 10. 11 symenus **V** *S.* ſum- **B**. sim- **Rdh** *v.* 11 limarchideſ **B**. 11. 12 thysias **V** *v. a. G.* 14 sup **R**. | habens *v. a. S.* 15 diligentia **VR**. | catatexitechnus *S.* calatex- **B**. catotex- *r.* cacizotech- *v e Paus.* (texitechnos *B*). | memorabili **Bh** *H.* -lis *r v.* 16 adhibendi & **B** *S.* -dis *r.* -di **d** *C.* -dae *v.* 18 diligentiam **Vh**. | quidem **BVh** *v(S)*. -dam **Rd** (?) *C.* 19 captos **Vdh**. | zezonis **R**.

statuam Cypria expeditione non vendidit Cato, sed quia philosophi erat, ut obiter hoc quoque noscatur tam in*sig*ne exemplum.

93 In mentione statuarum est et una non praetereunda, quamquam auctoris incerti, iuxta rostra, Herculis tunicati, sola eo habitu Romae, torva facie sentiensque suprema tunicae. in hac tres sunt tituli: L. Luculli imperatoris de manubiis, alter: pupillum Luculli filium ex S. C. dedicasse, tertius: T. Septimium Sabinum aed. cur. ex privato in publicum restituisse. tot certaminum tantaeque dignationis simulacrum id fuit.

94 (20) Nunc praevertemur ad differentias aeris et mixturas. in Cyprio [coronarium et regulare est utrumque ductile] coronarium tenuatur in lamnas, taurorumque felle tinctum speciem auri in coronis histrionum praebet, idemque in uncias additis auri scripulis senis praetenui pyropi brattea ignescit. regulare et in aliis fit metallis, itemque caldarium. differentia quod caldarium funditur tantum, malleis fragile, quibus regulare obsequitur ab aliis ductile appellatum, quale omne Cyprium est. sed et in ceteris metallis cura distat a caldario; omne enim diligentius

95 purgatis igni vitiis excoctisque regulare est. — In reli-

§ 94: Isid. XVI 20, 5—8. — § 95: Isid. XVI 20, 9.

1 expeditionē **R**. 2 erant **B**. | hoquoque **V**. hocque **B**. 2. 3. inſigne *P*. inane *ll.v.* *cfr.* *XXXV 145 et VII 113.* immane *Gron.* 5 auctoriſ **Bdv**. -res *r*. 6 ſola eo **B***S*. -leo **dT**. suleo *r*. Eleo *v*. Oetaeo *Brot. cum Turnebo.* | ſentienſque **B***S*. -ientique *r*. -teque *v*. 7 tunicae **B***S*. -ca *r* (*praem.* in *v*). | luculli *v*. -cilli **B**. -cullū *r*. 8 manubis **V**[1]. -nibus **dh**. -nib. illiſ **B**. 9 ſ. c. **Bh***v*. se *r*. | septimū **R**. 10 publicē **R**. 12 preuertemur **R**. reuer- **V**[2]**d***v.a.S.* *cfr.* *XXVIII 123.* | differentias **V**[2]**da***v*. -tia **V**[1]. -tiae **R**. -tiam **Bh**. | aeriſ **Bd***v*. eris **a**. sacris **V**[1]**Rh**. -ras **V**[2]. 13 coronarium — 14 ductile **a***v*(*S*). *om.* *ll.***dTh***H.* *nec Isid. habet.* 14 tunuatur **B**[1]. | lamna **VR**. -minas **a***v.a.S.* 15 cinctum **R**. 16 scripulum **R**. scrupulis **d**(?)*v.a.S.* | pyropi — 22 regulare est *om.* **a**. 17 brattea **B***v*(*S*). -atia **VR**. -actea *Verc.* | idemque **V***v.a.C.* 18 funditua **B**. -tus **R**. 19 fragili **B**. 20 cipirum **R**.

quis generibus palma Campano perhibetur, utensilibus
vasis probatissimo. pluribus fit hoc modis. namque Ca-
puae liquatur non carbonis ignibus, sed ligni, purgaturque
roboreo cribro p*e*rfusum aqua frigida ac saepius simili
modo coquitur, novissime additis plumbi argentarii Hispa-
niensis denis libris in centenas aeris. ita lentescit co-
loremque iucundum trahit, qualem in aliis generibus aeris
adfectant oleo ac s*a*le. fit Campano simile in multis parti- 96
bus Italiae provinciisque, sed octonas plumbi libras addunt
et carbone recocunt propter inopiam ligni. quantum ea
res differentiae adferat, in Gallia maxime sentitur, ubi
inter lapides candefactos funditur; exurente enim coctura
nigrum atque fragile conficitur. praeterea semel recoquunt,
quod saepius fecisse bonitati plurimum confert. **9.** id
quoque notasse non ab re est, aes omne frigore magno
melius fundi. — Sequens temperatura statuaria est eadem- 97
que tabularis hoc modo: massa proflatur in primis, mox
in proflatum additur tertia portio aeris collectanei, hoc
est ex usu coempti. peculiare in eo condimentum attritu
domiti et consuetudine nitoris veluti mansuefacti. miscentur
et plumbi argentarii pondo duodena ac selibrae centenis
proflati. — Appellatur etiamnum et formalis temperatura 98
aeris tenerrimi, quoniam nigri plumbi decima portio addi-
tur et argentarii vicesima, maximeque ita colorem bibit,

---

§ 96 extr.: Isid. XVI 20, 10. — § 98 extr.: Isid. XVI 20, 2.

---

1 perhibetur — 8 campano **B***S*. *om.* *rv*. 1 *dist.* *U 748.* 4 perfusum—frigida *S cum J coll.* *§ 142. VI 54. X 157. XV 16. XVIII 72.* profuſum aquam frigidam **B**. 8 sale *coni. J coll. XXXIII 65.* ſole **B***S*. *de mendo cfr. XXXI 74 extr.* | similem multis in **R**. 9 prouintiisque (-nciis **a**) sed **Va**. -ciae prouinciiſq. ſed **B**. -ciisque sed prouinciae *U 749. cfr. Isid., de mendo § 131.* 10 carbone **B***S*. bene *rv*. | recoquunt **d***v.a.*|*S*. se co- **a**. cogunt **VR**. 11 ubi **Bah***v*. ibi *r*. 12 candefactoſ **B***v*. -to *r*. | exurente — 15 est *om.* **a**. 13 recogunt **V**[1]**Rh**. 14. 15 id quod **Vh***v.a.G*. 15 aeſmefrigore **B**[1]. 16 temperatur **VR**. 19 ex ſuco empti **B**. | attritu **Bh***v*. atritum **a**. arietu *r*. 21 plumbi **Bd***v*. plurimi *r*. -mi et **a**. | ſex librae **B**[2]**d**. librae **a**. 22 proflati — p. 198, 1 uocant *om.* **a**. 22 etiamnunc **VT***v.a.G*.

quem Graecanicum vocant. — Novissima est quae vocatur ollaria, vase nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas aeris additis. — Cyprio si addatur plumbum, colos purpurae fit in statuarum praetextis.

99 (21) Aera extersa robiginem celerius trahunt quam neglecta, nisi oleo perunguantur. servari ea optime in liquida pice tradunt. usus aeris ad perpetuitatem monimentorum iam pridem tralatus est tabulis aereis, in quibus publicae constitutiones inciduntur.

100 **10.** (22) Metalla aeris multis modis instruunt medicinam, utpote cum ulcera omnia ibi ocissime sanentur, maxime tamen prosunt cadmea. fit sine dubio haec et in argenti fornacibus, candidior ac minus ponderosa, sed nequaquam comparanda aerariae. plura autem genera sunt. namque ut ipse lapis, ex quo fit aes, cadm*e*a vocatur, fusuris necessarius, medicinae inutilis, sic rursus in fornacibus existit alia, quae originis su*ae* nomen recipit.
101 fit autem egesta flammis atque flatu tenuissima parte materiae et camaris lateribusque fornacium pro quantitate levitatis adplicata. tenuissima est in ipso fornacium ore

---

§ 99: Isid. XVI 20, 9. 1. — § 100: Isid. XVI 20, 12. Diosc. V 84. — § 101 extr.—103: Diosc. V 84. (cfr. Plin. XXXVII 151 init.).

---

3 centenaſ **B***v*. -na **a**. gentes *r*. 4 purpure $\mathbf{B}^1$**a**. -re' $\mathbf{B}^2$. (colore purpureo *Isid.*). | statuariū **Rh**. 6 ex terra **V**. extera **ah**. | tradunt **VR**. 7 nec lecta **B**. | hi ſi **B**. | in *om.* **R**. *cfr. nota ad XIX 115 (vol. III p. 495).* 8. 9 monentorū **B**. 9 tam **V**. 10 incidunt **R**. 11. 12 medicina **VR**. -camen **a**. 12 ubi **V**. 13 prodest **R**(?)**h***v.a.S.* | catmea $\mathbf{B}^1$. cadmia $\mathbf{B}^2$**h***v.a.S* (*ut semper*). *cfr. § 2.* 16 ſit **VR**. | aes **d***Isid.v*(*J*). es **a**. res *ll.S. cfr. § 2. 110. 117.* | cadmea *S.* -mia *ll.v*(*D*). 17 utilis **B***S coll. § 104. om.* **a**. *sed cfr. Diosc.* 18 alia quae **B**|**Va***J.* -iamque **Rdh***v.* et *Isid.* aliaque aliam *Müller emend. V 14.* | originis suae nomen *ego.* nominis sui originem *ll.Isid.v* (*mutatis inter se nominibus: cfr. XXXI 102. XXXV 104. [XXXVI 56]. XXXVII 71. 84. 149. XX 251. XXII 17. [XXI 45]. XXIV 15. 18. XVII 227. XII 9*). 20 cammariſ $\mathbf{B}^1$. -mmeriſ $\mathbf{B}^2$. camaribus **a**. -meris **h***v.a.S* (*ut semper*). | lateribuſque **Ba***S.* -usue *rv.* | fornatiū **R** (*item infra*). -acum **h***v.a.S. cfr. § 102. 128. 144. 167.* 21 more **VR**.

quam flammae eructarunt, appellata capnitis, exusta et nimia levitate similis favillae. interior optuma, camaris dependens et ab eo argumento botryitis nominata, ponderosior haec priore, levior secuturis — duo eius colores, 102
deterior cinereus, pumicis melior —, friabilis oculorumque medicamentis utilissima. tertia est in lateribus fornacium, quae propter gravitatem ad camaras pervenire non potuit. haec dicitur placitis, et ipsa ab argumento, planitie crusta verius quam pumex, intus varia, ad psoras utilior et cicatrices trahendas. fiunt ex ea duo alia genera: ony- 103
chitis extra paene caerulea, intus onychis maculis similis, ostracitis tota nigra et e ceteris sordidissima, volneribus maxime utilis. omnis autem cadmea, in Cypri fornacibus optima, iterum a medicis coquitur carbone puro atque, ubi in cinerem rediit, extinguitur vino Ammineo quae ad emplastra praeparatur, quae vero ad psoras, aceto. quidam 104
in ollis fictilibus tusam urunt et lavant in mortariis, postea

---

1 quam **B**. quae **da**. que *r*. qua **h***v*. | flamma **dT**. | eructarunt *ego*. -antur **VRh***H*(*D*). -atur **dT**. fluctuantur **B***J*. elucta- *v*. *de terminationibus mutatis cfr. XXXVI 161 extr. 181. XXXVII 85.* 3 ab eo **B**[1]**VRdha***v*(*J*). ea (a *in ras.*) ab **B**[2]*S*(*D*). | botryitis *B e Diosc. cfr. Celsus VI 6, 6.* -tyitiſ **B**. -trionis *r*. -tirsotis **a**. -trysentos *v*. 4 ſecuriſ **B**. prosecutis **a**. porro secuturis *v.a.H.* 4. 5 *dist. U 750.* 5 punicis **VR**. -ceus **d**(?)**h***v.a.J.* 6 furnacum **B**. for- **Rd**(?)**h***v.a.S.* 7 raguitatem **B**[1]. 8 ipſa ab **Ba***v*(*S*). in ipsa *r Brot.* | argumentum **h***Brot.* | planitie (-tiae **V**) *ll.***dTh***Brot.* -tiei *Salm. om.* **a***v*(*J*). *cfr. IX 109.* 9 yumex **V**. iū ex **R**. | uarias **a** *Ven.* -ras **VRd**. | psoras **da***v*. foraſ **B**. ysuras *r*. 10 trahenda **VR**. -dam **a**. | fiunt **B***S*. fluunt *rv*. *cfr. XXXII 121.* | et ex **a**. 11 extra —onychis *om.* **a**. | honichis **V**. onicis **R**. 12 e *om.***VRh***v.a.H.* | ceterarum **h***v.a.H.* 13 cadmia **B**[2]**dh***v.a.S.* | *dist. ego.* | cypri **R**(?)**h***v*. *cfr. § 107. XI 119.* -rio **BVd**. -ria **a**. 15 rediit **Rd***v*. -dit *rD*. *cfr. XXXIII 131.* | amineo **R**(?)*v.a.D.* *forma* Ammineum *constat etiam XIV 46 quater* (**M**). *47* (**M**). *95. XXIV 15;* Aminneum *XII 130. XIV 21. 41* (**M**). *XXVI 49* (**Vr**). *XXX 71* (*cfr. Cato 6, 4. 7, 1. 2 et Varro r. r. I 58*); Amineum (*sed fide incerta*) *XIV 22. 25. XX 153* (**FdE**). *XXI 72* (**VRd**). *XXII 119.. XXVIII 177.* 15. 16 qua eadem plaſta **B**[1]. qua emplaſtra **B**[2]. 16 praeparantur **B**[2]**a**. | psoras **dah***v*. foraſ **B**. ysora **V**. isora **R**. *cfr. § 102.* 17 tuſam (tunsa **a**) urunt **Bd**[2]*in ras.***a***v*. ius aurunt **V**[1]**R**. ius hauriunt **V**[2]**h**. | & *ll.S.* ac **d**(?)*v. om.D.*

siccant. Nymphodorus lapidem ipsum quam gravissimum spississimumque urit pruna et exustum Chio vino restinguit tunditque, mox linteo cribrat atque in mortario terit, mox aqua pluvia macerat iterumque terit quod subsedit, donec cerussae simile fiat, nulla dentium offensa. eadem Iollae
105 ratio, sed quam purissimum eligit lapidem. (23) cadm*e*ae effectus siccare, persanare, sistere fluctiones, pterygia et sordes oculorum purgare, scabritiam extenuare et quid-
166 quid in plumbi effectu dicemus.

Et aes ipsum uritur ad omnia eadem, praeterque albugines oculorum et cicatrices, ulcera quoque oculorum cum lacte sanat; itaque Aegyptii collyrii id modo terunt in
106 coticulis. facit et vomitiones e melle sumptum. uritur autem Cyprium in fictilibus crudis cum sulpuris pari pondere, vaso*rum* circumlito spiramento, in caminis, donec vasa ipsa percoquantur. quidam et salem addunt, aliqui alumen pro sulpure, alii nihil, sed aceto tantum aspergunt. ustum teritur *in* mortario Thebaico, aqua pluvia lavatur iterumque adiecta largiore teritur et, dum considat, relin-

---

§ 105: Diosc. V 84. 87. eupor. I 33. 46. Celsus V 7. VI 6, 4—6. 20—22. 24. Scribon. 23. 24. 26—28 al. — § 106: Diosc. V 87.

---

1 numphodoruſ **B**. 2 ſpeiſſiſſimumq. **B**[1]. spissim- **VR**. ſiſſim- **B**[2]. spirsum umquam **a**. | pruna et **R**(?)*v*(*J*). -na eſt **B**[1] (dū *praem.* **B**[2]). -ne et **a**. -na **VdTh***S*. 4 pluuiae **B**[2]. *cfr. § 106.* | iterumque terit **Ba***v*. nigrumque sedit *r*. 5 caesurae **R**. | ſimile **BdT***S*. -lis *rv*. | nulla—17 aspergunt *om.* **a**. | iollę **B**[1]*B*. iolliae **R***v*. lo- **Vd**. ollę **B**[2]. 6 ratio **B***S*. actio *rv*. | elegit **VRd**. | cadmiae *ll.v.a.S*(*D*). 7 perſanare **B**(**R**?)*G*. san- **VdTh***v*. ulcera persanare *vet. Dal. cfr. Diosc. et XX 244. XXVIII 227. XXX 52. 114. 117.* | pterygia **d***v*. ter- **B**. teria *r*. 8 ſcabritiam **B***S*. -iem *v*. segnitiam **Vd**. -iem **R**. 8. 9 quicquid **B**[2]. quitquit **B**[1]. 10 et *om.* **B***S*. | praeterquae **B**[1]. -quam *v.a.G*. 12 itaque **B***S*. itemque **Vh**. atque **d**. idque **R**(?)*v*. | aegyptia **B**. | collyrii **B**[2]**h***v*. -yri (-iri **R**) *r S*. -yrio **d**. | id *om.* **d***v.a.S*. 15 uasorum *ego. cfr. Diosc.* uaso **VRa**. uaſe **BdTh***v*(*S*). *del.* *C*(*J*). (*an* dense?). 17 tantum **Bd***v*. -tum teritur *r*.
18 in *ego. om. ll.v. cfr. § 104 bis. 111. 168. XXXIII 93. 103. 104. XXXV 43. XXXVI 177; aliter XXXIII 123.* | pluuiae **B**[2]. *cfr. § 104.*

quitur, hoc saepius, donec ad speciem minii redeat. tunc siccatum in sole in aerea pyxide servatur.

**11.** (24) Et scoria aeris simili modo lavatur, minore 107
effectu quam ipsum aes. sed et aeris flos medicinae utilis est. fit aere fuso et in alias fornaces tralato; ibi flatu crebriore excutiuntur veluti mili*i* squamae, quas vocant florem; cadunt autem, cum panes aeris aqua refrigerantur, rubentque similiter squamae aeris, quam vocant lepida, et sic adulteratur flos, ut squama veneat pro eo. est autem squama aeris decussa vi clavis, in quos panes aerei feruminantur, in Cypri maxime officinis. omni*s* differentia haec est, quod squama excutitur ictu isdem panibus, flos cadit sponte. squamae est alterum genus suptilius, ex 108
summa scilicet lanugine decussum, quod vocant stomoma.

(25) Atque haec omnia medici — quod pace eorum dixisse liceat — ignorant. pare*n*t nominibus: in tantum a conficiendis medicaminibus absunt, quod esse proprium medicinae solebat. nunc quotiens incidere in libellos, com-

§ 107: Diosc. V 87. 88. eupor. I 41. (Isid. XVI 20, 13). 89. — § 108 init.: cfr. Celsus VI 6, 5.

1 minii **av**. -nimı **h**. -nime **VRd**. anni **B**. | redeant **B**. | tum **d**. 3 minore **R**(?) *G*. -or *rv*(*D*). *cfr. XXV 93.* 4 utilis **dav**. -le *r*. 5 acere **B**$^1$. aceto re **B**$^2$. | furnaceſ **B**. | flato **R**. 6 ueluti **Ba***J*. -ut **Rdv**. -ud **Vh**. | milii *v*. -li **a***S*. milli **B**$^1$. melli **B**$^2$. similli **V**. -ili **R**. 7 florem — 8 uocant *om.* **a***v.a.B*. 8 ſquamae (-ma **h**) aeriſ **Bh***S*. quam ex aeris *r*. ex eis fit *B*. 9 quama **R**. spuma *H*. | ueneat *v*. -neant **B**. -niat *r*. | pro — 10 aeris (haec *B*) **Ba***v*(*S*). *om. rH*. 10 decursa **R**. *de mendo cfr. XXXII 13.* | pane **R**. | aeret **VR**. 10. 11 feri minantur **B**$^2$. 11 cypriis *v.a.H.* | *dist. ego.* | omnis *ego.* -ia *ll.v.* *an* summa? *cfr. § 144. XXXI 90.* 12 hoc **B***J*. (*saltem* in hoc). | ictu **Ba***J*. -tus **VR**. -tibus **dh***v*. | isdem (iisd- *v*) **a***D*. idem *ll*. 14 languine **B**$^1$. 15 pavciſ **B**$^2$. 16 parent *U 751.* par& **B***S*. pars maior et *rv*(*J*). pars maior paret *D*. (*saltem* paret maior pars: *cfr. § 6. X 201. XVII 185. XVIII 120. 237. 58. XXV 7. XXX 99*). | nomina *v.a.G*(*H*).

17 medicaminibus **d**(?) *G*. *add.* iiſ (*ortum ex* uſ) **B**$^1$*D*. his *r*; *praem.* iis (his *C*) *v.a.G*(*S*). | apſunt **B**. 18 ſolebant **BV**$^1$. | incide in **B**$^1$. -derit **B**$^2$. | libellos commentariaque *U 751. cfr. p. 202, 2.*

ponere ex *i*is volentes aliqua, hoc est inpendio miserorum experiri commentaria, credunt Seplasiae omnia fraudibus corrumpenti. iam quidem facta emplastra et collyria mercantur, tabesque mercium aut fraus Seplasiae sic ex*cit*etur!

109 Et squama autem et flos uruntur in patinis fictilibus
106 aut aereis, dein lavantur ut supra ad eosdem usus; sq*uama* et amplius narium carnosa vitia, item sedis, et gravitates aurium per fistulam in eas flatu inpulsa et uvas oris farina admota tollit et tonsillas cum melle. fit ex candido aere squama longe Cypria inefficacior. nec non urina pueri prius macerant clavos panesque quidam excussuri squamam, teruntque et aqua pluvia lavant. dant et hydropicis eam drachmis II in mulsi hemina et inlinunt cum polline.

---

§ 109: Diosc. V 88. 89. eupor. I 64. 86. 85. 190. Scribon. 50. 51. 133.

---

1 iis *v.* iſ **B**$^1$. his *rC.* | miſerorum **Ba***v.* -eratum *r.* 2 experiri **a***v.* -ediri (-ini **R**) *ll.*(*U*)*D.* *de re cfr. XXIX 18, de mendo ib. § 15.* | *dist. v.a.D.* | commentariaque **B**. *transp. U 751. cfr. p. 201, 18. an* -taria praeceptaque? | seplassiae **a**. simplasiae (sem- *v*) **VdT***v.a.B.* -sia **R**. 3 corrumpenti iam **BT***H.* -pentiam **V**$^1$**R**. -tia **V**$^2$**d**. -ti *v.* -punt iam **a**. | quidem *om.* **R**. pridem *v.a.H*(*D*). | implastre **R**. 4 mergantur **B**. -rcant **R**. | dabesque **V**$^1$**R**. dape- **V**$^2$. | seplassiae **a**. semplasiae **VR***v.a.B.* 4. 5 sic excitetur *ego.* ſic cexatetur **B**$^1$. sicce taxetur *J.* ſicce ſane dur[&]. **B**$^2$. sic (*om.* **a**) exteritur **rdh***v.* sic adteritur *D.* sic uexat et ur[it] *U 751.* sic habetur *Müller emend. V 14.* 6 et *om.* **a**[**B**$^2$*U*]. 7 eosdemque **h**. | uſuuſ **B**$^1$*D.* us **VR**. | squama *ego.* que **VR**. *om. rv. de mendo cfr. v. 12. 13 et § 107. XXXVI 162.* 8 narium *ll.v*(*S*). ad na- *C.* | idem **R**. | ſedat **B**$^2$*D.* *sed cfr. Diosc.* 9 in aſ **B**$^1$. in aeſ **B**$^2$. | inpulsa **h***v.* -su **VR**. -so **d**. -ſum **Ba***D.* | ulcera oris *v.a.H.* 10 et ex **R**(?)*v.a.S.* | candida **B**$^1$. 10. 11 ęreſ quam alonge **B**$^1$. ęrea longe quam **B**$^2$. 12 excuſſuri **B**$^2$*J.* -ſſuriſ **B**$^1$. -ssum **d**. -ssu **Oh**. -ssus **a**. -ssas **V**. -ssam **R**(?)*v.* 12. 13 ſquamam **BR***v.* -ma **V**$^2$**dh**. quama **V**$^1$. quam **O**. qua **a**. 13 teruntque **BVd***S.* atterunt quae **O**. aterunt **R**. terunt **h***v.* macerant quam **a**. | aquam **B**$^1$. | pluuia **B**$^1$*v.* -iae **B**$^2$ (*cfr. § 104*). -iali *r.* 13. 14 hydropiſciſ **B**$^1$. 14 eam *om.* **Vdh***v.a.G.* | drachmis *om.* **VRdh**. | duabus *ll.v.*

(26) Aeruginis quoque magnus usus est. pluribus fit 110
ea modis. namque et lapidi, ex quo coquitur aes, deraditur, et aere candido perforato atque in cadis suspenso super acetum acre opturatumque operculo. multo probatior est, si hoc idem squamis fiat. quidam vasa ipsa candidi aeris fictilibus condunt in acetum raduntque decumo die. alii vinaceis contegunt totidemque post dies 111
radunt, alii delimatam aeris scobem aceto spargunt versantque spathis saepius die, donec absumatur. eandem scobem alii terere in mortariis aereis ex aceto malunt. ocissime vero contingit coronariorum recisamentis in acetum id additis. adulterant marmore trito maxime Rhodiam 112
aeruginem, alii pumice aut cummi. praecipue autem fallit atramento sutorio adulterata; cetera enim dente deprehenduntur stridentia in frendendo. experimentum in vatillo ferreo, nam quae sincera est, suum colorem retinet, quae mixta atramento, rubescit. deprehenditur et papyro galla prius macerato, nigrescit enim statim aerugine inlita. deprehenditur et visu maligne virens. sed sive sinceram 113
sive adulteram aptissimum est elui siccatamque in patina

§ 110: Vitruv. VII 12, 1. Th. de lap. 57. Isid. XVI 20, 14. — §§ 110—112: Diosc. V 91. (92). — § 113: Diosc. V 92 extr. — ib. med.

1 eſt **Ba***S*. sed *rv*. 2 quo *om.* **Va***v.a.C*. 4 aceto **B**. | acre **BRdTa***S*. aere **VO**. -reo **h***v*. | obturatis *C*. 4. 5 probatior est (ē/// **B**$^2$) ſi **B**$^2$*S*. -or eſti **B**$^1$. -ore si **dTa**. -ores **VR**. -ore quam si **h***v*. 6 aceto **h***v.a.S*. 6. 7 decimo **B**$^2$**VR** *v.a.S*. 7 totidem (**a**?)*v.a.G*. 8 ſcrobem **B**. 9 ſpathiiſ **B**. -tis **V**$^1$**d***v.a.C*. -ties **V**$^2$. spaciis **ah**. | abſumat **B**$^2$. 9. 10 eadem scobe (-bae **V**) **VR**. 11 ocissime — p. 204, 7 desinat *om.* **a**. 11 coronariorum **B**$^1$**RT***H*. cona- **Vd**. cv̄ ęra- **B**$^2$. coronarium (-rum *Dal.*) aeruginem *v*. 13 punice **V**. | gummi **B**$^2$**R***v.a.S*. 14 ſutolario **B**$^1$. ſub tal- **B**$^2$. 15 stridenda **R**. | in uatillo **Vd***S*. in bat- **Rh***v*. (*cfr. XXXIII 127*). ut in illo **B**. ut uratur in uatillo *Müller emend. V 15. sed cfr. § 163. XXXVI 147*. 16 *an* feruenti? | est **h***v*. sunt (*ortum ex* st) *ll.***dO***S*(*D*). *del. J*. | retinet (det- **O**) **hO***v*(*J*). -nent *ll.***d***S*(*D*).

17 mixtam **O**. | rubescunt **d**. | deprehendentur **B** (*item v. 18. 19*). 19. 20 sinceram siue *om.* **B**. 20 adulteram *ll.v*(*S*). -atam **d**(?)**h***G*. *cfr. XXXIII 114*. | elui **B***S*. eius **VR** **dTh***v*. *del. G*. | siccatam **dTh***v.a.S*.

nova uri ac versari, donec favilla fiat; postea teritur ac reconditur. aliqui in crudis fictilibus urunt, donec figlinum percoquatur. nonnulli et tus masculum admiscent.
106 lavatur autem aerugo sicut cadm*ea*. vis eius collyriis oculorum aptissima et delacrimationibus mordendo proficiens, sed ablui necessarium penicillis calidis, donec
114 rodere desinat. — (27) Hieracium vocatur collyrium, quod *ea* maxime constat. temperatur autem id hammoniaci unciis IIII, aeruginis Cypriae II, atramenti sutorii, quod chalcanthum vocant, totidem, misyos una, croci VI. haec omnia trita aceto Thasio colliguntur in pilulas, excellentis remedii contra initia glaucomatum et suffusionum, contra caligines aut scabritias et albugines et genarum vitia.
115 cruda autem aerugo volnerariis emplastris miscetur. oris etiam gingivarumque exulcerationes mirifice emendat et labrorum ulcera cum oleo. quod si et cera addatur, purgat et ad cicatricem perducit. aerugo et callum fistularum erodit vitiorumque circa sedem sive per se sive cum hammoniaco inlita vel collyrii modo in fistulas adacta. eadem cum resinae terebinthinae tertia parte subacta lepras tollit.

§ 114 init.: cfr. Celsus VI 6, 28. — §§ 114. 115: Diosc. V 92. cfr. eupor. I 183. 185. 207. Celsus V 7. 9. 18, 2. 19, 8. Scribon. 35. 205. 207 al.

1 ac **B***S*. ae **V**. & **R d h** *v*. 1. 2 aere conditur **V**. & rec- **R d** *v*. *a*. *S*. 2. 3 figulinum **V d O** *D*. 4 cadmia *ll*. *v*. *a*. *S* (*D*). | collyriis *om*. **R**. 6 si (*pro* s;) **R**. 7 designat **R**. 8 ea *ego*. (*cfr*. *XXXI 91*). ita *ll*. *v*. illa *vet*. *Dal*. (quo uita *Müller emend*. *V 16*). | id *om*. **a**. idem **V R d h** *v*. *a*. *G*. | hammoniacis **a**. muniaci **V R**. 9 quattuor *ll*. *v*. | duabus *ll*. *v*. | ſutori **B**[1]. -ici **V R d h**. 9. 10 chalcantum **R** *Ven*. calcanthum **V**. 10 misyos **T** *S*. -ons **R**. -os uero *C*. myſioſ **B**. -sions **V**. -sion **a**. -si uero *v*. | sex *ll*. *C*. 11 collinuntur **B**. *sed cfr*. *XVII 207*. 12 amitia **R**. uitia **h**. | claueomatum **V R**. 13 & *ll*. *S*. ac **d**(?)*v*(*J*). | generum **B**[1]. -ne um **B**[2]. 14 uulnerariiſ **B**[2] **R d** *v*. *a*. *S*. -ra iis (his **V**[2]) **V h**. ....ri **O**. | emplastri **O**. 16 labrorum **B** *J*. *cfr*. *nota ad XXIV 14*. -biorum **r** *v*. lauio .... **O**. | quo **B** *S*. *sed cfr*. *III 67; de mendo § 13. 49. 117. 127. 131. XXXV 81. 95 al*. | cęra **B**[2]. 20 resina et **V O**. -nae et **R d**. | therebinthinae **B**. terebentinae **V O**.

**12.** (28) Est et alterum genus aeruginis, quam vo- 116
cant scoleca, in Cyprio aere trito alumine et sale aut
nitro pari pondere cum aceto albo quam acerrimo. non
fit hoc nisi aestuosissimis diebus circa canis ortum. teritur
autem, donec viride fiat contrahatque se vermiculorum
specie, unde et nomen. quod viti*at*um ut emendetur, II
partes quam fuere aceti miscentur urina*e* pueri inpubis.
idem autem in medicamentis et santerna efficit, qua
diximus aurum feruminari. usus utriusque qui aeru- 33, 93
ginis. scolex fit et per se derasus aerario lapidi, de quo
nunc dicemus.

(29) Chalcitim vocant, ex quo et ipso aes coquitur. 117
distat a cadmea, quod illa super terram ex subdialibus
petris caeditur, haec ex obrutis, item quod chalcitis friat
se statim, mollis natura, ut videatur lanugo concreta. est
et alia distinctio, quod chalcitis tria genera continet, aeris
et misyos et soreos, de quibus singulis dicemus suis locis. 120 121
habet autem aeris venas oblongas. probatur mellei coloris, 118
gracili venarum discursu, friabilis nec lapidosa. putant et

---

§ **116**: Diosc. V 92 init. — § **117**: cfr. Plin. supra § 2. — §§ **117. 118**: Diosc. V 115. (cfr. Celsus V 7).

---

1 est *om.* **B**. 2 ſcoleca **Ba** *H*. -ciam *v*. coleca **O**. -eaca **VR**. | *an* in Cyprio mortario Cyprio aere? *cfr. Diosc. et XXXIII 93.* | trito **B** *S*. hic tr- **VdaOh**. hoc tr- *v*. intr- **R** (*an recte? cfr. Diosc. et XXX 77. 81. XXIV 7*). 3 acerrime **V**. 4 aeſtiuoſiſſimiſ **B** *D*. *cfr. II 126. XVI 137. XVII 187. XVIII 268. 295. 329. XXIII 104; de mendo XVII 139. XVIII 33. 83.* 5 putride **V**. 6 uitiatum *ego*. uitium *ll.v.* *locus nondum sanatus; cfr. Diosc. et U 753. Müller emend. V 16.* | duae *ll.v.* 7 quam *ll.v(J)*. quae **h** *C*. *cfr. XXXV 16.* | fiere **VR**. | *post* miscentur *lac. indicavit J cum Dal.* | urinae *Müller emend. V 16.* -na *ll.v.* 7. 8 pubis idem autem in *om.* **B**. 8 santernam **a**. -ter **B**. 9 ususque **d**(?)*v.a.S.*

10 ſcolex **B** *S*. -le **a**. -lea *r*. -lecia *v*. | derasa (rasa *v.a.G*) ab **h** *v.a.S.* | erano **R**. | lapi **R**. -ide **dh** *v.a.S.* 12 chalcitim **Ba** *v*(*S*). -tin **dh** *H*. calcitim **V**. -tio **R**. | uocant **B** *S*. -nt lapidem *rv*. | et (*del. H*) ipsum **dh** *v.a.S.* 13 ſubdialibuſ **B** *v*. subsid- *r*. 14 idem **Vdh**. | quo **h**. | fricat **a**. frangat **B**$^{2}$.

15 ſe **Bd** *v*. si *r*. sed **a**. 17 myſioſ **BV** *v.a.C.* | sorecis **R**. -rios (-ryos *C*) *v.a.S.* 19 friauilis **V**. fricabi- **Ra**. fragi- **B**$^{2}$.

recentem utiliorem esse, quoniam inveterata sori fiat. vis eius ad excrescentia in ulceribus, sanguinem sistere, gingivas, uvam, tonsillas farina compescere, volvae vitiis in vellere inponi. cum suco vero porri verendorum additur
119 emplastris. maceratur autem in fictili ex aceto, circumlito fimo diebus XL, et colorem croci trahit. tum admixto cadm*e*ae pari pondere medicamentum efficit psoricon dictum. quod si II partes chalcitidis tertia cadmeae temperentur, acrius hoc idem fiat; etiamnum vehementius, si aceto quam vino temperetur; tosta vero efficacior fit ad eadem omnia.

120 (30) Sori Aegyptium maxime laudatur, multum superato Cyprio Hispaniensique et Africo, quamquam oculorum curationi quidam utilius putent Cyprium; sed in quacumque natione optimum cui maximum virus olfactu, tritumque pinguiter nigrescens et spongiosum. stomacho res contraria in tantum, ut quibusdam olfactum modo vomitiones moveat. et Aegyptium quidem tale, alterius nationis contritum splendescit ut misy et est lapidosius. prodest autem et dentium dolori, si contineatur atque colluat, et

§ 119: Diosc. V 115 [116]. cfr. Celsus VI 6, 31. Scribon. 32. Marc. 8, 69. 125. Celsus V 9. — § 120: Diosc. V 118. (116). cfr. eupor. I 71. 73. 77.

1 ſori *ll.* **O** *v*(*D*). -ry *C.* | fiat **Bdh** *v.* -ant *r* **O**. 1. 2 *an* usus eius? 3 farinam **V**. 4 imponitur *v.a.S.* inponi—uero *om.* **VRh**. | porro **VRh**. 5 *an* ex aceto in fictili? | fictilibus **V²**. 6 tunc **VRh** *v.a.S.* *cfr.* *§ 106.* 7 cadmiae *ll.v.a.S*(*D*). 7. 8 soricon **VRh** *v.a.B.* 8 quod si II *om.* **a**. | duae **B** *v.* -as *r.* | tertiae **Rh**. 9 fiet **Rdh** *v.a.S.* | etiamnum **BdT** *v.* -nunc *r.* 10 ſi aceto **BdTa** *G.* factu *r.* -tum **h**. -tum si aceto *v.* | *an* si uino? | temperetur (-tus **R**) *ll.S.* -rentur **dTh** *v.* | tota **V²**. poſtea **B**. 12 psori **a**. sory **R**(?) *C.* *cfr. v. 1.* 13 cyprium **Vh**. principum **R**. | que *om.v.a.S.* 14 puterit **R**. -tant *v.a.S.* 15 uirus in *G.* | olfactum **B¹h**. | tritumque —17 olfactum *om.* **VRh**. 15 trituque **a** *v.a.S.* 17 olfactū **B** *S.* -tu **da** *v.* 18 talem **B¹**. -le est *man. Dal.* *an recte?* | nationiſ **Bh** *v.* -ne *r.* 19 ut **B** *H.* at **h**. et *rv.* | misi **R**. | e teste **R**. este **V**. est *v.a.H.* 20 ſi **Ba** *v.* *om. r.* | colluatur **h** *v.a.G.*

ulceribus oris gravibus quaeque serp*a*nt. uritur carbonibus ut chalcitis.

(31) Misy aliqui tradiderunt fieri exusto lapide in 121
scrobibus, flore eius luteo miscente se ligni pineae favillae. re vera autem e supra dicto fit lapide, concretum natura discretumque vi, optimum in Cypriorum officinis, cuius notae sunt friati aureae scintillae et, cum teratur, harenosa natura sine terra, chalcitidi similis. hoc admiscent qui aurum purgant. utilitas eius infusi cum rosaceo auribus purulentis et in lana inpositi capitis ulceribus. extenuat et scabritias oculorum inveteratas, praecipue utile
tonsillis contraque anginas et suppurata. ratio ut XVI 122
drachmae in hemina aceti coquantur addito melle, donec lentescat. sic ad supra dicta utile est. quotiens opus sit molliri vim eius, mel adspergitur. erodit et callum fistularum ex aceto foventium et collyriis additur, sistit et sanguinem ulceraque quae serpant quaeve putrescant, absumit et excrescentes carnes. peculiariter virilitatis vitiis utile et feminarum profluvium sistit.

(32) Graeci cognationem aeris nomine fecerunt et 123
atramento sutorio; appellant enim chalcanthon. nec ullius

§ 121: Diosc. V 116. Pl. iun. 14, 1. — § 122: Marc. 8, 199. Diosc. eupor. I 189. 196. — § 123: Diosc. V 114. Isid. XVI 2, 9.

1 oris **Ba***v*. *om.* **r***S*. | serpant *ego*. -punt *ll.v.* (*cfr. § 122*). | uritur *om.* **Rh**. ur **V**. 1. 2 carnibus **VR**. *de mendo cfr. XXXI 111*. 2 ut **Ba***v*. at **Vh**. ac *r*. | calchitis **VRh**. 4 sororibus **V**$^1$. sori- **V**$^2$**R**. | miscentesque (*om.* se) **R**. 5 e **Bdh***v*. et *r*. 6 ui **B***S*. ut *r*. et *v*. | optimum in cypriorum *om.* **B**. | *an* cypri (*cfr. § 103. 107*), *ut causa omittendi appareat?* | officialiſ **B**. 7 friati **a***v*. -atri **B**. -at **V**. fiati **R**. | auritae **B**. laureae **V**(**a**?). 8 ſine (ſin **B**$^1$*J*) *ll.* siue **h***v*(*D*). *cfr. § 171. 118*. | terrae **a**. terrea *Lugd.*(*D*). torreatur *J non apte coll. Diosc. et § 119*. | chalcidi **B**. -citidis **R**. | simis **R**. 10 & in lana **Ba***G*. et lana **VdTh***v*. *om.* **R**. *cfr. notae ad XXVIII 73 et 248*. 12 anguinas **VRh**. | ſupporata **B**. 13 emina **a**. heminam (hae- **V**) **VRd**. 15 mollirium eius **VR**. | erodit —21 enim *om.* **a**. 16 fuentium **B**$^1$. flue- **B**$^2$. (*cfr. § 103 et XXXII 121*). | collyriſ **B**$^1$. | additum **B**. -tus **h**. 17. 18 apſumit **B**. 18 excreſcentiſ **B***S*. | uitii **B**. 19 profluui **B**$^1$.
21 chalcanton (cal- **V**) **VR**. -thum **d***v*.*a*.*S*.

aeque mira natura est. fit in Hispaniae puteis stagnisve
id genus aquae habentibus. decoquitur ea admixta dulci
pari mensura et in piscinas ligneas funditur. immobili*bu*s
super has transtris dependent restes lapillis extentae, qui-
bus adhaerescens limus vitreis acinis imaginem quandam
uvae reddit. exemptum ita siccatur diebus xxx. color
est caeruleus perquam spectabili nitore, vitrumque esse
124 creditur; diluendo fit atramentum tinguendis coriis. fit
et pluribus modis: genere terrae eo in scrobes cavato,
quorum e lateribus destillantes hiberno gelu stirias sta-
lagmian vocant, neque est purius aliud. sed ex eo, candi-
125 dum colorem sentiente viola, lonchoton appellant. fit et
in saxorum catinis pluvia aqua conrivato limo gelante;
fit et salis modo flagrantissimo sole admissas dulces aquas
cogente. ideo quidam duplici differentia fossile aut facti-
cium appellant, hoc pallidius et quantum colore, tantum
126 bonitate deterius. probant maxime Cyprium in medicinae
usu. sumitur ad pellenda ventris animalia drachmae pon-
dere cum melle. purgat et caput dilutum ac naribus in-
stillatum, item stomachum cum melle aut aqua mulsa
sumptum. medetur et oculorum scabritiae dolorique et
caligini et oris ulceribus. sistit et sanguinem narium,
item haemorroidum. extrahit ossa fracta cum semine

---

§§ 124. 125: Isid. XVI 2, 9. 10. Diosc. V 114. cfr. Plin. XXXI 81. — § 126: Diosc. V 114. Marc. 8, 20. 25. Diosc.

---

1 aq, mira **B**. equa **a**. | stagneisue **VR**. 2 habentis **R**. 3 merura **B**¹. | immobilibus *v*. -lis *ll.D*. 4 has transtiris **V**. haſ trāſtiſ **B**¹. abſtractiſ **B**². *om*. **a**. | dependens **Vd**. 7 expectabili **VR**. | nitrumque **VR**. (utr- *Dal. errore*). -rum **a**. 9 e (*pro* et) **B**. | scrobeſ **Ba***G*. -be (-ue **V**¹) *rv*. 10 deſtillanteſ **B***H*. dist- *rv*. | ſuriaſ **B**². 11 & ſpuriuſ **B**. | aliuſ **B**¹. | ſed **B***v*. si (*pro* s;) *r*. 12 ſentiente **B***S*. -ntem *rv*. | uiolam *v.a.S*. | lonchoton **Bh***H e Diosc*. -coton **VRdT**. longothon **a**. leucoion *B*. -canthon *v*. 13 conriuato *S*. corr- **Bd***v*(*D*). contr- *r*. 15 differentie **R**. 18 usū **VRh**. | pellenda **B***S*. *cfr. XXVI 54*. dep- *rv*(*D*). 18. 19 drachme pendere **B**. 21 ſcabritie **B**²**RdT**. -tiei **h***v.a.S*. | dolirimque **B**¹. -rique **B**². doloriue **dT***H*. -ri **R**. | nec (*pro* et) **V**. ne// **R**. 23 haemoroidum **B**. heromoi- **V**. 23 *et* p. 209, 1 ſemine

hyoscyami, suspendit epiphoras penicillo fronti inpositum,
efficax et in emplastris ad purganda volnera et excrescen-
tia ulcerum. tollit et uvas, vel si decocto tangantur, cum 127
lini quoque semine superponitur emplastris ad dolores
tollendos. quod ex eo candicat, in uno usu praefertur
violaceis, ut gravitati aurium per fistulas inspiretur. vol-
nera per se inlitum sanat, sed tinguit cicatrices. nuper
inventum ursorum in harena et leonum ora spargere
illo, tantaque est vis in adstringendo, ut non queant
mordere.
**13.** (33) Etiamnum in aerariis reperiuntur quae vo- 128
cant pompholygem et spodon. differentia, quod pompho-
lyx lotura separatur, spodos inlota est. aliqui quod sit
candidum levissimumque pompholygem dixere et esse aeris
*ac* cadm*e*ae favillam, spodon nigriorem esse ponderosiorem-
que, derasam parietibus fornacium, mixtis scintillis, ali-
quando et carbonibus. haec aceto accepto odorem aeris 129
praestat et, si tangatur lingua, saporem horridum. con-

---

eupor. I 79. 166. 189. — § 127 extr.: Isid. XVI 2, 10. — §§ 128. 129: Diosc. V 85. — Scribon. 26. 49. 220.

---

hyphoraſ hyoſcyami **B**. 2 uulnera **B²av**. ulcera *rH*. 3 et uas **VR**. | cum—10 mordere *om*. **a**. 5 quod **BdTh***D*. quo *r*. quodque *v*. | in uno **BdT***S*. uno *r*. in eo *v*. | usu *om*. **R**. 6 ut **B***S*. et *rv*. si **dT***H*. | grauitate **VR**. | per fistulas inspiretur *om*. **B**. | inspiratur *v.a.H*. 6. 7 uulnera etiam **dh** *v.a.S*. *an* etiam uolnera, *ut in* **B** *omittendi causa appareat?* 7 tinguit **BT***v*(*S*). -git *rH*. stringit *C*. | nuperque **dh** *v.a.S*. 8 suorum **R**. (uersorum *Dal. errore*). | ſpargere **Bd Ta***S*. aspar- **R**. asper- **Vh***v*. inspa- *G*. 9 illo tantaque **dh***v*. -toque **VRa**. illaq. tanta **B**. | in **B***v*. *om*. *r*. | adstringendi **h**. 11 etiamnunc **VRf***v.a.G*. 12 pompolicem **a**. -pygem **VR**. | spodion **h***v* (*item infra*). ſpondon **Ba**. 12. 13 pompholux **Vd**. -polyx **B**. -polix **a**. 13 latura se **a**. | ſeparatur **Ba***S*. par- *v*. asper- **h**. splur- (-tus **V²R**) *r*. | id quod **Rd**(?)*v.a.S*. | fit **V¹R**. 14 pomphylocem **V**. -hilocem **R**. | esse *om*. **R**. 15 ac *J e coni*. *S*. ad **Ba**. a *r*. & **dh***v*. | spondon **VRda**. 15. 16 esse ponderosiorem *om*. **VRh**. 16 dē rasa **R**. | scintillis *Il.v*. *an* lapillis (*vel* cinere, pilis)? *cfr. Diosc*. 17 accepto *om*. **VdTh**. *cfr*. *XXIX 38. 56. XXXV 194*. 18 tangantur **B**.

venit oculorum medicamentis, quibuscumque vitiis occurrens, et ad omnia quae spodos. hoc solum distat, quod huius elutior vis est. additur et in emplastra, quibus lenis refrigeratio quaeritur et siccatio. utilior ad omnia quae vino lota est.

130 (34) Spodos Cypria optima. fit autem liquescentibus cadm*e*a et aerario lapide. levissimum hoc est flaturae totius evolatque e fornacibus et tectis adhaerescit, a fuligine distans candore. quod minus candidum ex ea, inmaturae fornacis argumentum est; hoc quidam pompholygem vocant. quod vero rubicundius ex iis invenitur, acriorem vim habet et exulcerat adeo, ut, cum lavatur,
131 si attigit oculos, excaecet. est et mellei coloris spodos, in qua plurimum aeris intellegitur. sed quodcumque genus lavando fit utilius; purgatur ante pinna, dein crassiore lotura digitis scabritiae excernuntur. e*xim*ia vis est eius, quae vino lavatur. est aliqua et in genere vini differentia. leni enim lota collyriis oculorum minus utilis putatur, eademque efficacior ulceribus, quae manent, vel oris, quae madeant, et omnibus medicamentis, quae parentur
132 contra gangraenas. fit et in argenti fornacibus spodos,

§ 131: cfr. Diosc. V 85. eupor. I 32. 33. 48. Celsus V 7.

1. 2 occurrenſ **Bd***v*. -ent **a**. -erit **Th**. -erent *r*. 2 spondos **VR**. spodium **a**. -ios *C*. -ion *v*. 3 in *om.* **B**$^1$. 4 ſiccario **B**$^1$. 5 luta **V**$^1$**R**. 6 spondos **VR** (*semper*). spodium **a**. -ios *v.a.G.* | liquieſcentibuſ **B**. 7. 8 efflatur et ocius **RdT** *v.a.S.* 8 e **Bdh***v*. et *r*. 9 eo **d**(?)*H*. 9. 10 inmature efornaciſ **B**$^1$. 10 quidem **Va**. 11 his **V**. hiiſ **B**$^2$. 12 & **B***S*. *om.* *rv*. 13 si attigit *om.* **R**. | attingat **h***v.a.S.* | spondos **VR**. spodium **a**. -ios *v.a.G.* 14 aqua **B**$^1$*Ven.* | quocumque **Ra**. 15 pinna **B**$^1$**Va***v*(*S*). penna *rH*. | craſſiore **BR***v*. -ior **Vdh**. crossiora **a**. *an* crebriore? 16 *dist. ego. cfr. Diosc.* | scabritiem *v.a.S.* ſcabritiſ ſcabritiae **B**. *de mendo cfr. § 96.* | excernit *C*. exterunt *v.a.S.* | eximia *ego e Diosc. cfr. § 129.* & media **B***S*. media *rv*(*D*). 17 que **B**. | aliqua & **Ba***G*. et (ut **V**) aliqua *rv*. 18 leui enim **h**. liniem **V**. | minus utilis *ll.S.* minus apta *H*. nimium uigiliis fatigatorum apta **h***v*. 19 man& **B**$^1$. -nant **adh***v.a.S.* 20 quē **R**. | madent **h***v.a.S.* aderant **R**. maneant **a**. | parent ut **R**. -nt ui **V**. -rantur **d**(?)*v.a.S.* 21 cancraenaſ **B**$^2$.

quam vocant Lauriotim. utilissima autem oculis adfirmatur quae fiat in aurariis, nec in alia parte magis est vitae ingenia mirari. quippe ne quaerenda essent metalla, vilissimis rebus utilitates easdem excogitavit.

(35) Antispodon vocant cinerem fici arboris vel capri- 133
fici vel myrti foliorum cum tenerrimis ramorum partibus vel oleastri vel oleae vel cotonei mali vel lentisci, item ex moris inmaturis, id est candidis, in sole arefactis vel e buxi coma aut pseudocypiri aut rubi aut terebinthi vel oenanthes. taurini quoque glutinis aut linteorum cinerem similiter pollere inventum est. uruntur omnia ea crudo fictili in fornacibus, donec figlina percoquantur.

(36) In aerariis officinis et smegma fit iam liquato 134
aere ac percocto additis etiamnum carbonibus paulatimque accensis, ac repente vehementiore flatu exspuitur aeris palea quaedam. solum, quo excipiatur, stratum esse debet mari*lla*.

(37) Ab ea discernitur quam in isdem officinis di- 135
phrygem vocant Graeci ab eo, quod bis torreatur. cuius origo triplex. fieri enim traditur ex lapide pyrite cremato in caminis, donec excoquatur in rubricam. fit et in Cypro ex luto cuiusdam specus arefacto prius, mox paulatim circumdatis sarmentis. tertio fit modo in fornacibus aeris

---

§ 133: Diosc. V 86. — §§ 135. 136: Diosc. V 119.

---

1 lauriotin **dh***v.a.S.* -othim **a.** -oñ **R.** taulariotim **B.** 4 utiliſſimiſ **BVdh.** 5 antispodion **h***v.a.G.* | arboriſ **Ba***v.* *om.* *r.* 7 oleaſtry **B.** -ris **a.** oleas **VR.** | uel oleae **Ba***S.* *om.* *rv.* | cotonei **dT***H.* -naei **B.** -ni **Ra.** ceotoni **V.** citonii **h.** cydo- *G.* cyto- *v.* 9 pseudocypiri (**a**?)*S.* -cupiri $B^1$. -cii piri $B^2$. -cypri **dT.** -peri **h***v.* -cipri *r.* 10 oenanthis **V***v.a.C.* 11 ea **Bad***v.* a *r.* 12 figvlina $B^2$*D.* *cfr. § 113.* | percoquatur **VR.** -uetur **a.** 13 ſmeg//na $B^2$. psegma *B e Diosc. V 88.* 14 etiamnunc **R.** 15 flatuque *G.* | expuritur **VR.** 16 ſteatum $B^1$. statum **R.** -tim $B^2$. 17 marilla $J^2$. -rila *S cum* $J^1$(*D*). -ili **B.** maxili *r.* -illa *v.a.B.* Facile *B* (*ad seqq. referens*). 18 quam **h***G.* qua **B.** aqua *rv.* *cfr. § 131.* | hisdem **V.** 18. 19 difrygem **B.** -phryga *v.a.G.* 21 rubrica **VRa.** | in *om.* **R.** | cypro **Bah***v.* -rio *r.* 22 ulto $B^1$. alto $B^2$. | pecuſ $B^1$. spectus **VR.** | prio **V.** 23 aere **R.**

faece subsidente. differentia est, quod aes ipsum in catinos defluit, scoria extra fornaces, flos supernatat,
136 diphryges remanent. quidam tradunt in fornacibus globos lapidis, qui coquatur, feruminari, circa hunc aes fervere, ipsum vero non percoqui nisi tralatum in alias fornaces, et esse nodum quendam materiae; id, quod ex cocto supersit, diphryga vocari. ratio eius in medicina similis praedictis: siccare et excrescentia consumere ac repurgare. probatur lingua, ut eam siccet tactu statim saporemque aeris reddat.

137 (38) Unum etiamnum aeris miraculum non omittemus. Servilia familia inlustris in fastis trientem aereum pascit auro, argento, consumentem utrumque. origo atque natura eius incomperta mihi est. verba ipsa de ea re Messallae senis ponam: Serviliorum familia habet trientem sacrum, cui summa cum cura magnificentiaque sacra quotannis faciunt. quem ferunt alias crevisse, alias decrevisse videri et ex eo aut honorem aut deminutionem familiae significare.

138 **14.** (39) Proxime indicari debent metalla ferri.

---

§ 136 extr.: Diosc. eupor. I 189. 183. 79. 125 al. Celsus V 7. 8. — § 137: Messalla de famil. Rom. (Peter hist. Rom. fragm. p. 266).

---

1 differentiae **dT***H*. | eſt quod *ll.S.* siquidem **dT**. est (si *H*) quidem quod *v*. 2 catinoſ **B***S*. -tino (-tmo **V**) *rv*. *cfr. XXXIII 88.* | ſcorea **B**. 3 remanent *ll.***da**. -et **h***v*. | quidamq, radunt **B**. 4 coquantur **Rdh***v.a.S.* | feruminari *S.* ferrum mi- **B²V**. ferrumi- *rv*(*D*). | est (*pro* aes) **VR**. 5 tralatum *J*. -to **B¹**. translatum **dh***v*. -to *r*. 6 nudum **VRdh**. (*an* nucleum, *ut § 144?*). | quendam **Ba***v*. qued- **Rh**. quaed- **V**. 7 cocto *om.* **R**. | diphryga **BVdh***v*(*J²*). -ges **R**(?)*G*. -gem *S cum J¹ coll. § 135.* | uocari **BRa***G*. -ant **Vd***v*. 8 consumare **R**. | ac **Ba***S*. et **h***v*. *om. r*. 9 repurgare **B***S*. -ugnare **a**. ppurgare *rv*. | aut **BR**. | tactus **VRa**. 11 etiamnunc **R**. 13 consument eum **V¹**. -te **V²da**. 15 messallae (meſa- **B¹**) *v*. -alae **B²h***C*. -alis *r*. mesale **a**. *cfr. § 22.* 17 quodanniſ **B¹V¹***D*. 19 deminutione **V**. diminutionem **B²ah***v.a.Brot.* 19. 20 significare *coni. S.* -r& **B**. -ri *rv*. 21 metalli **R**. | *dist. CFWMüller p. 17.*

optumo pessimoque vitae instrumento *est*, siquidem hoc tellurem scindimus, arbores serimus, arbusta tondemus, vites squalore deciso annis omnibus cogimus iuvenescere, hoc exstruimus tecta, caedimus saxa, omnesque ad alios usus ferro utimur, sed eodem ad bella, caedes, latrocinia, non comminus solum, sed etiam missili volucrique, nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc vero pinnato, quam sceleratissimam humani ingenii fraudem arbitror, siquidem, ut ocius mors perveniret ad hominem, alitem illam fecimus pinnasque ferro dedimus. quam ob rem culpa eius 139
non naturae fiat accepta. aliquot experimentis probatum est posse innocens esse ferrum. in foedere, quod expulsis regibus populo Romano dedit Porsina, nominatim comprehensum invenimus, ne ferro nisi in agri cultu uteretur. et tum stilo *osseo* scribere institutum vetustissimi auctores prodiderunt. Magni Pompei in tertio consulatu extat edictum in tumultu necis Clodianae prohibentis ullum telum esse in urbe. (40) et *ars anti*- 140
qua ipsa non defuit honorem mitiorem habere ferro quoque. Aristonidas artifex, cum exprimere vellet Athamantis furorem Learcho filio praecipitato residentem paenitentia,

---

§ 139 extr.: Isid. VI 9, 2. — § 140: cfr. Plin. XXXV 146.

---

1 est *ego*. *om. ll.v. cfr. § 135.* (*an* est, hoc quidem? *cfr. Ludewig stud. philol. Prag. III p. 45 nr. 3*). 2 arboreſ ſerimuſ **B***S*. serimus **da***v*. *om.* *r.* | tondemuſ **B***S*. pone- **Vda**. pomeria nemus **h**. ponemus (-nimus *v*) pomaria **R**(?) *v*. 4 omniſque **B***S*. | aliaſ **B**$^1$. 5 caedis **R**. 7 excuso **VR**. | pennato **B**$^2$*v.a.S*. pinnae **a**. 10 pennaſque **B**$^2$*v.a.S*. | dedicimus **V**$^1$. didic- **R**. *de mendo cfr. XVI 1.* | culta **VR**. 11 aliquod **B**$^1$*D*. 13 porſina **B**$^1$*S*. -sena **dh***G*. -senna (pers- **V**) **ra***v*(*H*). *cfr. § 29.* 14 in *om.* **B**$^1$. | cultura **d**(?)*v.a.S*. 15 tum *ll.S.* cum **dTh***v*(*Brot.*). *del. C.* | osseo *inserui ex Isid. cfr. U* (*Quellenregister p. 11*). *om. ll.v.* | inſtitutū **B***D*. intutum (-utu **Rh**) *r***dah***S*. -utum ut *v*(*H*). -utum est ut *C*. 17 coſ. **B**$^1$. conſ. **B**$^2$. (*cfr. XIX 24*). | edicto **B**. | glodianae **R**. 18. 19 et ars antiqua *ego*. & tamen uiquea (-que **B**$^2$) **B**. & tamen uita *rv*. (*saltem* etiam uita). 19 deſinit **h**. 20 artifices **VR**. | athamantiſ **Bh***v*. athamnis **d**. ada- *r*. 21 et residentis **d**$^2$ *in ras.* **h***v.a.G*. | poenitentiamque (*G*. -iam *v*) *v.a.H*.

aes ferrumque miscuit, ut robigine eius per nitorem aeris relucente exprimeretur verecundiae rubor. hoc signum
141 exstat hodie Rhodi. est in eadem urbe et ferreus Hercules, quem fecit Alcon laborum dei patientia inductus. videmus et Romae scyphos e ferro dicatos in templo Martis Ultoris. obstitit eadem naturae benignitas exigentis ab ferro ipso poenas robigine eademque providentia nihil in rebus mortalius facientis quam quod esset infestissimum mortalitati.

142 (41) Ferri metalla ubique propemodum reperiuntur, quippe etiam insula Italiae Ilva gignente, minimaque difficultate adgnoscuntur colore ipso terrae manifesto. ratio eadem excoquendis venis; in Cappadocia tantum quaestio est, aquae an terrae fiat acceptum, quoniam perfusa Ce*raso* fluvio terra neque aliter ferrum e fornacibus reddit.
143 differentia ferri numerosa. prima in genere terrae caelive: aliae molle tantum plumboque vicinum subministrant, aliae fragile et aerosum rotarumque usibus et clavis maxime fugiendum, cui prior ratio convenit; aliud brevitate sola placet clavisque caligariis, aliud robiginem celerius sentit.

---

§ 141: (cfr. Athenaeus XI 35 p. 469[a]. Ovid. met. XIII 683). — cfr. Isid. XVI 21, 4. — § 142: Isid. XVI 21, 2. Serv. ad Verg. Aen. X 174. — (cfr. Aristot. mir. ausc. 48). — § 143: Isid. XVI 21, 3. — Verg. Aen. VIII 420. Varro ap. Serv. ad

---

1 res **VR**. | robigine *S*. rub- **dh***v*. robiginem **B**$^{1}$**V**$^{1}$. rvb- *r*. 2 relucente **dh**(?)*v*. -tem *ll*. | exprimetur **VR**. 3 exta **R**. | hodie rhodi **B***S*. -ierno die *rv* (*add*. Thebis *H*). Thebis hodie *C cum B*. 6 natura **B**. | exientiſ **B**$^{1}$. 7 ab **Ba***S*. a *rv*. | poene **R**. 8 mortaliuſ **B***C*(*S*). -ibus *rv*(*Dal*.). | facientis **h***man.Dal.S*. -tem **V**. -te *rv*. | quam *om*. **h**. | eſſet **Bd** **Th***S*. esse **Va**. *om*. **R**(?)*v*. 10 mella **B**$^{1}$. | propemodo **VR**. 11 ilua **B**$^{1}$*v*. silua **a**. illa *r*. 12 adgnoſcuntur **B**$^{1}$*D*. agn- *rS*. cogn- *v*. | manifeſto **B***v*. -ta *rS*. | sed ratio *v.a.S*. 13 excoquendiſ **Bda***v*(*D*). *cfr. § 166 extr. 146*. -di *r***h***J coll. XI 231*. 14 aquae **B***v*. -ua *r*. | terrae **B***v*. -rra *r*. | fiat *om*. **R**. 14. 15 Ceraso *U 755*. certo *ll.v.a.D*. 15 et **VR**. 16 innumerosa **VRh**. | genera **VR**. 16. 17 caeliuae **B**. 17 uicinius **h***v.a.S*. 20 galligaris **VRd**. | rubiginem **V**$^{2}$**Rdh***v.a.S*. ab origine **B**. *de mendo cfr. § 149*. | ſeſntit **B**$^{1}$. ſe ſentit **B**$^{2}$. (a robigine . . senescit *coni*. *J*).

stricturae vocantur hae omnes, quod non in aliis metallis, a stringenda acie vocabulo inposito. et fornacium magna 144 differentia est, nucleusque quidam ferri excoquitur in iis ad indurandam aciem, alioque modo ad densandas incudes malleorumve rostra. summa autem differentia in aqua, cui subinde candens inmergitur. haec alibi atque alibi utilior nobilitavit loca gloria ferri, sicuti Bilbilim in Hispania et Turiassonem, Comum in Italia, cum ferraria metalla in iis locis non sint. ex omnibus autem generi- 145 bus palma Serico ferro est; Seres hoc cum vestibus suis pellibusque mittunt; secunda Parthico. neque alia genera ferri ex mera acie temperantur, ceteris enim admiscetur mollior complexus. in nostro orbe aliubi vena bonitatem hanc praestat, ut in Noricis, aliubi factura, ut Sulmone, aqua ubi diximus, quippe cum exacuendo oleariae cotes 144 aquariaeque differant et oleo delicatior fiat acies. mirum- 146 que, cum excoquatur vena, aquae modo liquari ferrum, postea in spongeas frangi. tenuiora ferramenta oleo restingui mos est, ne aqua in fragilitatem durentur. a ferro sanguis humanus se ulciscitur, contactum namque eo celerius robiginem trahit.

---

Aen. X 174. Nonius p. 21, 10 M. cfr. Lucil. fragm. III 29 (Müller). — § 144: Isid. XVI 21, 3. — §§ 145. 146: Isid. XVI 21, 2. 4.

---

1 haec **B¹VR**. eae *v.a.H.* 2 a **B²ah***Isid.v.* ad *r.* | maxima **R**(?)**h***v.a.S.* 3 quidam **BT***S.* -dem *rv*(*H*). equidem *G.* | iiſ *ll.S.* his **dh***H.* *om. hoc loco v.* 4 alioque **Ba** *G*(*S*). -iquem **VR**. -que **T**. -quae *v*(*H*). 5 malliorumue **B**. 6 alibe **B¹**. aqua alibi *v.a.G.* | aquae **V**. aqua **d**. *om. Ven.* | alibe **B¹**. *om. Ven.* 7 bilbilim **B***S.* -in *v.* birbilium *r.* 8 tyri iasonem **a**. turiasso **VRdh**. 9 iiſ **B***v*(*S*). his *rC.* | ſunt **R**. fiant **h**. 9. 10 generalibus **R**. 10 prima **B**. *sed cfr. § 95 et Isid.* | ſenco **B¹**. 12 ex mera **B***B ex Isid.* ex mira *r.* ex nimia **a**. eximia *v.* | acie **Bda***v.* atia (acie **V²**) aeta (& a **R**) *r.* *an* acie ita? 13 in **Ba***v.* *om.r.* | aliube **B¹**. -ibi **B²**. (*item deinceps*). 14 *dist. S cum J.* 15 uti *v.a.S.* | cum in **Rdh***v.a.S.* | quippe—16 acies *fortasse pertinent post* durentur (*v. 19*). *cfr. etiam Isid.* 15 oleare **VRd**. -res **h***v.a.S.* | coteſ **Bh***v.* coctaes *r.* *om.* **a**. 17 uene **R**. 18 ſpongiaſ **B²Vd** *v.a.S.* 20 contactum **dah***Isid.v.* -tectum **B**. -tractum **VR²**. -trac **R¹**. 20. 21 celeriuſ **B***Isid.S.* -ius subinde *r***dah***v*(*D*).

147 (42) De magnete lapide suo loco dicemus concordia-
36,126 sqq. que, quam cum ferro habet. sola haec materia virus ab eo lapide accipit retinetque longo tempore, aliud adprehendens ferrum, ut anulorum catena spectetur interdum. quod volgus imperitum appellat ferrum vivum,
148 vulneraque talia asperiora fiunt. hic lapis et in Cantabria nascitur, non ut ille magnes verus caute continua, sed sparsa bulbatione — ita appellant —, nescio an vitro fundendo perinde utilis, nondum enim expertus est quisquam; ferrum utique inficit eadem vi. — Magnete lapide architectus Timochares Alexandriae Arsinoes templum concamarare incohaverat, ut in eo simulacrum e ferro pendere in aëre videretur. intercessit ipsius mors et Ptole-
149 maei regis, qui id sorori suae iusserat fieri. — (43) Metallorum omnium vena ferri largissima est Cantabriae. maritima parte, qua oceanus adluit, mons praealtus — incredibile dictu — totus ex ea materia est, ut in am-
4,112 (?) bitu oceani diximus.

**15.** Ferrum accensum igni, nisi duretur ictibus, corrumpitur. rubens non est habile tundendo neque ante-

---

§ 147: Isid. XVI 21, 4. 4, 1. Lucret. VI 911. — § 148 med.: Isid. XVI 21, 4. — § 149 med.: Isid. XVI 21, 4.

---

2 uirus *ll.* **Tav**(*S*). *cfr.* *§ 120. 160. 177.* -res **d́**(?)**h***B*. uim *Isid.* *cfr.* *v. 10. XXXVI 128.* 3 aliud **Ba***v*. aut *r*. 4 acolorum **VR**. 6 tali **d***v.a.S.* | hic *om.* **VRdh**. 6. 7 cantabri **B**. 7 ut **B***S*. *om. rv.* 8 bulbatione **B**. bull- *rH cum B.* bubb- *v.* | appellantes scio **VRa**. | uitro *B. cfr. XXXVI 192.* ultro (-ra **a**) *ll.* **dah***v*. 9. 10 quicquam **VRh**. 10 ferri *v.a.H.* | aciem *v.a.H.* | ui **BT***H cum Gron.* ut *rv.* | magnetē **B**$^2$. | lapidē **B**$^2$. -deſ **B**$^1$. 11 artitectus **R**. | timochareſ **B***S*. -ohares (tym- **dT**) *r***dT**. -ocrates **ah**. Dinochares *H*. -ocrates *G*. chirocr- *v*. (*cfr. V 62. VII 125*). | alexandreae **V**. -dri **d**. 12 incohauerat *ego.* incola- **B**. inchoa- *rv.* *cfr. XIV 61. XXXVI 75. 122.* | eo **BR***Isid.v.* ea *r.* 13 in aere **h***Isid.v.* aere **VRda***S*. *om.* **B**. *cfr. X 111. XXXI 31. 30. XIV 12. XXXVI 118.* 13. 14 tolemaei **B**$^1$. -mei **B**$^2$. tholomei **R**. tphol- **V**. 14 regis *om.* **h***v.a.S.* | sororis uitie iussit **R**. 15 *dist. ego.* | canthabriae **B**. 16 maritimae *SJ* (*errore*). | quam **dh***v.a.S.* | alluut **R**. | praerupte altus **h***v.a.S.* 17 materie **dh***v.a.S.* 20 estabile **V**.

quam albescere incipiat. aceto aut alumine inlitum fit
aeri simile. a robigine vindicatur cerussa et gypso et 150
liquida pice. haec est ferro a Graecis antipathia dicta.
ferunt quidem et religione quadam id fieri et exstare
ferream catenam apud Euphraten amnem in urbe, quae
Zeugma appellatur, qua Alexander Magnus ibi iunxerit
pontem, cuius anulos, qui refecti sint, robigine infestari,
carentibus ea prioribus.

(44) Medicina e ferro est et alia quam secandi. 151
namque et circumscribi circulo terve circumlato mucrone
et adultis et infantibus prodest contra noxia medicamenta,
et praefixisse in limine evulsos sepulchris clavos adversus
nocturnas lymphationes, pungique leviter mucrone, quo
percussus homo sit, contra dolores laterum pectorumque
subitos, qui punctionem adferant. quaedam ustione sa-
nantur, privatim vero canis rabidi morsus, quippe etiam
praevalente morbo expaventesque potum usta plaga ilico
liberantur. calfit etiam ferro candente potus in multis
vitiis, privatim vero dysentericis.

(45) Est et robigo ipsa in remediis, et sic proditur 152

---

§ 150 init.: Isid. XVI 21, 7. — cfr. Plin. V 86. — § 151 med.: Pl. iun. 36, 8—10. 86, 1. 54, 4. Diosc. V 93 extr. Celsus IV 96 (9). Scribon. 146. — § 152: cfr. Plin. XXV 42.

---

1 incipit **B***S*. | accepta **VR**. *de mendo cfr. § 129. 168.* | ut **VRd**. et **h***v.a.G*. | palumine **B**. 2 aeri **h***v*. -ris *ll.S. cfr. nov. luc. p. 26.* | a rubigine **V**$^2$**a***v.a.S*. ab origine **B**. | ceruiſſa **B**$^1$. 3 ferri **d**. temperatura **h***v.a.S*. rerum *U 756.* 4 quidam **h***v.a.D*. 5 apoteo pratenam nam **VR**. | urbem **B**$^1$. 6 zeugma **B***v*. zeuma *r*. | *an* appelletur? | quia **V**$^2$**Th**. | iunxerit **BdTa***S*. -rat *rH*. uinxerit *v*. -rat *C*. 7 an (*pro* qui) **B**. | ſunt **B**$^1$**h***v.a.S*. 9 medicinae **B**. | efferro **B**$^1$. 9. 10 ſecvndina quę **B**$^2$. 10 et *om.* **h***v.a.S*. | circulo **B***v*(*S*). -los *rH*. 12 praefixiſſe **B***G*. -xe *r*. -xae **a**. -xit **d**. -xo **h**. -xos *v*. | in **Ba***v*. *om. r*. | aeuulsos **V**$^1$. -sis **V**$^2$. 13 mucronem **B**$^1$. | que **VR**. 14 pectorumue **VTh**. -uel **R**. 15 subditos **Vd**. -tus **R**. | adferantque. Bam **V**$^1$. -que. Nam **V**$^2$. 16 rapidi **V**. | morſuuſ **B**$^1$*D*. 17 morſo **B**. | expauescentesque **h***v.a.S*. | tusta **V**. 18 calefit **Rdh***v.a.S*. 20 proditum **B**. *de mendo cfr. § 122. 175.*

Telephum sanasse Achilles, sive id aerea sive ferrea cuspide
fecit; ita certe pingitur ex ea decutiens gladio. sed robigo
153 ferri deraditur umido ferro clavis veteribus. potentia eius
ligare, siccare, sistere. emendat alopecias inlita. utuntur
et ad scabritias genarum pusulasque totius corporis cum
cera et myrteo oleo, ad ignes vero sacros ex aceto, item
ad scabiem, paronychia digitorum et pterygia in linteolis.
sistit et feminarum profluvia inposita velleribus, plagis
quoque recentibus vino diluta et cum murra subacta, condylomatis ex aceto. podagras quoque inlita lenit.
154 (46) Squama quoque ferri in usu est ex acie aut
mucronibus, maxime simili, sed acriore vi quam robigo,
quam ob rem et contra epiphoras oculorum adsumitur.
sanguinem sistit, cum volnera ferro maxime fiant. sistit
et feminarum profluvia. inponitur et contra lienium vitia,
et haemorroidas compescit ulcerumque serpentia. et genis
155 prodest farinae modo adspersa paullisper. praecipua tamen
commendatio eius in hygremplastro ad purganda vulnera
fistulasque et omnem callum erodendum et rasis ossibus
carnes recreandas. componitur hoc modo: pr*opo*l*is* oboli

---

§ 153: Diosc. V 93. eupor. I 95. 46. 48. 168. 190. II 83. I 162. 219. 235. — § 154 init.: cfr. Diosc. V 90. eupor. I 209. II 61. I 212.

---

1 elephum **VR**. | sanas sed (red **R**) ac miles **VR**. | id era **a**. ad aere **VR**. 3 ferri **Bda***v*. -rro *r*. | clauisue **B**². 4 stringere **h**. restri- *v.a.S.* | alopetias **V**. -phiaſ **B**. 5 ſcabritia **B**. | puſtulaſque **B**²*v.a.H.* 6 murteo **R**. | ignis **R**. 8 uelleribus *ll.v. an* in uellere, utilis? *cfr. XXVI 144 et nota ad XXVIII 248.* 9 subacto **VR**. 10 aceto prodest **h***v.a.S.* | inlita **B***S.* -tas **V**¹**Ra**. illitas **V**²**dh**. -ta *v*. 12 similis et **Vd**. 14 ſanguinem **Ba***S.* -emque *rv*. 15 contra *om.* **R**. | lienium **B***S.* liconium **a**. lienum **V**²**dh***v*. ali- *r*. 16 & **Ba***S. om. rv.* | emoroidaſ **B**. 19 omnē **Ba***v*(*S*). -ne *r Brot.* 20 propolis *ego coll. XXII 107. Scribon. 209.* pari **VRdTa***D* (*coll. XXXVI 158*). pal. **B**. *om.* **h***v*. picis *H.* panis *J coll. XXII 138.* aluminis *coni. S* (*coll. § 149 de mendo*). *conici possit etiam* galbani: *cfr. XXIV 21* (*XI 16*). *Scribon. 210* (*vel* panacis: *cfr. Diosc. eupor. I 188*). 20 *et* p. 219, 1 oboliſ ſex **B**¹. -lis ex **Vh***v.a.H.* -lis et **dT**.

VI, Cimoliae cretae drachmae VI, aeris tusi drachmae II, squamae ferri totidem, cerae X, olei sextarius. his adicitur, cum sunt repurganda volnera aut replenda, ceratum.

**16.** (47) Sequitur natura plumbi, cuius duo genera, 156
nigrum atque candidum. pretiosissimum *in* hoc candidum,
Graecis appellatum cassiterum fabuloseque narratum in
insulas Atlantici maris peti vitilibusque navigiis et circumsutis corio advehi. nunc certum est in Lusitania gigni
et in Gallaecia summa tellure, harenosa et coloris nigri.
pondere tantum ea deprehenditur; interveniunt et minuti 157
calculi, maxime torrentibus siccatis. lavant eas harenas
metallici et, quod subsedit, cocunt in fornacibus. invenitur
et in aurariis metallis, quae alutias vocant, aqua inmissa
eluente calculos nigros paullum candore variatos, quibus
eadem gravitas quae auro, et ideo in calathis, quibus
aurum colligitur, cum eo remanent; postea cami*n*is separantur conflatique in plumbum album resolvuntur. non 158

---

§ 156: cfr. Isid. XVI 22, 1. Plin. IV 104. VII 206. Diodor. V 38, 4. 22, 5. Strabo III 2, 9 p. 147. — §§ 157. 158: Isid. XVI 22, 1. 2. — § 158: cfr. Plin. XXXIII 94. — Homerus Λ 25. Ψ 561.

---

1 cimolia creta duobus, drachmis *v.a.H.* | duae (*pro* sex) *H.* | ex aere *v.a.H.* sex aeris — drachmae *om.* **B.** | tusi **VRd** *H*(*D*). tunsi *S.* tritus **a.** totidem *v.* | duae *ll.H.* ex (*del.* drachmae) *v.* 2 squama *v.a.H.* | ferri **Ba***v*(*S*). -rreae **Rd** **T***H.* -rreae et **V.** | cera **a.** | x *ego.* XL **B**$^1$. XI **B**$^2$. ex *rv.* sex **dT***H.* | oleo **h***v.a.G.* | sextario *v.a.H.* (*fortasse* obolis x .. drachmis x .. drachmis II .... sextariis [*sc.* singulis]). 5 in hoc *ego.* hoc *ll.S.* *om.* **h***v.* | candidum *om.* **h***S.* 6 a graecis **dh***v.a.S.* | appellatus **R.** | cassityrum **VRd.** | in *om.* **B** *Ven.* *cfr. XXXII 63. XXXI 17.* 7 utilibuſque **B***Ven.* uit. Huiusque **a.** | nauis **R.** | & **B***S.* *om.* *rv.* 8 luſitaniae **a.** lysinia **Vd.** lis- **R.** 9 galacia **B**$^2$. galleciae **V.** -ia *B*(*edd.a. Lugd.*). -lliciae (-cie **a**) **dah***Isid.*(*v*). -lleta **R.** Callaecia *J coll. XXXIII 78* (*item infra*). | coloreſ **B.** 13 alutiaſ **B***S.* -tia *r***a***v*(*Brot.*). -ta **dT***H.* elutia *C cum B.* *cfr. XXXIII 67.* 14 tluente **V**$^1$. lu- **V**$^2$. eluenti **B.** -uunt **h***v.a.B.* | paululum **d.** *cfr. nota ad XXVIII 133.* 15 calathis **h***B.* -tis **d***Ven.* colatis **VR***v.* cutaliſ **B.** cloacis **a***D.* *om.* *Isid.* scutulis *U 757. locus nondum sanatus.* 16 posita **VRh.** | caminis *v.* -milliſ **B**$^1$*J.* -mellis **da.** cvm illiſ **B**$^2$. gamellis *r.*

fit in Gallaecia nigrum, cum vicina Cantabria nigro tantum abundet, nec ex albo argentum, cum fiat ex nigro. iungi inter se plumbum nigrum sine albo non potest nec hoc ei sine oleo ac ne album quidem secum sine nigro. album habuit auctoritatem, et Iliacis temporibus teste Homero,
159 cassiterum ab illo dictum. plumbi nigri origo duplex est; aut enim sua provenit vena nec quicquam aliud ex sese parit aut cum argento nascitur mixtisque venis conflatur. huius qui primus fuit in fornacibus liquor stagnum appellatur; qui secundus, argentum; quod remansit in fornacibus, galena, quae fit tertia portio additae venae; haec rursus conflata dat nigrum plumbum deductis partibus nonis II.

160 **17.** (48) Stagnum inlitum aereis vasis saporem facit gratiorem ac compescit virus aeruginis, mirumque, pondus
33,180 non auget. specula etiam ex eo laudatissima, ut diximus, Brundisi temperabantur, donec argenteis uti coepere et ancillae. nunc adulteratur stagnum addita aeris candidi tertia portione in plumbum album. fit et alio modo mixtis albi plumbi nigrique libris; hoc nunc aliqui argentarium appellant. iidem et tertiarium vocant, in quo duae sunt nigri portiones et tertia albi. pretium eius in libras ✱ XX.
161 hoc fistulae solidantur. inprobiores ad tertiarium additis partibus aequis albi argentarium vocant et eo quae volunt

§ 159: Isid. XVI 22, 2. — § 160 init.: Isid. XVI 23, 2.

1 callaecia **B**[1]*J*. gallicia **da***v.a.B*. gall///ia **V**. gallea **R**. *cfr. § 156.* | uinia **Vd**. 4 eiſin **B**[1]. ſine (ſ *et* ne *in ras.*) **B**[2]*SJ*. 5 habuit et **VRa**. 8 ſe ſeparit (-rat **B**[2]) **B**. 9 eius **h***v.a.S*. | fluit **V**[2]**h***v*. *cfr. § 168.* | stannum **d**(?)*C*. *item infra semper. cfr. XXIX 35.* 10 quod **BV**[2]**a***Isid.G*. quid *r*. qui **dTh***v*. 11 fit **B***S*. eſt *rv*. | addita *v.a.H* (*cfr. Isid.*).
12 haec *ll.v.* *an* ac (*vel* haec .. dant)? *cfr. Isid. et Blümneri technol. IV 150 n. 2.* 12. 13 partiſ **B**. 13 noniſ **B***S*. non *r Brot. del. v.* | duabus *ll.v.* 14 aereis *ll.Verc.*(*S*). -riſ **B**[2]*Ven.* aeneis *C*. 15 ac **B***S*. ad **VR**. aut **a**. et **dh***v*.
16 secula **VR**. | etiam **B***S*. quoque *rv*. 17 bryndisi **VRd**. 20 plumbib; **R**. 21 iidem **Rdh***Lugd*. id- *rv*(*D*). | quod **VR**. | st **R**. *an* sint? 22 libras **Ba***v*. -ris *r*. | ✱ xx **B***S*. xxx *rv*. x. x **d***H*. 23 tertiarum **B**[1]**V**. 24 aequi **VR**.

incoquunt. pretium huius faciunt in p. ⳩ LXX. albo per se sincero pretium sunt ⳩ LXXX, nigro ⳩ VII.

Albi natura plus aridi habet, contraque nigri tota umida est. ideo album nulli rei sine mixtura utile est. neque argentum ex eo plumbatur, quoniam prius liquescat argentum, confirmantque, si minus albo nigri, quam satis 162 sit, misceatur, erodi ab eo argentum. album incoquitur aereis operibus Galliarum invento ita, ut vix discerni possit ab argento, eaque incoctilia appellant. deinde et argentum incoquere simili modo coepere equorum maxime ornamentis iumentorumque ac iugorum in Alesia oppido; reliqua gloria Biturigum fuit. coepere deinde et esseda sua colisataque 163 ac petorita exornare simili modo, quae iam luxuria ad aurea quoque, non modo argentea, staticula pervenit, quaeque in scyphis cerni prodigum erat, haec in vehiculis adteri cultus vocatur. plumbi albi experimentum in charta est, ut liquefactum pondere videatur, non calore, rupisse. India neque aes neque plumbum habet gemmisque ac margaritis suis haec permutat.

§ 163 extr.: Isid. XVI 22, 3.

1 incoquont **B***J*. -cocum **V**. -cocunt *S*. | praetiū **B**. -tio **V**. pretia **Rdh***v.a.S*. | huius — 3 nigri to **B**$^2$ (*ead. m.*) *in trium vss. spatio raso* (contraq. *et* nigrito *ad marg.*). 1 p. **B**$^2$*D*. pondo *rv*. | XLXX /// **B**$^2$*J*. CX (CXX. **V**) LXX **VR**. XLX. X *S*. CLX. X **dT***H*. CXXX **h***v*. *om.* **a**. | albo *om.* **B**$^2$. 2 pretia **RdTh***v.a.S*. praetio **V**. | XLXXX **B**$^2$*S*. XCX **V**. CX **dT**. C. X. **a**. XXX **R***v*. X. X *H*. | X. VII **f***S*. XVII *ll.v*. XVI *C*. VII *H*. 5 ex eo — 6 argentum *om.* **B**. 5 quia **d**$^2$ *in ras.* quam **T**. | liquescat·**dTa**. -uiscat **V**. -uescit **R**(?)**h***v*. 6 confirmantque (quod **dTh***H*) — 7 argentum *ll.v*(*H*). *om. Bas.* (*errore, ut videtur*). 7 prodi **B**. 10 & quorum **B**$^1$.

11 ac iugorum **B***S*. adiu- *r*. iugis **h***v*. | in **h***v*. *om. ll.S. cfr. CFWMüller p. 24 n. 2.* 11. 12 gloria biturigum (-ivgum **B**$^2$) **B**(**d**?)*v*. -iabitur iugum *r*. 12. 13 ſua coliſataque ac **B***S*. suaculis atque acre (hoc **a**) *r***a**. et uehicula et **d**$^2$*in ras.* **h***B*. baculis et *v*. 13 pecorita **R**. | quae iam **B***S*. quae (que **R**) inani *r*. *om.* **h***v*. | luxuriam **B**$^1$. -xoria **V**. *om.* **h***v.a.S*. 14 argenta **VR**. | ſtaticula **Ba***B*. taticola **F**. //// ticula **V**. tic- **R**. uehicula **d**$^2$ *in ras.* **h***v*. | inanis luxuria peruenit **h***v.a.S*. 15 scyphis **d***v*. cy- **B**. scypis **V**. scipis **R**. esphis **a**. | prodigum **B**$^1$**Vda***v*(*S*). -gium *r**G*. | heac **V**. hac **B**$^2$. ////c **B**$^1$. 16 ad terri **Vd**. art- **R**. | cartha **V**. -ta **B**.

164 (49) Nigro plumbo ad fistulas lamnasque utimur, laboriosius in Hispania eruto totasque per Gallias, sed in Brittannia summo terrae corio adeo large, ut lex ultro dicatur, ne plus certo modo fiat. nigri generibus haec sunt nomina: Iovetanum, Caprariense, Oleastrense, nec differentia ulla scoria modo excocta diligenter. mirum in
165 his solis metallis, quod derelicta fertilius revivescunt. hoc videtur facere laxatis spiramentis ad satietatem infusus aër, aeque ut feminas quasdam fecundiores facere abortus. nuper id conpertum in Baetica Samariensi metallo, quod locari solitum ✕ $\overline{\text{CC}}$ annuis, postquam obliteratum erat, ✕ $\overline{\text{CCLV}}$ locatum est. simili modo Antonianum in eadem provincia pari locatione pervenit ad HS $\overline{\text{CCCC}}$ vectigalis. mirum et addita aqua non liquescere vasa e plumbo, eadem, si in aqua*m* addantur calculus ve*l* aereus quadrans, peruri.

166 **18.** (50) In medicina per se plumbi usus cicatrices reprimere adalligatisque lumborum et renium parti lamnis

§ 164 init.: Isid. XVI 22, 3. — § 166: Cels. V 26, 36. Theod. Prisc. eupor. II 33 p. 131, 17 (Rose). — Suet. Nero 20.

1 nigrum **VR**. 3 curio **B**. 3. 4 lex custodiatur *D*. lex cauere dicatur *U 758*. lege interdicatur *Brunn*. lex interdicat ut *M Hertz*. *an* nec interdicatur? (*cfr. XXXIII 78. 49*). 5 iouetanum **B***v*(*S*). -antum *r*. Ouetanum *H*. | oleaſterenſe **B**. 6 illa **V**. | excocita **B**[1]. 8 ac **B**[1]. | infus **V**. 9 aeque *v*. [illegible]ue **h**. atque (-uae **V**) *ll*. 10 ſamarienſi **B***J*. samiarenci **V**. [illegible]onensi **a**. santarensi **Rd**(?)*v*. *an* Salutariensi? *cfr. III 15. cfr.* § 1[illegible] locari **B**. | x libras (-ris *v*) **h***v.a.H*. | $\overline{\text{cc}}$ *J*. cc. **M**. **VR**[2]*H*. **B**[2]*SJ*. [illegible] **Bdahv**. | annuiſ **Ba***H*. -us *r*. annos **dTh***v*. 12 ✕ 9 eius **h***v.a.*[illegible]CLV *H cum Gron*. XXXLV **R**. ✕ XLV **B**. XXLV **V**. *infra semper.* [illegible]$\overline{\text{XIV}}$ *D*. XL. V **a**. LV *v*. | locatum est *om.* **VRh**. qui **dTh***v*. **a***D*. *cfr. U 759.* | HS — 14 et ad [dita] **Ba***v*. 12 haec *ll.*[illegible] **Ba***S*. cccc *v*. $\overline{\text{MM}}$ *D*. 14 uasa e **V**[1]**Rd***v*(*J*). *Blümneri technol.* ſi in (sin **V**) *ll. Brot.* in **h***v*. | aquam *CFW* **B***S*. non *r Brot.* [illegible]aqua *ll.v.* (*an* si cum aqua?). | addantur **B**. -riſ **B**[2]*Ven*. aeneis [illegible] uel *S*. ue **Bda**. ua *r*. *om.* **h***v*. | cereus 16 secula **VR**. [illegible]eusue *v.a.S*. 15. 16 quadraſ **BV**. si **VRd**. 20 plumbibrans *Brot.*) addatur **h***v.a.S*. 16 uas quod **VR**. | st **R**. *an* *v.a.Brot.* 18 plumborum **B**. | parti xxx *rv*. x. x **d**.[illegible]

frigidiore natura inhibere inpetus veneris visaque in quiete
veneria sponte naturae erumpentia usque in genus morbi.
his lamnis Calvus orator cohibuisse se traditur viresque
corporis studiorum labori custodisse. Nero, quoniam ita
placuit diis, princeps, lamna pectori inposita sub ea
cantica exclamans alendis vocibus demonstravit rationem.
coquitur ad medicinae usus patinis fictilibus substrato 167
sulpure minuto, lamnis inpositis tenuibus opertisque sul-
pure et ferro mixtis. cum coquatur, munienda in eo
opere foramina spiritus convenit; alioqui plumbi forna-
cium halitus noxius sentitur. et pestilens est, canibus
ocissime, omnium vero metallorum muscis et culicibus,
quam ob rem non sunt ea taedia in metallis. quidam in 168
coquendo scobem plumbi lima quaesitam sulpuri miscent,
alii cerussam potius quam sulpur. fit et lotura plumbi
usus in medicina. cum se ipso teritur in mortariis plum-
beis addita aqua caelesti, donec crassescat; postea super-
natans aqua tollitur spongeis; quod crassissimum fuit, sic-
catum dividitur in pastillos. quidam limatum plumbum
sic terunt, quidam et plumbaginem admiscent, alii vero
acetum, alii vinum, alii adipem, alii rosam. quidam in 169
lapideo mortario et maxime Thebaico plumbeum pistillum
terere malunt, candidiusque ita fit medicamentum. id

---

§ 167: cfr. Diosc. V 96. — § 168: Diosc. V 95. — § 169: Diosc. V 95. 96. 95. eupor. I 182. 189. 212.

---

1 inhibere **Bd***C*. -ri *rv*. 2 *dist. S.* (*sublato puncto aut* se *delendum aut* tradit *scribendum erat*). 3 se *om.* **d**(?)*v.a.S.*
4 labori **Ba***G*. -re *rv*. 5 dis **V***J*. 8 sulpure **B**$^1$*J*. -phure **B**$^2$**h***v*(*S*). -ri **a**. -furi **VR**. -phuris **dT***H*. 8. 9 sulfore **R**. 9 & ferro **Bda***v*. est et foro *r*. (*an* ueru ferreo mixtis, cum coquuntur? *cfr. Diosc. et § 176. XXXIII 107. U 760*). | coquatur **B***S*. -uitur *rv*. 10 formamina **V**. formica **B**$^1$. -cia **B**$^2$. 10. 11 fornacium *del. voluit U 760.* 11 *dist. ego.* | est *ego.* et *ll.v*. 15 fit ei **V**. ficti **R**. | plumbi **VdT** **ah***v*(*S*). pumbi **B**. plurimi **R**(?)*B*. 16 & (*pro* in) **B**.
21 acceptum **B**$^1$. (*cfr. § 149*). 22 moriario **VR**. | plumbeo **Rdh***v.a.S.* -bum *U 762.* lapideo *Diosc.* | pistillo **dh** *v.a.S*(*U*).

33, 103 34, 104 autem quod ustum est plumbum lavatur ut stibis et
cadmea. potest adstringere, sistere, contrahere cicatrices; usu est eodem et in oculorum medicamentis, maxime contra procidentiam eorum et inanitates ulcerum excrescentiave rimasque sedis aut haemorroidas et con-
170 dylomata. ad haec maxime lotura plumbi facit, cinis autem usti ad serpentia ulcera aut sordida, eademque quae chartis ratio profectus. uritur autem in patinis per lamnas minutas cum sulpure, versatum rudibus ferreis aut ferulaceis, donec liquor mutetur in cinerem; dein refrigeratum teritur in farinam. alii elimatam scobem in fictili crudo cocunt in caminis, donec percoquatur figlinum. aliqui cerussam admiscent pari mensura aut hor-
168 deum teruntque ut in crudo dictum est, et praeferunt sic plumbum spodio Cyprio.

171 (51) Scoria quoque plumbi in usu est. optima quae maxime ad luteum colorem accedit, sine plumbi reliquiis aut sulpuris specie et terra carens. lavatur haec in mortariis minutim fracta, donec aqua luteum colorem trahat, et transfunditur in vas purum, idque saepius, usque dum subsidat quod utilissimum est. effectus habet eosdem quos

§ 170: Diosc. V 96. (103). — § 171: Diosc. V 97. Celsus V 15. Scribon. 48.

1 labatur **V**. | ut *B*(*S*). ui **B**. et *rv*(*H*). | ſtibiſ **B***S*. -bi *B*. -biis **a***v*. istius *r*. teritur *H*. | et *ll.v*(*S*). uis **h**. 'ut *H*. 2 cadmiae (cathm- **h**) **dh***v.a.B*. 3 usu est *ego*. usus et *ll*. usus ex (enim ex *v*) *S*. 4 procidentiam **Ba***v*. -tia *r*. *cfr. XXIII 56*. | inanitateſ **B***S*. -tate **VT**. -tatem **Rda***v*. 5 hemoroidaſ **B**. hae- *D*. 8 chartis *ll.v*. spodi *Diosc*. *an* chalcitidis? *cfr. § 118. 119*. | profectuſ **B**[2]**d***v*. -tuuſ **B**[1]*D*. prouectus *r*. | in *om*. **R**. 11 alie **Ra**. -iae **V**. | elimatam **B***v*(*S*). lima- **T***H*. linea- **h**. lianitam **a**. lanit- *r*. 12 fictile **VR**. | crudo **B***B e Diosc*. cado **dah***v*. -du **V**. tadu **R**. | cocont **R**.
13 miscent **VRdh***v.a.S*. 15 ſi **B**[1]. sic tritum **h***v.a.S*. | spondio **Rh**. -ion **Vd**. 16 ſcor//ea **B**[1]. | quae **B***S*. que quae **Rh***v*. quaeque **Vd**. *om*. **a**. 17 accendit **B**. | reliquiſ **B**[1]**V** *v.a.C*. 18 *an* ac uitri specie? *cfr. Diosc*. aut sulpuris speciem (*transpositum post* colorem) *U 763*. | ſpecie terrae **B**.
21 effectuuſ **B**[1]*D*.

plumbum, sed acriores. mirarique succurrit experientiam vitae, ne faece quidem rerum excrementorumque foeditate intemptata tot modis.

(52) Fit et spodium ex plumbo eodem modo quo ex 172
Cyprio aere; lavatur in linteis raris aqua caelesti separa- 130
turque terrenum transfusione; cribratum teritur. quidam pulverem eum pinnis digerere malunt ac terere in vino odorato.

(53) Est et molybdaena, quam alio loco galenam ap- 173
pellavimus, vena argenti plumbique communis. melior 33, 95 / 34, 195
haec, quanto magis aurei coloris quantoque minus plumbosa, friabilis et modice gravis. cocta cum oleo iocineris colorem trahit. adhaerescit et auri argentique fornacibus; hanc metallicam vocant. laudatissima quae in Zephyrio fiat; probantur minime terrenae minimeque lapidosae.
coquuntur lavanturque scoriae modo. usus in lipara ad 174
lenienda ac refrigeranda ulcera et emplastris, quae non inligantur, sed inlita ad cicatricem perducunt in teneris corporibus mollissimisque partibus. compositio eius e libris III et cerae libra, olei III heminis, quod in senili corpore cum fracibus additur. temperatur cum spuma

---

§ 173: Diosc. V 100. — § 174: Diosc. V 100. cfr. Celsus V 19, 26. Diosc. eupor. I 182. II 52.

---

1 plumbum — 4 modo quo **Ba***v*. *om. r*. 1 cariores **a**. | mirarique **B**[1]**a***J*. -raque **B**[2]*S*. -rari *v*. *cfr. XVII 1. XVIII 291. XXXVI 200. XXXV 49.* | experientiam **a***v*(*J*). -tia **B***S*. 2 rerum **B***B*. ne (neu *v*) rerum **a***v*. 4 & **B***v*. *om.* **a**. | ex **B**[2]*v*. & **B**[1]. est **a**. | modo **B***C*. *om.* **a***v*. 5 laudatur **Ba**. 5. 6 ſeparanturq. **B**. (*an recte et deinde* terrena, *ut XXX 116. IX 140? contra XXX 32. XXXVII 194*). 6 crebratum **B**[1].

7 eum **BVa***S*. eam **R**. cum **dh***v*. *del. G*. | detergere *v.a.S*. 10 uena **Bh***v*. -nam *r*. 14 in **h***man.Dal.v*. *om. ll.S*. *cfr. CFWMüller p. 24 n. 2.* 15 lapidiose **V**. -sae *Ven*.

16 cocuuntur **B**[1]. -cuntur *S*. uocantur **V**. | in lipara (lipp- **d** *Ven*. lypp- **a**) *ll.* **da***v*(*J*). illi par **B**[2]. in liparas *C*. *cfr. XXXIII 105. XXIII 162, sed singul. num. etiam ap. Scribon. 222. 223.* 18 alligantur **Vd**(?)*v.a.S*. | temporis **R**. 19 mollíſſimaſq. **B**[1]. | compoſito **B**[1]. | e **B***S*. est *rv*. 20 tribus *ll.v* (*bis*). 21 fraucibus **R**. | eum **B***S*. et cum *rv*(*D*).

argenti et scoria plumbi ad dysenteriam et tenesmum fovenda calida.

175 (54) Psimithium quoque, hoc est cerussam, plumbariae dant officinae, laudatissimam in Rhodo. fit autem ramentis plumbi tenuissimis super vas aceti asperrimi inpositis atque ita destillantibus. quod ex eo cecidit in ipsum acetum, arefactum molitur et cribratur iterumque aceto admixto in pastillos dividitur et in sole siccatur aestate. fit et alio modo, addito in urceos aceti plumbo opturatos per dies X derasoque ceu situ ac rursus reiecto,
176 donec deficiat materia. quod derasum est, teritur et cribratur et coquitur in patinis misceturque rudiculis, donec rufescat et simile sandaracae fiat. dein lavatur dulci aqua, donec nubeculae omnes eluantur. siccatur postea similiter et in pastillos dividitur. vis eius eadem quae supra dictis, lenissima tantum ex omnibus, praeterque ad candorem feminarum. est autem letalis potu sicut spuma argenti. postea cerussa ipsa, si coquatur, rufescit.

177 (55) Sandaracae quoque propemodum dicta natura est. invenitur autem et in aurariis et in argentariis metallis, melior quo magis rufa quoque magis virus *sulpuris*

---

§ 175: Diosc. V 103. (cfr. Isid. XIX 17, 23). Vitruv. VII 12, 1. cfr. Plin. XXXV 37 extr. — § 176: Diosc. V 103. — cfr. Martial. ep. II 41, 12. VII 25, 2. — § 177: cfr. Plin. XXXV 39. — Diosc. V 121. Isid. XIX 17, 11. Pl. iun. 15, 10. Marc. 6, 29. Pl. iun. 37, 15—17. Marc. 16, 51.

---

2 fouemda **V**. -em uia **R**. -endo **a***v.a.S.* 3 psinthium **VR**. psimmythium **h**(?)*v.a.S.* apsyntium **a**. 4 danda efficinae **B**. | ladatiſſimam **B**[1]. laudatissima **a**. -mum **h***v.a.S*(*JD*). ripdo **R**. 5 tenuissimi **VR**. 7 mollitum **B**. (*cfr. § 152*). cribatur **VR**. 8 mixto **h***v.a.S.* | ei **VR**. 10 decem *ll.v.* au (*pro* ceu) **R**. | acraſuſ **B**[1]. | itiecto **R**. deie- *v.a.H.* 11. 12 cribatur **V**. scri- **a**. 13 rubescat **dT***H.* | ſimili **B**[1]. 14 nubiculae **Rd**. | eluantur **Bd***v.* eluent- **a**. eleuat- **R**. aluat- **V**. 15 dictis *ll.v.* *de structura cfr. XXVII 93.* 16 leuissima **h***v.a.S.* | tamen **h**. 17 feminarum *om.* **R**. | potu **Ba***S.* -tus *rv.* | sputa **V**[1]**R**. spumae **h**(?)*Lugd.* 19 dic tantura **B**[1]. 21 rufa quoque magis *om.* **B**. | sulpuris *ego e Diosc. et Isid. om. ll.v.*

redolens ac pura friabilisque. valet purgare, sistere, excalfacere, erodere, summa eius dote septica. explet alopecias ex aceto inlita; additur oculorum medicamentis; fauces purgat cum melle sumpta vocemque limpidam et canoram facit; suspiriosis et tussientibus iucunde medetur cum resina terebinthina in cibo sumpta, suffita quoque cum cedro ipso nidore isdem medetur.

(56) Et arrhenicum ex eadem est materia. quod opti- 178
mum, coloris etiam in auro excellentis; quod vero pallidius aut sandaracae simile est, deterius iudicatur. est et tertium genus, quo miscetur aureus color sandaracae. utraque haec squamosa, illud vero siccum purumque, gracili venarum discursu fissile. vis eadem quae supra, sed acrior. itaque et causticis additur et psilotris. tollit et pterygia digitorum carnesque narium et condylomata et quidquid excrescit. torretur, ut valdius prosit, in nova testa, donec mutet colorem.

---

§ 178: Diosc. V 120. Isid. XIX 17, 12. (cfr. Plin. XXXIII 79. VI 98). Diosc. V 121. Marc. 34, 57.

---

1 plura **VRh**. | fragiliſque **B**$^{2}$. 2 erodere **B***S*.. pro- *r*. pro- **d***v*. | dos **h***v.a.S*. | ſtiptica **B**$^{2}$**h***Ven*. 4 uocemque — 6 ſumpta **Ba***v*(*S*). *om. r*. uocemque — 5 facit *om. H*. 5 canorem **B**$^{1}$. | iocunde **B**$^{2}$. iucum de **B**$^{1}$. 6 cibo **a***v*. quo **B**. | sufficita **V**. 7 iſdem **Ba***D*. eisd- **V**. iisd- **RdT**(?)*H*. itid- *G*. eius *C*. eis **h***v*. | uid&ur **B**. 8 arrhenicum **B***J*. arren- **da***Brot*. arsen- *v*. arreoi- **Vh**. arroi- **R**. 9 excellentius **a***v.a.Brot*.
12 utraeque **B**. | illum **VR**. 14 psilotris (ſil- **B**) **B***Ven.*(*S*). -thris **dh***Verc*. -tri **a**. -lutris *r*. 15 ei (*pro* et) **V**. i **R**. | carnes **R**. 16 et *om.* **R**. | *an* excrescat? | valdiuſ (ald- **B**$^{1}$) **B***J*. ualid- *rv*. *cfr. XXXIII 147; contra XXXVII 106. XXXI 108. XXX 14. XXVIII 20. XVII 108. 258. XVI 186. XI 54.*
16. 17 innouat teſtam **B**$^{1}$.

# C. PLINI SECUNDI
# NATURALIS HISTORIAE
## LIBER XXXV

1 (1) Metallorum, quibus opes constant, adgnascentiumque *i*is natura indicata propemodum est, ita conexis rebus, ut inmensa medicinae silva officinarumque tenebrae et morosa caelandi fingendique ac tinguendi subtilitas simul dicerentur. restant terrae ipsius genera lapidumque vel numerosiore serie, plurimis singula a Graecis praecipue voluminibus tractata. nos in iis brevitatem sequemur utilem instituto, modo nihil necessarium aut naturale
2 omittentes, **1.** primumque dicemus quae restant de pictura, arte quondam nobili — tunc cum expeteretur regibus populisque — et alios nobilitante, quos esset dignata posteris tradere, nunc vero in totum marmoribus pulsa, iam quidem et auro, nec tantum ut parietes toti operiantur, verum et interraso marmore vermiculatisque
3 ad effigies rerum et animalium crustis. non placent iam

---

§§ 2. 3: cfr. Plin. XXXVI 47. 50. Seneca exc. controv. II

---

1 adgnaſcentium (-tum **B**) **B***S*. agna- **V**$^1$*H*. adna- *v*. ac na- **V**$^2$**Rh**. na- **dT***Brot*. 2 que **BT***H*(*S*). quae *r*. que in **d***Brot*. quoque *v*. | iis *S*. iſ **B***D*. eis *rv*. | indi (*spat. vac.*) modum **B**. 3 officanarumque **V**. 4 ac tinguendi **B***Brot*. -gendi **R***v*. attingenti **V**. 6 numeroſiore *G*. -iores *ll.v*. | serie *G*. -iae **B**. erie **R**. aerie **d**. -riae **V**$^1$. -reae **V**$^2$. erariae (aer- *v*) **h***v*. | *an* a *delendum?* 8 inſtituto **B***S*. -uti eo *r*. -uti *v*. -uto hoc **d***Brot*. | nic il **B**. 9 deo **B**$^1$. 10 arti **B**. | quando **V**. | denobili **R**. (*an* et nobili?). 11 regibuſ **B***S*. a reg- *rv*(*D*). *cfr*. *XXXIII 112*. *XXXVII 60*. *XXV 92*. *VIII 34*. *XVI 18*. *XIX 64*. *VI·173*. | alios *ll.v*(*S*). illos *C*.
12 totum a **B***S*. *cfr*. *§ 184*. *an* totum est? 13 pulſa iam **B***G*. -sa tum *v*. postulatum *r*. | auro **Bd***v*. -rum *r*. | pabeites **V**$^1$. pabert **R**. 14 uermiculatiſque **Bd***v*(*H*). -tis *G*. -tosque **h**. -colastiq. (quod **V**) *r*.

abaci nec spatia mont*e*s in cubiculo dilatantia: coepimus et lapide pingere. hoc Claudii principatu inventum, Neronis vero maculas, quae non essent in crustis, inserendo unitatem variare, ut ovatus esset Numidicus, ut purpura distingueretur Synnadicus, qualiter illos nasci optassent deliciae. montium haec subsidia deficientium, nec cessat luxuria id agere, ut quam plurimum incendiis perdat.

**2.** (2) Imaginum quidem pictura, qua maxime similes 4
in aevum propagabantur figurae, in totum exolevit. aerei ponuntur clipei argentea facie, surdo figurarum discrimine; statuarum capita permutantur, volgatis iam pridem salibus etiam carminum. adeo materiam conspici malunt omnes quam se nosci. et inter haec pinacothecas veteribus tabulis consuunt alienasque effigies colunt, ipsi honorem non nisi in pretio ducentes, ut frangat heres furisque detrahat laque*o*. itaque nullius effigie vivente 5
imagines pecuniae, non suas, relincunt. iidem palaestras athletarum imaginibus et ceromata sua exornant, Epicuri voltus per cubicula gestant ac circumferunt secum. natali

---

1, 12. epist. 86, 6. 114, 9. 115, 9. Vitruv. VII 3, 10. — Strabo XII 8, 14 p. 577. — § 5: Cic. de fin. V 1, 3. II 31, 101. Diog. Laert. X 18.

---

1 abaci nec **BRdhv**. -cina **V***D*. | spacia **V**. ſpatio **B**. | montes *ego*. -tis *ll.v.* (*cfr. infra et XXXVI 1*). | dilatantia (-tatata **R**) *ll.v*(*S*). -latant.iam *D*. -latata *coni. J*[1]. delitentia *B*.
2 lapidem **dhv**.*a.J*. *cfr. XXII 4*. 3 maculis **R**. | eſſent **B***v*. esse *r*. 4 unitatem **Bhv**. -ate *r*. | esse **VR**. 5 diſtingueamur **B**[1]. -uamur **B**[2]. | ſymnadicuſ **B**. 6 haec **Bdv**. ac *r*. | difficientium **V**. | nec **Bdv**. age *r*. 8 imaginum **BdTv**. -nem *r*. | quam **dhv**.*a.S*. | similis **VR**. 9 in deum **B**. | quod in totum *v.a.S*. | aurei *Durandus. sed cfr. § 14*. 10 *dist. ego*. | argentea facie *ego*. -teae facies *ll.v*. *cfr. Blümneri techn. IV 244 sqq. 318*. | figurabunduſ crimine **B**. 11 *dist. G*. | uvlgatiſ **B**[2]*v.a.S*. mulg- **VR**. 13 se *om*. **B**. | in apothecaſ **B**[2].
14 conferciunt *vet. Dal*. 14. 15 honore **VR**. 15 fragat **VR**. 16 forasque **h**. -risque *D*. furis *v.a.Brot*. -risue *coni. Brot*. | laqueo *ego cum D* (*sed pro dat. accipiendum*). -eū **BV***S*. -eus **R**(?)**dhv**. -eis *U*. 17 relinquit **R**. -qunt **B**[2]. | iidem **d***C*. id- *ll.v*(*D*). | *an* palaestrae? 18 epicuri *v*. -curi ui **B**[1]. -curioſ **B**[2]*S*. -culi *r*.

eius* sacrificant, feriasque omni mense *vicesima luna*
custodiunt, quas icadas vocant, ii maxime, qui se ne
viventes quidem nosci volunt. ita est profecto: artes de-
sidia perdidit, et quoniam animorum imagines non sunt,
6 ne*g*leguntur etiam corporum. aliter apud maiores in atriis
haec erant, quae spectarentur; non signa externorum arti-
ficum nec aera aut marmora: expressi cera vultus singulis
disponebantur armariis, ut essent imagines, quae comi-
tarentur gentilicia funera, semperque defuncto aliquo totus
aderat familiae eius qui umquam fuerat populus. stem-
7 mata vero lineis discurrebant ad imagines pictas. tabulina
codicibus implebantur et monimentis rerum in magistratu
gestarum. aliae foris et circa limina animorum ingentium
imagines erant adfixis hostium spoliis, quae nec emptori
refigere liceret, triumphabantque etiam dominis mutatis
*a*et*ern*a*e* domus. erat haec stimulatio ingens, exprobrantibus
tectis cotidie inbellem dominum intrare in alienum trium-
8 phum. exstat M e s s a l a e oratoris indignatio, quae pro-
hibuit inseri genti suae Laevinorum alienam imaginem.

---

§ 6 extr.: cfr. Seneca de benef. III 28, 2. — § 7: cfr. Suet. Nero 38. — § 8: M. Valerius Messala: cfr. Peter hist. Rom. fragm. p. 265. — cfr. Plin. VII 54. Plutarch. Caes. 52. Suet.

---

1 uicesima luna *huc transposui. post* eius *habent ll. v, post* feriasque *U, post* custodiunt (*v. 2*) *J. cfr. Cic. et CFWMüller grat. p. 553.* 2 igadaſ **B**$^2$. | ii **dh***v*(*Brot.*). hii **V**. hi **R**(?)*C*(*S*). *in* **B** *spat. vac.* | si ne **R**. 3 noci **V**. | & (*pro* est) **B**. | artis **VRh***S*. 4 sint **R**. 5 negleguntur (neglig- *v*) *J*. nec leg- **B**. legentur *r*. 8 amaris **R**. 10. 11 ſtemmata **Bh***v*. ite- *r*.
11 linteis *Fröhner anal. crit. p. 17 coll. § 51.* | tabulina *ll. v*(*S*). -blina **h**(?)*B*. 13 amicorum **d**$^2$*in ras.* domitarum *H cum Gron.* | ingentium **B***v*(*S*). gent- *rH*. 14 orant **V**.
15 refringere *v. a. H.* | licent **R**. -ere **V**. | triumphabantque *ll. G.* quae *v*. 16 aeternae *ego.* & me (etiā **B**$^2$) *ll.* ipsae *G*(*D*). ornamenta erant (*post* domus) *man. Dal. v.* emptae *U cum J.* tamen *coni. S.* | erat **B***S*. et erat (he- **V**) *rG*. eratque *v*. | stimulatio *G* (summa et *add. v*). ſtimmatio **B**$^1$. eſtima- (*del.* haec) **B**$^2$. stima (summa **d**) ratio *r***d**. | probrantibus **R**. ex-probant reb, **B**. 17 imbellem **dh***v. a. S.* in bellum **VR**.
18 quae *ll. v*(*S*). qua **dh**(?)*G*. 19 laeuinorum *B*. blae- **V**$^2$. ble- **B**$^1$**d***v*. belui- **R**. blaenio- **V**$^1$. plebino- **B**$^2$.

similis causa Messalae seni expressit volumina illa quae de familiis condidit, cum Scipionis Pomponiani transisset atrium vidissetque adoptione testamentaria Salvittones — hoc enim fuerat cognomen — Africanorum dedecori inrepentes Scipionum nomini. sed — pace Messalarum dixisse liceat — etiam mentiri clarorum imagines erat aliquis virtutum amor multoque honestius quam mereri, ne quis suas expeteret.

Non est praetereundum et novicium inventum, siqui- 9
dem non ex auro argentove, at certe ex aere in biblio-
thecis dicantur illis, quorum inmortales animae in locis
iisdem locuntur, quin immo etiam quae non sunt finguntur,
pariuntque desideria non traditos vultus, sicut in Homero
evenit. quo maius, ut equidem arbitror, nullum est feli- 10
citatis specimen quam semper omnes scire cupere, qualis
fuerit aliquis. Asini Pollionis hoc Romae inventum, qui
primus bibliothecam dicando ingenia hominum rem publi-
cam fecit. an priores coeperint Alexandreae et Pergami
reges, qui bibliothecas magno certamine instituere, non
facile dixerim. imaginum amorem flagrasse quondam testes 11
sunt Atticus ille Ciceronis edito de iis volumine, M. Varro
benignissimo invento insertis voluminum suorum fecundi-

Caes. 59. — § 9: Suet. Tib. 70. — § 10: cfr. Plin. VII 115. Isid. VI 5, 2. — § 11: Corn. Nep. Attic. 18, 5. 6.

3 saluittones *U cum Oudendorpio*. -nis **V***v*(*S*). faeuittoniſ **B**. saluitiones **d**. -nis **R**. salutiones *H*. -nis *C*. 4 dedecore **dTh***v.a.S*. 4. 5 inrepentes **R**(?)**T***H cum Gron*. -te *r***dh**. -tem (*praem.* notam *v*) *J*. 5 nomine **B**[1]. (*de dativo cfr. XIX 128. XXIX 74*). | pacem **V**. 8 exteret **R**. 10 non *ll.***dTh***cod. Poll.S*. nunc *J*(*U*). icones *D*. non solum *v*. | argentumue **B**[1]. | at *ego*. aut *ll.v*. 11 ducantur **VR**. | illi *v.a.S*. 12 qui immo **VR**. 13 traditi *v.a.Brot*. | sicuti **VR**. 14 deuenit **B**. id eu- *J coll. IX 159*. | quo *ll.v*. *an* utique? 15 qualeſ **BV**. 16 fuerint **B**. | polioniſ **B***S*. 17 re **d**[1]. rei **R**[2]**d**[2]. 17. 18 publicam *v*. -cae **V**. -ce **Rdh**. .p. **B**. 18 coeperunt **R**. 19 regeſ **B***v*. *om. r*. 20 amorem **B***G*(*S*). -re *rv*(*H*). | quosdam *Brot*. 21 et atticus **Rh***v.a.S*. | et M. **dh***v.a.U*. 22 benignissimo **Bd***v*. -me *r*. | uoluminum **B***v*. -nibus *r*. 22 *et* p. 232, 1 fecunditati etiam *ego*. -atium **B**[1]**VR**. -ati **B**[2]*S*. -ati hominum *D*. -antium (-ati *v*) non nominibus tantum **d***v*.

tati *etia*m septingentorum inlustrium aliquo modo imaginibus, non passus intercidere figuras aut vetustatem aevi contra homines valere, inventor muneris etiam dis invidiosi, quando inmortalitatem non solum dedit, verum etiam in omnes terras misit, ut praesentes esse ubique c*eu* di possent. et hoc quidem alienis ille praestitit.

12 **3.** (3) Verum clupeos in sacro vel publico dicare privatim primus instituit, ut reperio, Appius Claudius [qui consul cum P. Servilio fuit anno urbis CCLVIIII]. posuit enim in Bellonae aede maiores suos, placuitque in excelso spectari in titulos honorum legi, decora res, utique si liberum turba parvulis imaginibus ceu nidum aliquem subolis pariter ostendat, quales clupeos nemo non
13 gaudens favensque aspicit. (4) post eum M. Aemilius collega in consulatu Quinti Lutatii non in basilica modo Aemilia, verum et domi suae posuit, id quoque Martio exemplo. scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines, unde et nomen habuere clupeorum, non, ut perversa grammaticorum suptilitas voluit, a cluendo. origo plena virtutis, faciem reddi in scuto
14 cuiusque, qui fuerit usus illo. Poeni ex auro factitavere et clupeos et imagines secumque vexere. in castris certe

§ 12: cfr. Liv. X 19, 17. — § 13: cfr. Charis. p. 77, 20 K. Velius Longus p. 68, 11 K. Caper p. 97, 14 K. (Beck Plin. libr. dub. serm. rell. p. 62). — § 14: Liv. XXV 39, 13. 17.

1 ſeptingintorum **B**. | sed et aliquo **h***v.a.S.* 3 inuentor *ll.H.* -tione *B.* -ni *v.* | muneriſ **BT***v.* munquis **R**. mumqu- **V**¹. numqu- **V**². 3. 4 inuidiosi *ll.H.* -sus *B.* -sis *v.* 5 omniſ **B***SJ.* 6 ceu di *U cum M Hertzio.* cludi *ll.* credi **d**²*in ras.***h** (*praem.* et *Brot.*). et claudi (cludi *S*) *v*(*S*). |. lineis *coni. O Jahn.*
7 uerum **B***S.* suorum *r D.* suorum uero **dh***v.* | clupeoſ **B**¹*D.* clyp- **V***v.* clip- *r* (*Verc.*) *S.* (*item semper deinceps*). 9 *uncos posuit U cum Gesnero.* 12 liberorum **d**²*in ras.***h***v.a.S.* | turba *ll.G*(*S*). -bae *v.* *om.* **dT***H.* | paruulis *om.* **B**. 13 oſtendat **Bh***G.* -ant *rv.* 15 quintii **B**². | liitati **V**. 17 troianum **B**¹.
18 habere **R**. 20 plena **Bh***G.* -am *rv.* 21 eiuſque **B**²*Ven.* eius *D.* | ex **Bd***v.* et ex *r D.* 22 uexere. in castris *ego.* in castris uexere (**B***S.* uenere *r.* tulere **h***v*) *ll.***h***v.* *cfr.* *§ 5. XXXIV 48.*

captis talem Hasdrubalis invenit Marcius, Scipionum in Hispania ultor, isque clupeus supra fores Capitolinae aedis usque ad incendium primum fuit. maiorum quidem nostrorum tanta securitas in ea re adnotatur, ut L. Manlio, Q. Fulvio cos. anno urbis DLXXV M. Aufidius tutelae Capitolio redemptor docuerit patres argenteos esse clupeos, qui pro aereis per aliquot iam lustra adsignabantur.

(5) De picturae initiis incerta nec instituti operis 15
quaestio est. Aegyptii sex milibus annorum aput ipsos inventam, priusquam in Graeciam transiret, adfirmant, vana praedicatione, ut palam est; Graeci autem alii Sicyone, alii aput Corinthios repertam, omnes umbra hominis lineis circumducta, itaque primam talem, secundam singulis coloribus et monochromaton dictam, postquam operosior inventa erat, duratque talis etiam nunc. in- 16
ventam liniarem a Philocle Aegyptio vel Cleanthe Corinthio primi exercuere Ar*i*dices Corinthius et Telephanes Sicyonius, sine ullo etiamnum hi colore, iam tamen spargentes linias intus. ideo et quos pin*x*ere adscribere in-

§ 15: Isid. XIX 16, 2. Quintil. inst. or. X 2, 7. Philostr. vita Apoll. Tyan. II 22. — Strabo VIII 3, 12 p. 343. — § 16: cfr. Aelian. var. hist. X 10.

1 cap//tiſ **B**. -ptis eis **h** *v.a.S.* 2 spania **V**. scapanca **R**. | ulciorisque **VR**. 3 maiorem **VRh**. 3. 4 nostrorum **d** *v.* -trum **BVh***D*. nr̄am **R**. 4 ea re **Bdh***v*. aere **V**. ere **R**. | manlio **B**²*v*. -nilio *r*. | Q. **d***v*. que **B**. *om. r*. 5 conſulib. **B**. 5. 6 capitolio **B***S*. -li **V**. -lii **Rdh***v* (*an recte?*). 7 aereiſ **Bd***B*. -ris *rv*. aureis *D*. | aliquod **B**¹**V***D*. 8 incerta *om.* **R**. 10 transiret **B**²**dh***v*. -rent **B**¹. -sieret **V**. -ssieret **R**. 13 lineiſ **B***v*. -nteis *r*. | circumducta **Bh***v*. -dicta *r*. 14 e (*om.* et) monochromato **B** (*prob. U 764*). | dicta **V**. 15 operioſior **B**. | etiannunc **B**. etiamnum *v. a. G*. 16 liniarem (linea- **h***v*) *S*. -aurem **VRd**. -auro em **B**. | dicunt a **d***v.a.S.* | ſilocle **B**. pil- **R**. | aegypti **R**. | cleanthe **d**(?)*Bas*. -te *ll.v*. 16. 17 corinthio **B***v*. oriontio *r*. 17 exercuere **B**²*v*. exerque *r*. | Aridices *S cum Keilio*. arad- **B**. ard- *r v*. | et **dh***v*(*J*). *om. ll.U*. | telephanes **dh***v*. teliph- **B**. telepa- *r*. 18 etiamnum **dh***v*. -unc **VR**. ei annum **B**. *an* etiamtum? 19 pinxere *ego. cfr. XXXVII 119*. pingere *ll*. -rent *v*.

stitutum. primus in*l*evit eas colore testae, ut ferunt, tritae E*c*phantus Corinthius. hunc eodem nomine alium fuisse quam tradit Cornelius Nepos secutum in Italiam Damaratum, Tarquinii Prisci regis Romani patrem, fugientem
152 a Corintho tyranni iniurias Cypseli, mox docebimus.

17 (6) Iam enim absoluta erat pictura etiam in Italia. exstant certe hodieque antiquiores urbe picturae Ardeae in aedibus sacris, quibus equidem nullas aeque miror, tam longo aevo durantes in orbitate tecti veluti recentes. similiter Lanivi, ubi Atalante et Helena comminus pictae sunt nudae ab eodem artifice, utraque excellentissima forma, sed altera ut virgo, ne ruinis quidem templi con-
18 cussae. Gaius princeps tollere eas conatus est libidine accensus, si tector*i*i natura permisisset. durant et Caere antiquiores et ipsae, fatebiturque quisquis eas diligenter

---

§ 16 extr.: [cfr. Loewy Inschr. Gr. Bildh. 5]. — Corn. Nep. fragm. 35 Halm. (Cic. de rep. II 19, 34). — § 17: cfr. Plin. infra § 115. Serv. ad Verg. Aen. I 44. — § 18 extr.: cfr. Plin. XXXIII 115.

---

1 hũc *man. Dal.* | aueſ **Bh***v*(*Lugd.*)*S.* auis *r G*(*H*). 2 debuerant **Bh***v*(*Lugd.*)*S.* -rat *r G*(*H*). | et *om.* **B.** | friglina **B.** 4 zeuſidiſ **B***v.a.C.* 7 contulit **B***S.* constituit *rv.* 8 ſymmetrian **B***S.* -iam **Rdh***v.* -ia in **V.** 9 uenuſtatem **BR** *v*(*H*). -ustem **V.** uetustat- **d***Dal.* | artificum **Bd***v.* -cium *r. cfr. § 83.* 10 linis **V.** -neiſ **B**$^2$**Rd***v.a.S.* | picturae **B***S.* in pictura *rv.* 11 ſuptilitaſ **B***v*(*S*). sublimi- *rH.* 13 desinentes **V.** 14 includere *ll.v. cfr. XXXVI 31. an* condere? *cfr. § 127. 129.* 16 alia et *ego.* -iae **V**$^1$. -ia *rv.* | post se **V**$^2$**Rh***G.* post e **V**$^1$. //post/// **d.** posse *v.* ſponſe (-nte **B**$^2$) **B.** pone se *coni. J.* 18 pictura **B***G*(*S*). -ras **V.** -ris **dh***v*(*Brot.*). *om.* **R.** 19 & **B***S*(*J*). ut *U. om. rv.* | alias **VRh.** -ia **Bd***v.* | *dist. B. cum antecedd. iunxerunt v*(*SU*). | grapidis **Vdh.** 20 eiuſ **Bd***G. om. rv.* 22 daemonem *v.a.G.*

que ingenioso. ostendebat namque varium: iracundum
iniustum inconstantem, eundem exorabilem clementem
misericordem; gloriosum ...., excelsum humilem, ferocem
fugacemque et omnia pariter. idem pinxit et Thesea, quae
Romae in Capitolio fuit, et nauarchum thoracatum, et in
una tabula, quae est Rhodi, Meleagrum, Herculem, Persea;
haec ibi ter fulmine ambusta neque obliterata hoc ipso
miraculum auget. pinxit et archigallum, quam picturam 70
amavit Tiberius princeps atque, ut auctor est Deculo,
HS |$\overline{\text{LX}}$| aestimatam cubiculo suo inclusit. pinxit et
Thressam nutricem infantemque in manibus eius et Phi-
liscum et Liberum patrem adstante Virtute, et pueros
duos, in quibus spectatur securitas aetatis et simplicitas,
item sacerdotem adstante puero cum acerra et corona.
sunt et duae picturae eius nobilissimae, hoplites in cer- 71
tamine ita decurrens, ut sudare videatur, alter arma
deponens, ut anhelare sentiatur. laudantur et Aeneas
Castorque ac Pollux in eadem tabula, item Telephus,
Achilles, Agamemnon, Ulixes. fecundus artifex, sed quo
nemo insolentius usus sit gloria artis, namque et co-
gnomina usurpavit habrodiaetum se appellando aliisque

---

§ 70: cfr. Tzetz. chil. 8, 399. — Suid. s. v. οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. — § 71 med.: cfr. Plin. XXV 42. — Clearch. ap. Athen. XII 62 p. 543[d f].

---

1 ingeniose **V h**. | oſtendebat **B** *S*. debebat *r*. uolebat *v*. 2 incontinentem *O Jahn* (*Hermae II 248*). | exortabilem **V**. 3 *lac. ego indicavi; excidit fere* modestum. (gloriosum *uncis inclusit U cum O Jahnio*). 4 fugacemque **B d** *v*. fucemque *r*. | pariter **B** *S*. -iter ostendere *r v*. | & **B** *v*(*S*). et **R**[2]. e *r*. *om.* **d** *H*. | theſia **B**[1]. -iam *v.a.B*. | quae **B** *S*. qui *r v*. *cfr. § 60.* 5 nauarcum **V**. 6 rhod **B**[1]. -doſ **B**[2]. 7 flumine **B**[1]. flam- **B**[2]. | ambita **R**. 9 deculo **B** *S*. *cfr. index.* depulo **V**. de populo **R**. Decius *G*. Decius Eculeo *B*. Decius Epulo *v*. 10 |$\overline{\text{LX}}$| *J*. $\overline{\text{LX}}$ **B** *S*. LX *r v*. 11 threſſam **B** *S*. chre- *r*. cre- **d h** *v*. 12 uirtute *om.* **R**. 13 expectatur **V**. | aetatis et *U*. et aetatis *ll. G*(*J*). (et simplicitas aetatis *v*). 15 hopliteſ (po- **B**[2]) **B** *S*. -itites *r H*. -itides *v*. 17 hanelare **V**. -ellare **R**. | laudantur **B** *G*. -atur *r v*. 18. 19 elephuſ acile **R**. 20 uſuſ (uſ **B**[2]) ſit *ll. U*. et arrogantius sit usus *v*. 21 abrodia & uer **R**. -iaetum **h** *v.a.S*.

versibus principem artis et eam ab se consummatam, super omnia Apollinis se radice ortum et Herculem, qui est Lindi, talem a se pictum, qualem saepe in quiete vidisset,
72 et, *cum* magnis suffragiis superatus a Timanthe *e*sset Sami in Aiace armorumque iudicio, herois nomine se moleste ferre dicebat, quod iterum ab indigno victus esset. — (Pinxit et minoribus tabellis libidines, eo genere petulantis ioci se reficiens). —

73 Nam Timanthi vel plurimum adfuit ingenii. eius enim est Iphigenia oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura cum maestos pinxisset omnes praecipueque patruum et tristitiae omnem imaginem consumpsisset, patris ipsius voltum velavit, quem digne non poterat
74 ostendere. sunt et alia ingenii eius exempla, veluti Cyclops dormiens in parvola tabella, cuius et sic magnitudinem exprimere cupiens pinxit iuxta Satyros thyrso pollicem eius metientes. atque in unius huius operibus intellegitur plus semper quam pingitur et, cum sit ars summa, ingenium tamen ultra artem est. pinxit et heroa absolutissimi operis, artem ipsam complexus viros pingendi, quod opus nunc Romae in templo Pacis est.

---

§ 72 med.: Athen. XII 62 p. 543$^e$. Aelian. var. hist. IX 11. — Suet. Tib. 44. — § 73: Cic. or. 22, 74. Quintil. inst. or. II 13, 13. Val. Max. VIII 11, ext. 6.

---

1 uerſibuſ **B***S*. uerbis *rv*. 2 appolliniſ **BV**. 3 indi tatem **B**. | pictum̄ **B**. 4 et cū *ego*. ergo *ll.v*. | timanthe esset *ego*. -theſeſt **B**¹. -the (thimante **VR**) eſt *rv*. -the *G*. 5 *an* in *delendum?* 7 pinxit — 8 reficiens *ut alieno loco inserta uncis inclusi auctore Bergkio I 3*; *post* Ulixes (*p. 255, 19*) *transposuit U*. 7 et libidines (lipi- **V**¹**R**) **VRh**. 8 petulantibus **dh** (*praem.* et) *v.a.G*. | ioci *G*. -cis *cod.Poll.v*. loci **B**. -cis **Vdh**. *om*. **R**. 9 thimanti **d**. -ati **R**. thi////// **V**. | ingenii **Bh***v*. -niis *r*. 10 ephigenia **B**². | quae stante **V**. quē (quae est **h**) ante **Rh**. 11 ſpinxiſſet **B**. pincx- **V**. | praecipueque **B***S*. -pue *rv*. 12 patrē **B**. 13 uulgo **F**. 14 exempla **B***U*. -aria *rv*. 14. 15 cyclobſ **B**. 15 cū et **VR**. 16 ſaturoſ **B**¹. | thyrso *v*. thyſo **B**. -yrco **V**. thirco **R**. 17 mentientes **V**¹**d**. metiens **R**. 19 ultro **V**¹**Rd**. 21 est *om*. **B***SU*.

Euxinidas hac aetate docuit Aristiden, praeclarum arti- 75
ficem, Eupompus Pamphilum, Apellis praeceptorem. est
Eupompi victor certamine gymnico palmam tenens. ipsius
auctoritas tanta fuit, ut diviserit picturam: genera, quae
ante eum duo fuere — Helladicum et Asiaticum appella-
bant —, propter hunc, qui erat Sicyonius, diviso Hella-
dico tria facta sunt, Ionicum, Sicyonium, Atticum. Pam- 76
phili cognatio et proelium ad Phliuntem ac victoria
Atheniensium, item Ulixes in rate. ipse Macedo natione,
sed ..... primus in pictura omnibus litteris eruditus,
praecipue arithmetica et geometria, sine quibus negabat
artem perfici posse, docuit neminem talento minoris —
annuis ✱ D —, quam mercedem et Apelles et Melanthius
dedere ei. huius auctoritate effectum est Sicyone primum, 77
deinde in tota Graecia, ut pueri ingenui omnia ante gra-
phicen, hoc est picturam in buxo, docerentur recipere-
turque ars ea in primum gradum liberalium. semper

§ 75: cfr. infra § 98. supra § 64. XXXIV 61. — § 76: cfr. infra § 123. Suid. s. v. Πάμφιλος. Quintil. inst. or. XII 10, 6. — § 77: cfr. Plutarch. Arat. 13. Aristot. polit. VIII 2, 3. 6. 3, 2.

1 euximidas **R**. euxeni- **h** *G*. 2 eupomphuſ **BV**. 3 cymnico **V**. 4 picturam *ego*. -ra in **V**. -ras in **h**. -ram in *rv*. | *dist. ego*. | genera tria **d**(?)*v.a.U*. 5 helladicum **B***v*. helia- *r*. | aſiaticum (ticum *in ras.*) **B***v*(*S*). asiticum quod asiaticum (-con **V**) *r*. quod asiaticum *G*. 6 deuſo **B**. dimisso *B*. 7 lonicum **BV**. 7. 8 pamphilo **R**. 8 cognatio *ll.H.* (*cfr.* § *136*). pictura est cognatio *v*. *an* cognationem celebrant (*propter accusativos sequentes in* **B**)? | ad philimitem **h**. -liuntem *v.a.B*. ampliantē **B**[2]. | uictoriam **B**. 9 ulixem **B**. (ulysses **dh**(?)*H*). | nationis **R**. 10 *lac. ego indicavi; exciderunt fere* educatus Sicyone et. *cfr. etiam* § *114 extr.* 11 arithmeticae (-heme- **V**[1]) **V**. -ce **Rdh***v.a.S.* | geometrice **dh** *v.a.S.* 12 *dist. ego.* 13 annuis *ll.S.* -uo *Brot.* annis *v.* | ✱ D **BV***S*. D **Th**. *om.* **R***Brot.* dta **d**. decem *v.* (*dist. D*). | ei (*pro* et *ante* Apelles) **d**(?)*H*. | melantius **V***v.a.C.* merent- **R**.
14 ei **B***S*. et *rv*. (*dist. S*). 15 in **B***S*. et in *rv*(*D*). | omnia ante (**B**. -ti *r*) *ll.S.* ante omnia *v*. omnes artem *C F Hermann.* (*an* omissā ante?). 15. 16 graficen **B**. diagraphicen *G*. antigr- *v.a.B.* 16 hoc est picturam *uncis inclusit U.*
16. 17 reciperenturq. (-quae **V**) **BV**. 17 ass **V**. poſt **B**.
17 *et* p. 258, 1 *an* semperque idem?

quidem honos ei fuit, ut ingenui eam exercerent, mox ut honesti, perpetuo interdicto ne servitia docerentur. ideo neque in hac neque in toreutice ullius, qui servierit, opera celebrantur.

78 Clari et centesima septima olympiade exstitere Aetion ac Therimachus. Aetionis sunt nobiles picturae Liber pater, item Tragoedia et Comoedia, Semiramis ex ancilla regnum apiscens, anus lampadas praeferens et nova nupta verecundia notabilis.

79 Verum omnes prius genitos futurosque postea superavit Apelles Cous olympiade centesima duodecima. picturae plura solus prope quam ceteri omnes contulit, voluminibus etiam editis, quae doctrinam eam continent. praecipua eius in arte venustas fuit, cum eadem aetate maximi pictores essent; quorum opera cum admiraretur, omnibus conlaudatis deesse illam suam venerem dicebat, quam Graeci χάριτα vocant; cetera omnia contigisse, sed hac
80 sola sibi neminem parem. et aliam gloriam usurpavit, cum Protogenis opus inmensi laboris ac curae supra modum anxiae miraretur; dixit enim omnia sibi cum illo paria esse aut illi meliora, sed uno se praestare, quod

---

§ 78: cfr. supra § 50. Lucian. de merc. cond. 42. — § 79 extr.: Quintil. inst. or. XII 10, 6. — § 80 med.: Cic. or. 22, 73. — Vitruv. VII praef. 14 (?). Diog. Laert. IV 18. — cfr. infra § 107.

---

1 eam *om.* **d**(?)*HBrot.* 2 honeſtiſ **B**. | ſeruitia **Bd***v*. -tio **Vh**. -tione **R**. 3 id **B**. | in hanc **V**. hanc **R**. | uilius **VR**. 5 etiam **h***v.a.J.* | aetion **B***S*. etion *r*. echion **h***v*. *cfr.* § *50.* 6 et **d**(?)*v.a.S.* | terimachus **R**. | actionis **h**. eti- **d**. echi- *v.a.S.* 7 tragydia **B**[1]. -gedia **B**[2]. | & (*pro* ex) **B**. 8 apiscens **V***S*. aſpicenſ **B**[1]. -cienſ **B**[2]. adipiscens **Rdh***v*. 10 uerum **B***G*(*U*). -um et *rv*(*S*)*J*. 11 couſ **Bh***H*. caus **V**. coes **R**. eo usque *v*. | centesima *om.* **B**. | picturae *ll.H.* in pictura prouectus ut *v*. 12 prope quam **Bh***v*. -pinquam *r*. | contulerit *v.a.H.* 14 uetustas **R**. 16 collaudatis **d***v.a.S.* conlauiatis **VR**. | illam ſuam **B***S*. sillam uam **V**[1]. sillam **V**[2]**R**. iis unam illam (*del. H*) *v*. | uenustatem *Fröhner mus. Rhen. 47 p. 293.* gratiam *Quintil.* 17 haec **V**. hoc **d**. 18 ſola **B***S*. -li *rv*. 19 protogeneſ **B**. | curā **B**[2]. core **V**. 20 anxie **V**. -iam **B**. 21 pari **R**. | eſſe **Bdh***v*. ei se **V**[1]. est **V**[2]**R**.

manum de tabula sciret tollere, memorabili praecepto nocere saepe nimiam diligentiam. fuit autem non minoris simplicitatis quam artis. Melanthio dispositione cedebat, Asclepiodoro de mensuris, hoc est quanto quid a quoque distare deberet.

Scitum inter Protogenen et eum quod accidit. ille 81
Rhodi vivebat, quo cum Apelles adnavigasset, avidus cognoscendi opera eius fama tantum sibi cogniti, continuo officinam petiit. aberat ipse, sed tabulam amplae magnitudinis in machina aptatam una custodiebat anus. haec foris esse Protogenen respondit interrogavitque, a quo quaesitum diceret. ab hoc, inquit Apelles adreptoque penicillo lineam ex colore duxit summae tenuitatis per
tabulam. et reverso Protogeni quae gesta erant anus in- 82
dicavit. ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem dixisse Apellen venisse, non cadere in alium tam absolutum opus; ipsumque alio colore tenuiorem lineam in ipsa illa duxisse abeuntemque praecepisse, si redisset ille, ostenderet adiceretque hunc esse quem quaereret. atque ita evenit. revertit enim Apelles et vinci erubescens tertio colore lineas secuit nullum relinquens amplius subtilitati locum. at Protogenes victum se confessus 83
in portum devolavit hospitem quaerens, placuitque sic

---

1 unū **R**. manum ille *v. a. S.* | ſciret **B** *S.* non sc- *r H.* nesc- *v.* 1. 2 praeceptores docere **R**. 2 diligentiae **V**. -ie **R**. 3 melanthio **B** *Brot. e Quintil.* miamphio *r.* amphioni *v.* | de dispositione **h** *v. a. D.* | adebat **R**. 4 de *fortasse delendum. an potius* dimensuris (*ut* dimetiens *II 86. 87*)? *quippe noviciam vocem et inusitatam Plinius ipse putavit egere explicatione.* | quo **d**(?)*v. a. S.* 5 debet **R**. 6 ſcitum **B** *U.* -tum est *r v*(*D*). | protogene nec **VR**. | e (*pro* ille) **B**[1]. *del.* **B**[2].

7 uidebat **VR**. | quod **B**[1]**V**. *cfr. XXXIV 115.* 10 una **B** *S.* picturae una *r v*(*D*). *an* picturae nouae? | unus **V**. 12 arreptoque **V**[2]**R** *v. a. S.* erep- **B**. 13 liniam **B** *S.* *an* ex colore lineam? *cfr. § 89.* 14 et *ll. U D.* *del. v.* 15 contemplatum (-pta- **B**) **B h** *v.* -tam *r.* -ta **d**. 15. 16 ſubtilitate **B d**. 16 apellem **d h** *v. a. S.* appellen **BV**. 17 liniam *S* (*ut infra semper*). 19 qua diceret qui **V**. 20 & **B** *S.* sed *r v.* 22 ſubtilitati **B d** *v.* -atis **V**[2]**h**. -atem *r.* | ad **B**[1].

eam tabulam posteris tradi omnium quidem, sed artificum praecipuo miraculo. consumptam eam priore incendio Caesaris domus in Palatio audio, spectatam *Rhodi* ante, spatiose nihil aliud continentem quam lineas visum effugientes, inter egregia multorum opera inani similem et eo ipso allicientem omnique opere nobiliorem.

84 Apelli fuit alioqui perpetua consuetudo numquam tam occupatum diem agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem, quod ab eo in proverbium venit. idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus atque, ipse post tabulam latens, vitia quae notarentur auscultabat, vulgum
85 diligentiorem iudicem quam se praeferens; feruntque reprehensum a sutore, quod in crepidis una pauciores intus fecisset ansas, eodem postero die superbo emendatione pristinae admonitionis cavillante circa crus, indignatum prospexisse denuntiantem, ne supra crepidam sutor iudicaret, quod et ipsum in proverbium abiit. fuit enim et comitas illi, propter quam gratior Alexandro Magno fre-
7,125 quenter in officinam ventitanti — nam, ut diximus, ab alio se pingi vetuerat edicto —, sed in officina imperite multa disserenti silentium comiter suadebat, rideri eum
86 dicens a pueris, qui colores tererent. tantum erat auctori-

---

§ 85: Val. Max. VIII 12 ext. 3. — Plutarch. de adul. et am. 15. de tranqu. an. 12. — § 86: cfr. Lucian. imag. 7.

---

1 artificium **VRh**. *cfr. § 67.* 2 eam constat *v.a.H.* | priore **BT***v*. -rem *r*. 3 audio **BdT***H*. -di *r*. auide **h***v*. | rhodi *ego. de mendo cfr. § 101 init.* (*an potius* orbi *vel* urbi, *ut III 17?*). nobis *ll.S.* a nobis **h***v*. olim *H cum Gron. uncis inclusit U e coni. S.* | tanto *HBrot. cum P.* 4 ſpatioſe **B**[1]**VdT***S*. -iore **R**. -io. ſed **B**[2]. -io *H cum P.* -iosiore amplitudine **h***v*. *cfr. nota ad XXV 92.* | quam **BdTh***v*(*U*). quam in *r*. quam m *S cum Gron.* | liniaſ **BR***S*. 6 alligientem **B**[1]. callici- **V**. 7 apelle **VR**. | alioquin **B**[2]*v.a.H.* 8 occupatam **Bd**(?)*v.a.S.* 11 aut ſcultabat **B**[1]. 12 diligentiorum **V**. | quem **B**[1]. 13 a **Bh***v*. *om. r.* | crepidiſ una **B***v*. -dini sunt (s̄ **R**) a (*om.* **d**) *r***dh**. 14 ſuperbo **B***G*. -be *v*. -er uocem *r*. | emendatione **BR***G*. -onem **Vdh***v*. 16 crepidem **B**[1]. 18 magno erat *v.a.S.* (*sqq. dist. S*). 19 uen/titati// **B**[1]. 21 disserente **Vdh**. 22 *et* p. 261, 1 auctoritatis et *v.a.G.*

tati iuris in regem alioqui iracundum. quamquam Alexander
honorem ei clarissimo perhibuit exemplo. namque cum
dilectam sibi e pallacis suis praecipue, nomine Pancaspen,
nudam pingi ob admirationem formae ab Apelle iussisset
eumque, dum paret, captum amore sensisset, dono dedit
*ei*, magnus animo, maior imperio sui nec minor hoc facto
quam victoria alia, qu*i*a ipse se vicit, nec torum tantum 87
suum, sed etiam adfectum donavit artifici, ne dilectae quidem respectu motus, cum modo regis ea fuisset, modo
pictoris esset. sunt qui Venerem anadyomenen ab illo
pictam exemplari putent. Apelles et in aemulis benignus
Protogeni dignationem primus Rhodi constituit. sordebat 88
suis, ut plerumque domestica, percontantique, quanti liceret opera effecta, parvum nescio quid dixerat, at ille
quinquagenis talentis poposcit famamque dispersit, se
emere, ut pro suis venderet. ea res concitavit Rhodios
ad intellegendum artificem, nec nisi augentibus pretium
cessit.

Imagine*s* adeo similitudinis indiscretae pinxit, ut — incredibile dictu — A p i o grammaticus scriptum reliquerit, quendam ex facie hominum divinantem, quos

---

1 alioquin **B**²*v.a.H.* 2 ei **Bd***H.* et *r.* (ei honorem *v*). | praebuit **d**(?)*v.a.Brot.* 3 dilecta **V.** | e **B***S.* ex *rv*(*D*). | pallagiſ **B**². | praecipuam **B.** | pancaſpen **B***J.* -sten *S cum Perizonio ad Aeliani var. hist. XII 34.* campaspen **Rdh***v*(*H*). -spem **V***Dal.* 5 captam **V.** 6 ei *S cum J.* et *ll.* eam *v.* (eam dedit *G*). | imperii **R.** 7 alia quia *ego* (*et MHertz*). *de mendo cfr. XXXVII 121.* alia qua **B.** aliqua *rv*(*J*). alia *U.* | ipſe **B***UJ.* quippe *rv*(*D*). | lorum **B.** 8 dilecte **V.** -ti **B.** 9 respectum **V.** | cum **BdTh***S.* com **R.** quo **V.** ut quae *v.* | ea *del. v.a.S.* | modo *ll.v.* *an* mox? 10 anadyomene **Vd.** | ab **B***S. om. rv.* 11 exemplario **B.** (o *fortasse ortum ex* ēē = esse). | putent **Bd***S.* -tant *rv.* 13. 14 licerent *U e coni. S.* licitaretur *v.a.H. cfr. XII 123.* (*XVII 6*). 14 parum **B.** | quod **V.** | illa **R.** 16 et (*pro* ut) **VR.** | conciauit **Vd.** 19 imagines *G*(*S*). -nem *ll.H.* -num *v.* (*an* imagines idem?). | similitudines **V***v.a.G.* -ni **R.** | indiscretae (pid- **R**) *ll.G.* -te *v.* 20 dictum **B.** | appio **VR.** -ion (apion *G*) *v.a.S.* 21 hominum **B***v.* -nem *r.* | a (*del.* **V**²) diuinamtem **V.** addiuinantem **Rdh***v.a.S.*

metoposcopos vocant, ex iis dixisse aut futurae mortis
·89 annos aut praeteritae *vitae.* non fuerat ei gratia in comi-
tatu Alexandri cum Ptolemaeo, quo regnante Alexandriam
vi tempestatis expulsus, subornato fraude aemulorum plano
regio invitatus, ad cenam venit indignantique Ptolemaeo
et vocatores suos ostendenti, ut diceret, a quo eorum in-
vitatus esset, arrepto carbone extincto e foculo imaginem
in pariete delineavit, adgnoscente voltum plani rege in-
·90 choatum protinus. pinxit et Antigoni regis imaginem altero
lumine orba*ti* primus excogitata ratione vitia condendi;
obliquam namque fecit, ut, quod deerat corpori, picturae
deesse potius videretur, tantumque eam partem e facie
ostendit, quam totam poterat ostendere. sunt inter opera
eius et exspirantium imagines. quae autem nobilissima
·91 sint, non est facile dictu. Venerem exeuntem e mari divus
Augustus dicavit in delubro patris Caesaris, quae anadyo-
mene vocatur, versibus Graecis ta*nt*opere dum laudatur,
*aevis* vict*a*, sed inlustrat*a*. cuius inferiorem partem cor-
ruptam qui reficeret non potuit reperiri, verum ipsa in-
iuria cessit in gloriam artificis. consenuit haec tabula

§ 90: Quintil. inst. or. II 13, 12. — § 91: Strabo XIV 2, 19 p. 657 extr. — anthol. Planud. IV 178—182. (cfr. Petron. 83 init.).

1 metopoſcopoſ $B^2$h*B*. -poſcoſ $B^1$. -pus *v*. metocopos *r*. | hiiſ $B^2$. his **VR**. 2 uitae *D cum Brunnio* (*hist. artif. Graec. II 224*). *om. ll.v.* 3 cum **B***v*. *om. r.* | ptolemae $R^2$. -lomae **V**$R^1$. -aeo *v.a.C.* | que $V^2$. 4 ſubornatv $B^2$. -ta $V^2$**R**. 5 inuitatu $B^2$. 6 oſtendenti ut **Bd***v*. -dunt aut *r*. 7 abrepto $B^1$. are- **V**. | e *om.* **B**. 8 deliniauit **B***S*. 8. 9 inchoatum **B***S*. ex inchoato *rv*. 10 orbati *ego*. -am *ll.v.* | prius **Rh***ed.princ.Brot.* | excogitatam **V**. 11 corporis **R**. 12 potius. deesse *v.a.S.* (*an vero* adesse potius?). | tantumque **Bh***v*(*G*). laniu- **Vd***B*. lamu- **RT**. | e **BT***G*. a *rv*. | facſe $B^1$. 14 & **B***G*. *om. rv*. 15 dictum $B^1$. -ta $V^1$. 17 tantopere *Fröhner mus. Rhen. 47 p. 293*. tali opere *ll.v.* (*cfr. XVIII 74. XVII 34*). | aeuo dum *Müller emend. V 18*. 18 aeuis *ego. cfr. XVI 6. 43. XIV 9. XXIV 17.* (*Pliniana p. 31*). *om. ll.v.* non *Brot.* | uicta *v*. -to *ll.B*. inuicto *Schneidewin*. uitio *Fröhner*. sed *ll.v.* est *Fröhner*. | inlustrata *v* (*Fröhner*). -ato *ll.B*. | huius *v.a.S.*

carie, aliamque pro ea substituit Nero in principatu suo Dorothei manu. Apelles inchoaverat et aliam Venerem 92
Coi, superaturus etiam illam suam priorem. invidit mors peracta parte, nec qui succederet operi ad praescripta liniamenta inventus est. pinxit et Alexandrum Magnum fulmen tenentem in templo Ephesiae Dianae viginti talentis auri. digiti eminere videntur et fulmen extra tabulam esse — legentes meminerint omnia ea quattuor coloribus facta —; manipretium eius tabulae in nummo aureo mensura accepit, non numero. pinxit et megabyzi, 93
sacerdotis Dianae Ephesiae, pompam, Clitum cum equo ad bellum festinantem, galeam poscenti armigerum porrigentem. Alexandrum et Philippum quotiens pinxerit, enumerare supervacuum est. mirantur eius Habronem Sami; Menandrum, regem Cariae, Rhodi, item Antaeum; Alexandreae Gorgosthenen tragoedum; Romae Castorem et Pollucem cum Victoria et Alexandro Magno, item Belli imaginem restrictis ad terga manibus, Alexandro in curru triumphante. quas utrasque tabulas divus Augustus in 94

---

§ 92: Cic. de off. III 2, 10. ad fam. I 9, 15. — Plutarch. Alex. 4. Cic. Verr. IV 60, 135. — § 93 extr.: cfr. Verg. Aen. I 295 et Servius ad h. l.

---

1 in *cod. Burbon. om. ll. v. cfr. Frobeen p. 74.* 2 et *om. v. a. S.* 3 cui **V**. cois **R** *v. a. S.* | etiam **VRdh** *v*(*D*). famam **B** *SJ.* -ma *U.* | mores **V**. 4 opera **B**$^1$. 6 in templum **Vh**. *om.* **R**. 7 auri **Bd** *e corr. v.* -ri ar **V**. auiar **R**. 8 sed legentes **T**(?)*v. a. H.* 9 facta **B** *G. om. r.* constare *v.* | manipretium (-nupr- **B**$^2$) eiuſ **B** *G*(*S*). *om. r H.* immane *v*(*Brot.*). | tabulae *ll. G*(*S*). -lae pretium *v*(*H*). | in nummo **BVdT** *Lugd.*(*S*). immane **R**. in numero **h** *G*$^2$. in *G*$^1$. *om. v.* 10 aureo *ll. G*$^2$(*S*). -ro *G*$^1$. -reos *v*(*H*). | menſuram **BdT**. | megabyzi **dh** *B.* -yxi **B**. -alysi *v.* migabyxi *r. cfr. § 132.* 11 ſacerdotiſ **B** *v.* -tes *r.* | clitum (gli- **B**) cum **B** *S.* cliticum *r.* cliducum *B.* clitum *Ven.*(*H*). clytum *v*(*C*). | equo **B** *v.* quod *r.* 12 et ei galeam *v. a. H.* 12. 13 *an* armigero porrigente? 14 ſuperuacum **B**. | miratur **VR**. | habronem **BT** *S.* abr- **dh** *v.* -nen *r.* 15 samii et *v. a. S.* | regi **B**. | icariae **B**. charie **Vd**. | rhodi **B** *S.* -do *r.* -dii *v.* | antaeum **B** *U.* ancae- **Rh** *G.* ance- **Vd** *v.* 16 tragydum **B**$^1$. *cfr. § 78. 106.* 17 pollucen **B**. | uictoria et **VRdh** *v.* -riam **B**$^1$. -ria **B**$^2$. 18 reſtrictiſ **Bd** *v.* rescriptis *r.*

fori sui celeberrimis partibus dicaverat simplicitate moderata; divus Claudius pluris existimavit utrisque excisa Alexandri facie divi Augusti imagines addere. eiusdem arbitrantur manu esse et in *Di*anae templo Herculem aversum, ut, quod est difficillimum, faciem eius ostendat verius pictura quam promittat. pinxit et heroa nudum
95 eaque pictura naturam ipsam provocavit. est et equus eius, sive fuit, pictus in certamine, quo iudicium ad mutas quadripedes provocavit ab hominibus. namque ambitu praevalere aemulos sentiens singulorum picturas inductis equis ostendit: Apellis tantum equo adhinnivere, idque et postea semper evenit, ut experimentum artis illud osten-
96 taretur. fecit et Neoptolemum ex equo adversus Persas, Archelaum cum uxore et filia, Antigonum thoracatum cum equo incedentem. peritiores artis praeferunt omnibus eius operibus eundem regem sedentem in equo et Dianam sacrificantium virginum choro mixtam, quibus vicisse Homeri versus videtur id ipsum describentis. pinxit et quae pingi non possunt, tonitrua, fulgetra fulguraque;
97 Bronten, Astrapen et Ceraunobolian appellant. — Inventa

---

§ 95: cfr. Aelian. var. hist. II 3. nat. an. IV 50. — § 96: Homerus ζ 102 sq. — cfr. Philostr. imag. 1, 14 init.

---

2 pluris **R***v*. -res **V**[2]. -ra **Bd**. pure **V**[1]. | utrique **B***D*. | exciſſa **B**[1]. 3 imagineſ **Bh***v*(*S*). -neas **Vd**. -nem **R***B*. | addere **B***S*. dedere *rv*. subdere *B*. 4 manum **B***J*. (*an ortum e* manuuſ?). *cfr. § 66. 91. XXXVI 26. 28.* | dianae *D cum Prellero* (*myth. Rom. 284 n. 1*). annae **B***S*. antoniae *rv*(*U*). 5 ostendit **VR**. 6 heroanum dum **V**. 7 natura ipsa **VR**(*v.a.B*). 8 quo **B***S*. quod *rv*. 9 quadripedeſ **B**[1]**V**[1]*J*. quadrup- *rv*. *cfr. § 133.* 10 inductiſ **Bd***v*. -tas *r*. 12 euenit ut **B***S*. uinis *r*. illius **d***v*. | illud *del. v.a.S.* 12. 13 ostentatur **d**(?)*v.a.S.* 13 & **Bdh***v*. ei *r*. | *an* pugnantem ex? *cfr. VII 202. post* Persas *lac. indicavit U.* | quo **R**. 14 thorachatum **B**. 16 euntem **B**[1]**Vd**. | ////// in **B**. *om.* **R**. | eo equo **B**[1]. | & **B***S*. *om. rv*. 18 uideretur **Vh**. | pingit et **V**[1]**Rd**. 19 fulgetra **B**[2]*v*(*S*). -traſ **B**[1]. -tra et **dT**. -gura **Rh***Brot.* -gora **V**. *del. H.* | fulgura **BT***v*(*S*). -gora **d**. -gera **V**[1]**R**. *del.* **V**[2]. -getra **h***H*. | que **RTh***v*. qu/// **B**[1]. quae **B**[2]**d***S*. *de* **V** *non constat.* 20 & **B***U*. *om. rv*(*J*). | ceraunobolian *H*. -liam **B**. -lon *v*. ceranobtitan **R**. -bcitan **V**.

eius et ceteris profuere in arte; unum imitari nemo potuit, quod absoluta opera atramento inlinebat ita tenui, ut id ipsum, *cum* repercussum claritatis colorum *omn*ium excitaret custodiretque a pulvere et sordibus, ad manum intuenti demum appareret, sed et *l*um*inum* ratione magna, ne claritas colorum aciem offenderet veluti per lapidem specularem intuentibus et e longinquo eadem res nimis floridis coloribus austeritatem occulte daret.

Aequalis eius fuit Aristides Thebanus. is omnium 98
primus animum pinxit et sensus hominis expressit, quae vocant Graeci ἤθη, item perturbationes, durior paulo in coloribus. huius opera ..... oppido capto ad matris morientis ex volnere mammam adrepens infans, intellegiturque sentire mater et timere, ne emortuo *e* lacte sanguinem lambat. quam tabulam Alexander Magnus transtulerat Pellam in patriam suam. idem pinxit proelium 99
cum Persis, centum homines tabula ea conplexus pactusque in singulos mnas denas a tyranno Elatensium Mnasone. pinxit et currentes quadrigas et supplicantem paene

---

§ 97: cfr. supra § 42. — § 98: cfr. supra § 74. — anthol. Gr. II 251, 1. Palat. VII 623. — § 99 extr.: cfr. supra § 24. Strabo VIII 6, 23 p. 381.

---

1 et *om.* **R**. | artē **R**. 3 ipsum, cum *ego*. ipsum *ll.v.* | repercuſſum **B**$^1$. -ussu (-ursu **V**) *rv*. | claritatiſ **Bh***S*. -tes *rv*. | colorum **VRdh***G*. -rem **B***S*. oculorum *v*. | ōnium *ego*. aluum **B**$^1$. alium **B**$^2$*S*. *om. rv*. album *Traube*. 5 intuenti & **B**. (*an ortum ex* intuentib.?). et *ante* ad manum *transposuit U*. | et luminum *ego*. (*cfr. XXXIII 159. 160*). etium **B**$^1$. et cum *rv*(*S*). *cfr. XXVIII 53*. et tum *B*. etiam **B**$^2$*Sellers*. 7 & e **B***S*. e *rv*. | eodem **B**. et eadem *v.a.S*. 10 primum **V**$^1$**R**. | census **VR**. 11 greci **B**. -ce **V**$^2$. gregi **V**$^1$. | ethe **Rd***v*. hethe **B**. ethae **V**$^1$. pathae **V**$^2$. | idem **V**$^1$**h**. id est **V**$^2$. | turbationis **V**. | pallor **B**. 12 opera **B***UJ*. pictura *rv*(*S*)*D*. -ra est *C*. | *lac. ego indicavi; exciderunt fere* cetera longe superat. *cfr. § 96. 102 al.* 13 inans **V**$^1$. inanis **V**$^2$. 14 matre **V**. | e lacte *ego*. flacte **B**$^1$. lacte **B**$^2$**d***v*. facta *r*. 14. 15 ſanguinem **Bdh***v*. -ne *r*. 16 pellan **B**. | inde (*pro* idem) **B**. 17 hominis **Vh**. | tabula ea **B***S*. -lae (-le **R**) *r*. ea tabula *v*. 18 mnas **Vdh***v*. minaſ **B***S*. omas **R**. *cfr. § 107. XXI 185*. | elatenſium **B***v*. flate- **R**. flatie- **Vdh**.

cum voce et venatores cum captura et Leontion Epicuri et anapauomenen propter fratris amorem, item Liberum et Ariadnen spectatos Romae in aede Cereris, tragoedum
100 et puerum in Apollinis, cuius tabulae gratia interiit pictoris inscitia, cui tergendam eam mandaverat M. Iunius praetor sub die ludorum Apollinarium. spectata est et in aede Fidei in Capitolio senis cum lyra puerum docentis. pinxit et aegrum sine fine laudatum tantumque arte valuit, ut Attalus rex unam tabulam eius centum talentis emisse tradatur.

101 Simul, ut dictum est, et Protogenes floruit. patria
81 ei Caunus, gentis Rhodiis subiectae. summa paupertas initio artisque summa intentio et ideo minor fertilitas. quis eum docuerit, non putant constare; quidam et naves pinxisse usque ad quinquagensimum annum; argumentum esse, quod cum Athenis celeberrimo loco Minervae delubri propylon pingeret, ubi fecit nobilem Paralum et Hammoniada, quam quidam Nausicaan vocant, adiecerit parvolas naves longas in iis, quae pictores parergia ap-

§ 100 extr.: Strabo VIII 6, 23 p. 381. Plin. VII 126. — § 101: Pausan. I 3, 5. — extr.: Cic. Verr. IV 60, 135. (Plin. VII 207).

1 leontion epicuri **B***S*. *cfr. § 144*. -ione (-io **R**) picturi *r*. -ionem pictori (-rem *v*) **h***v*. 2 propter fratris amorem *post* uoce (*v. 1*) *transposuit U*, *post* Ariadnen (*v. 3*) *Dilthey mus. Rhen. 25 p. 151* (*cfr. 26 p. 283*). | liberum patrem **Rd**(?)*v. a. S* (*ut constanter locis 38 praeter § 140 et IV 25*). 3 ariadnen **VRh** *v*(*D*). artamenen **B***S*. artom- *Dilthey*. arianen **d**. | caereriſ **B**.
4 interit **V**. 5 eam *om.* **R**. 7 imago senis **R**(?)*v. a. S.* | docentes **V**. 8 tantumque **B***S*. que **Rh**. quae **V**. qua **d**. qua in *v*. | arte tantum *v. a. S.* 9 talentis **B**[2]**dh***v*. -tum *r*.
11 ſic ſimul **B**. (*an* huic *vel* ei simul?) 12 ei caunuſ **B***B*. ſi caunus **h**. phic- *v*. frica (afr- **V**[2]) unus *r*. | gendis **V**. | rhodiiſ **B***v*. obi/// **R**. obi **Vdh**. | ſubiectae **B***v*. -biecia **R**. -blecia **Vd**. -bletia **h**. 13 inuentio **R**. | deo **V**[1]. dō̃ **R**.
17 propylon **BV***U coll. XXXVI 32*. -pilon **Rd**. -pylaeon **h**(?)*B*. popyleon *v*. | paralum **dh***v*. phara- **B**. parha- **V**. parba- **R**.
18 hammoniada **Bh***H*. -dam **R***v. a. B*. hamo- **V**. hemionida *B*. | nausicaan *S*. -cān **B**. -cam *rv*. -caam **dh**(?)*G*.
19 is **V**[1]. his **V**[2]. | parergia *ll. J*. -ga **h***v*.

pellant, ut appareret, a quibus initiis ad arcem ostenta-
tionis opera sua pervenissent. palmam habet tabularum 102
eius Ialysus, qui est Romae dicatus in templo Pacis.
cum pingeret eum, traditur madidis lupinis vixisse, quo-
niam *sic* simul et famem sustineret et sitim nec sensus
nimia dulcedine obstrueret. huic picturae quater colorem
induxit *ceu* tr*i*a subsidia iniuriae et vetustatis, ut dece-
dente superiore inferior succederet. est in ea canis mire
factus, ut quem pariter et casus pinxerit. non iudicabat
se in eo exprimere spumam anhelantis, cum in reliqua
parte omni, quod difficillimum erat, sibi ipse satisfecisset.
displicebat autem ars ipsa: nec minui poterat et vide- 103
batur nimia ac longius a veritate discedere, spumaque
pingi, non ex ore nasci. anxio animi cruciatu, cum in
pictura verum esse, non verisimile vellet, absterserat sae-
pius mutaveratque penicillum, nullo modo sibi adprobans.
postremo iratus arti, quod intellegeretur, spongeam inpegit
inviso loco tabulae. et illa reposuit ablatos colores qua-
liter cura optaverat, fecitque in pictura fortuna naturam.
hoc exemplo eius similis et Nealcen successus spumae 104

§ 102: Cic. Verr. IV 60, 135. orat. 2, 5. Strabo XIV 2, 5 p. 652. — § 104: Val. Max. VIII 11, 7. — cfr. Plin. VII 126.

1 appareret **Bd***v*. -aret *r*. 1. 2 artis ostentationem *Rochette*. 2 palmam **Bh***v*. al- *r*. | hab& **Bh***v*. -ent *r*. 3 ialyſuſ **Bd***v*. talisus *r*. 4 madildiſ **B**[1]. madid **Vh**. | uixiſſe **B***v*. pinx- **Rdh**. pincx- **V**. 4. 5 quo *Traube*. 5 sic simul *ego*. *cfr*. *§ 101 init*. (**B**). simul *ll.v*. | sustiner& *ll*. -rent *v*. | nec **VRh***U*. & **B**. ne **d***v*. 6 obſtruer& **Bh***v*. -rent *rU*. 7 ceu tria *ego*. contra *ll.v*(*S*). *del. B*. contrahens *U*. *de mendo cfr. XVII 201*. | subsidia *ll.v*(*Brot*.). -dio *B*. obsidia *D cum Gron*. · 7. 8 decidente **B**. *an recte? sed cfr. XVII 107*. 9 & caſuſ **B***S*. casus *rH*. casus et ars *v*. ars et casus *Weil*. 10 anhelantis *ll.v*(*Brot*.). -tis posse *C*. 12 parſ **B**. 13 ſpuma. quae **B**. 14 pingi **B***S*. illa pingi *rv*(*D*). 15 ueri similem uellet **h**. -lem eſſ& **B**. 17 intellegeretur **B***v*. -egitur **V**. -igitur **Rdh**. | spongeam *S*. -geam (-giam **V***v*) eam *ll.v*. 18 in ipſo loco **B**. | & **B***G*. ex *rv*. *an* ecce? | illaque *v.a.G*. 20 succensus **R**. | ſpumae **B***S*. in spuma (-me *r*) *rv*.

equi similiter spongea inpacta secutus dicitur, cum pin-
102 geret poppyzonta retinentem eum. ita Protogenes monstravit et fortunam. propter hunc Ialysum, ne cremaret tabulam, Demetrius rex, cum ab ea parte sola posset Rhodum capere, non incendit, parcentemque picturae fugit
105 occasio victoriae. erat tunc Protogenes in suburbano suo hortulo, hoc est Demetrii castris, neque interpellatus proeliis incohata opera intermisit omnino nisi accitus a rege, interrogatusque, qua fiducia extra muros ageret, respondit scire se cum Rhodiis illi bellum esse, non cum artibus. disposuit rex in tutelam eius stationes, gaudens quod manus servaret, quibus pepercerat, et, ne saepius avocaret, ultro ad eum venit hostis relictisque victoriae suae votis inter arma et murorum ictus spectavit artificem; sequiturque tabulam illius temporis haec fama,
106 quod eam Protogenes sub gladio pinxerit: Satyrus hic est, quem anapauomenon vocant, ne quid desit temporis eius securitati, tenentem tibias. fecit et Cydippen *et* Tlepolemum, Philiscum, tragoediarum scriptorem, meditantem et athletam et Antigonum regem, matrem Aristo-

---

§§ 104. 105: Gellius XV 31. Plutarch. Demetr. 22. — § 106: Strabo XIV 2, 5 p. 652. (anth. Planud. IV 244).

---

1 equi **h***v*. qui **BVd**. quia **R**. | dicitur **dh***v*. -cuntur **VR**. diſcer& **B**. dum celetem *Traube*. 1. 2 pingitur **B**[2]. -gatur **B**[1]. -git ac *Traube*. 2 popyzonta **VRh**. popiz- *v.a.B*. | retinentem **B***B*. -nte *v*. -nt *r Gron*. | eum **B***U*(*D*). pane cum *r***dTh***v.a.B*. equum. cum *B*. equum. canem *C*. par ecum *SJ cum Seidlero*. Parii equum *Gron*. *an* habena eum? 3 fortunam **B***S*. -na *rv*. uti et fortuna *Weil*. | ialyſum **Bh***v*. paly- **V**. palusium **R**. | ne cremaret **B***v*. nec remanere *r*. 4 tabulam **Bd***S*. -la *r*. -las *v*. | poſſ& **B***v*. -sse **V**. -se **R**. 5 trhodum **B**[1]. (*an* capere Rhodum?). | incendit **Bh***v*. -di *r*. | fuit **R**. 7 hoc — castris *uncis includi voluit U 772*. *an* non procul a (*pro* hoc est)? | demetre **V**[1]**R**. 8 incohata *ego*. incoata **B**. incho- *rv*. *cfr*. *XXXVI 122*. 12 manuſ ſeruar& **B***S*. posset manus seruare *rv*(*D*). 13 nauigar& **B***U*. 14 ſpectaui **B**. 18 tenens *v.a.H*. | et *om*. **R**. | cydipen **V***Ven*. eaydipen **R**. | et *S e coni. J*. fi (*ortum ex* ei) **B**. *om*. *rv*(*D*). 19 philiſcum **B***G*. thilli- **R**. zhilli- **Vd**. cyli- *v*. | tragydiarum **B**. *cfr*. *§ 93*. 20 Alcetam *Gron*. | et imaginem matris *v.a.S*.

telis philosophi, qui ei suadebat, ut Alexandri Magni opera pingeret propter aeternitatem rerum — impetus animi et quaedam artis libido in haec potius eum tulere —; novissime pinxit Alexandrum ac Pana. fecit et signa ex aere, ut diximus. 34, 91

Eadem aetate fuit Asclepiodorus, quem in symmetria 107
mirabatur Apelles. huic Mnaso tyrannus pro duodecim diis dedit in singulos mnas tricenas, idemque Theomnesto in singulos heroas vicenas.

His adnumerari debet et Nicomachus, Aristi*dis* filius 108
ac discipulus. pinxit raptum Proserpinae, quae tabula fuit in Capitolio in Minervae delubro supra aediculam Iuventatis, et in eodem Capitolio, quam Plancus imperator posuerat, Victoria quadrigam in sublime rapiens. Ulixi primus addidit pilleum. pinxit et Apollinem ac Dianam, deumque matrem in leone sedentem, item nobiles Bacchas 109
obreptantibus Satyris, Scyllamque, quae nunc est Romae in templo Pacis. nec fuit alius in ea arte velocior. tradunt namque conduxisse pingendum ab Aristrato, Sicyoniorum tyranno, quod is faciebat Telesti poetae monimentum praefinito die, intra quem perageretur, nec multo ante venisse, tyranno in poenam accenso, paucisque diebus

---

§ 107: cfr. supra § 80. — § 108: cfr. supra § 38. 50. Vitruv. III praef. 2.

---

2. 3 *dist. ego.* 4 planxit **B**. | Alexandream *Fröhner anal. crit. p. 17.* | pana **Bd***v*. -ne **V**$^{1}$**R**. paene **V**$^{2}$. 6 fuit **Bd***v*. *om. r.* 7 mnaſo **B***S*. -son *rv*. 8 diiſ **Bh***v*. his *r*. 9 heroaſ **B***v*. -ratos *r*. 10 et *om.* **R**(?)*v.a.S.* | nicomachus *v*. nicho- *ll.* | aristidis *ego*. -di *U* (*sed cfr.* § *111. 122*). -dae illius *Oehmichen stud. Plin. p. 239.* ariſtiaci **B***J*. -tiaei *S*. -ticheimi **R**. -techeimi **dFh**. -te///// **V**. -todemi *v*. (*an* Aristidis Thebani?). 12 fuit *om. Dal.* (*errore*). | supra *ll.v*(*S*). -per **dh**(?)*Hack.* 13 iuuentatis **R**(?)*H*. -tutis *v*. neniatiſ **B**. inentalis **Vh**. | imperatori **B**. -tur **V**$^{1}$. 14 ulixi **B***v*(*S*). -xin *r*. ulyssi *H*. 15 pilleū **B**$^{2}$**Vh***D*. pell- **B**$^{1}$. pil- **Rd***v*. (Ulixi — pilleum *post* Pacis [*v. 18*] *transposuit U*). | pinxit **d**$^{2}$*v*. scripsit *ll.* -sit pinxit **d**$^{1}$. | ac **B**$^{2}$*S*. ad **B**$^{1}$. et (e **V**$^{1}$) *rv*. 16 deamque **R**. | nobilis **B***S*. 17 obreptantibuſ **B***S*. adr- **V**$^{1}$. arr- *rv*. 18 ne **B**. 19. 20 socyoniorum **VR**. 21 ne **Vh**.

110 absolvisse et celeritate et arte mira. — Discipulos habuit Aristonem fratrem et Aristiden filium et Philoxenum Eretrium, cuius tabula nullis postferenda, Cassandro regi picta, continuit Alexandri proelium cum Dario. idem pinxit et lasciviam, in qua tres Sileni comissantur. hic celeritatem praeceptoris secutus breviores etiamnum quasdam picturae
111 conpendiarias invenit. — Adnumeratur his et Nicophanes, elegans ac concinnus ita, ut venustate ei pauci conparentur; cothurnus et gravitas artis multum a Zeuxide et Apelle abest. — (Apellis discipulus Perseus, ad quem de hac arte scripsit, huius fuerat aetatis). — Aristidis Thebani discipuli fuerunt et filii Niceros et Ariston, cuius est Satyrus cum scypho coronatus, discipuli Antorides et
128 Euphranor, de quo mox dicemus.
112 (37) Namque subtexi par est minoris picturae celebres in penicillo, e quibus fuit Piraeicus arte paucis postferendus: proposito nescio an dist*in*xerit se, quoniam humilia quidem secutus humilitatis tamen summam adeptus

---

§ **111** init.: cfr. infra § 137. — § **112**: (cfr. Propert. IV 8, 12 [III 9, 12], ubi tamen scriptum est *Parrhasius*).

---

1 & arte **Bd***v*. *om. r.* 2 ariſtonem **B***S*. -tidem **Rdh***v*. taristiden **V**. | ariſtiden **B***S*. -toden **V**. -toclem **Rdh***v*. | filoxenum **B**. 2. 3 eretrium **B***v*. dere- *r*. 3 tabulam **B**$^1$. | potest ferenda **VRh**. | regi **B***v*. rege *r*. 5 comiſſantur **B**$^1$*S*. comess- **h***v*. cōmeſſ- **B**$^2$. commiss- *r*. 7 uias et compendiarias *v.a.Brot.* | nicophanes **dh***v*. nichopa- **VR**. encho & pa- **B**. *cfr. § 137.* 8 ac **B***S*. & *rv*. | ita ut **B**$^2$**RdT***v*. ita **B**$^1$. ſi aut **V**. ſit aut **h**. | uetustate **Vdh**. -sta *v.a.H.* ei' tate **R**. | ei *ll.* **d** **Th***H*. opera pingeret propter aeternitatem rerum, impetuosi animi et cui *codd. dett. v* (*falso iterata e § 106*). 9 cothurnuſ **dh***C*. cotu- **B***v*. c̄tu- **R**. cortu- **V**. | & **B***U*. ei et *rv*(*JD*). 10. 11 *uncos ego posui. dist. S.* 11 fuit *v.a.H.* | ariſtidiſ **B***v*(*S*). -des **RdTh***H*. -tedes **V**$^1$. -tades **V**$^2$. 12 diſcipuli **BVh***v*(*S*). -lus **RdT***H*. | ſiliniceros **Vd**. 13 antoricles **B**. -tenorides *U cum Letronnio.* 14 euphranor **RdTh***v*. -non **B**. -nos **V**. 16 piraeicus *S e coni. J.* piraficuſ **B**. praeicus **V**. prei- **RdT**. peritus **h**. Pyreicus *v*. Graficus *A Schöne.* 17 *dist. v.a.S.* | proposito **B***v*. -tio *r*. | distinxerit *ego.* (*cfr. § 29*). diſtrux- **BVh**. destrux- **Rd***v*. distrinx- *Fröhner anal. crit. p. 16. de mendo cfr. XXXVII 143. 150. 195. XXXIV 62.*

est gloriam. tonstrinas sutrinasque pinxit et asellos et
obsonia ac similia, ob haec cognominatus rhyparographos,
in iis consummatae voluptatis, quippe eae pluris veniere
quam maximae multorum. e diverso Maeniana, inquit 113
Varro, omnia operiebat Serapionis tabula sub
Veteribus. hic scaenas optime pinxit, sed hominem
pingere non potuit. contra Dionysius nihil aliud quam
homines pinxit, ob id anthropographos cognominatus.
parva et Callicles fecit, item Calates comicis tabellis, 114
utraque Antiphilus. namque et Hesionam nobilem pinxit
et Alexandrum ac Philippum cum Minerva, qui sunt in
schola in Octaviae porticibus, et in Philippi Liberum
patrem, Alexandrum puerum, Hippolytum tauro emisso
expavescentem, in Pompeia vero Cadmum et Europen.
idem iocosis nomine Gryllum deridiculi habitus pinxit,
unde id genus picturae grylli vocantur. ipse in Aegypto
natus didicit a Ctesidemo.

Decet non sileri et Ardeatis templi pictorem, prae- 115
sertim civitate donatum ibi et carmine, quod est in ipsa
pictura his versibus:

---

§ 113: cfr. Festus p. 134. — cfr. infra § 148. — § 114 init.: Varro de vita p. R. I apud Charisium p. 126, 25 K. — cfr. infra § 138. Varro r. r. III 2, 5. Quintil. inst. or. XII 10, 6. — extr.: cfr. infra § 140.

---

1 tonſtrinaſ **B***v*. trostri- (-ti- **F**) **RF**dh. *de* **V** *non constat.* | ſuſtrinaſque **B**d. sutiri- **F**. 2 rhopicographos *U*. 3 his **V**. hiiſ **B**². | uoluptatis d*v*. uolunt- *ll*. | pluriſ **B***v*. peturis **V**. -toris **R**. | ueniere **B**¹*v*. -nere **B**². -nire *r*. 5 oportebat **B**. 8 antropographos **V**. -afoſ **B**. 9 parua **B**d*v*. -uae **V**. -ue' **R**. | calicles **R***v.a.C*. -ides **V**h. | calates *ll.Brot*. -ades *H*. -aces *C*. -eces *v*. 10 anthiphiluſ **B**. | namq. *ll*. *U*(*D*). nam *v*(*J*). 12 schola **R**h*v*. ischo- **B**². isco- **B**¹. ocho- **V**d. 13 hippolitum **V**. philippi olympum **B**. 15 iocoſiſ *ll*. *J*. -so *v*. locosis dh. (*sc*. tabellis: *cfr*. *v*. *9*). | gryllum *v*. grytlum **B**¹. -tulum **B**². egrillum *r*. | habitu **B**². 16 id **B***S*. hic **V**¹**R**d. hoc **V**²h*v*. | picturae **B**d*v*. -tores h. -torum **V**². -tor **V**¹**R**. | grylli **B**d*G*. -llus *v*. aegrilli **V**. egr- **R**h. 18 decet **B**dh*v*. dicet **V**. dicit **R**. 19 carmen *Schneidewin*.

Dignis digna. Loco picturis condecoravit
reginae Iunonis supremi coniugis templum
Plautius Marcus, cluet Asia lata esse oriundus,
quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea laudat,

116 eaque sunt scripta antiquis litteris Latinis, non fraudanda et Studio divi Augusti aetate, qui primus instituit amoenissimam parietum picturam, villas et porticus ac topiaria opera, lucos, nemora, colles, piscinas, euripos, amnes, litora, qualia quis optaret, varias ibi obambulantium species aut navigantium terraque villas adeuntium asellis aut vehiculis, iam piscantes, aucupantes aut venantes aut etiam 117 vindemiantes. sunt in eius exemplaribus nobiles palustri accessu villae, succollatis sponsione mulieribus labantes, trepidis quae feruntur, plurimae praeterea tales argutiae facetissimi salis. idem subdialibus maritimas urbes pingere instituit, blandissimo aspectu minimoque inpendio. 118 sed nulla gloria artificum est nisi qui tabulas pinxere.

---

§ 116: cfr. Vitruv. VII 5, 2. (Plini epist. V 6, 22).

---

1 *dist. M Hertz* (*de Plautio poeta p. 12*). | digna *ll. v* (*G*) *D*. -nu' *B* (*S*). | loco *ll. v* (*Brot.*). loca *G*. 2 supremae *v. a. H.* 3 plautiuſ (-uciuſ **B**) marcuſ **B** *S*. mareus plautis marcus *r*. marcus ludius *v*. | cluet asia lata *J cum Bergkio II 10*. cluetaſ alata **B**. cloet (do & **R**) asia lata *r*. Cleoetas Alalia *S*. Elotas Aetolia *v*. 6 ea quae **B**. | fraudanda *ego coll. V 112*. -do *ll. v.* (*cfr. XVIII 35*). 7 ſtudio **B** *D*. ludio *r v*. S. Tadio *UJ*. 8 porticus d (?) *v* (*corruptum olim in* portuus). -tus *r U D*. *cfr. XXXI 6 et de plur. num. § 114. 132. 144.* (et portus *transponi debebat post* colles). | toparia **R**. 10 litora **B h** *v*. -ria *r*. | obtaret **V**. optarat *v. a. H.* 12 aucupanteſ **B** *S*. -tesque (aucopantes quae **V**[1]) *r v* (*D*). 13 nobileſ **B h** *v*. -lis *r*. | paluſtri **B** *B*. paul- *r*. plaustri *v*. 14 acceſſu **B** *v*. ac (a **V**) censu *r*. | succollatis **R d h** *H*. -olatis **V**. ſuae collatiſ **B**. subcollantium *B*. -llium *v*. | sponsione *ll. v* (*H*). specie *B*. | mulieribus **d T h** *H*. -ebribus *ll*. -eres *v*. | labentes *v. a. H.* 15 trepidiſ quae **B V** *U*. -disque *r Brot.* -dique *H* (*S*). -daeque *v*. | tales *G*. fatales *ll*. faciles **h** *v*. 16 facetissimi *v*. -me (facit- **B**[1]) **B**. facilissimi *r*. | sales *v. a. H.* iſ aliiſ **B**[1]. hiſ / aliiſ **B**[2]. | ſubdialibuſ **B d** *v*. subsid- *r*. *de mendo cfr. XXXIV 117.* 18 gloria **B** *v*. *om. r*.

eo venerabilior antiquitatis prudentia apparet. non enim
parietes excolebant dominis tantum nec domos uno in
loco mansuras, quae ex incendiis rapi non possent. casa
Protogenes contentus erat in hortulo suo; nulla in Apellis
tectoriis pictura erat. nondum libebat parietes totos tin-
guere; omnium eorum ars urbibus excubabat, pictorque
res communis terrarum erat. — Fuit et Arellius Romae 119
celeber paulo ante divum Augustum, ni flagitio insigni
corrupisset artem, semper ei lenocinans feminae, cuius
amore flagra*ret*, et ob id deas pingens, sed dilectarum
imagine. itaque in pictura eius scorta numerabantur.
fuit et nuper gravis ac severus idemque floridis *t*umidus 120
pictor Famulus. huius erat Minerva spectantem spectans,
quacumque aspiceretur. paucis diei horis pingebat, id
quoque cum gravitate, quod semper togatus, quamquam
in machinis. carcer eius artis domus aurea fuit, et ideo
non extant exempla alia magnopere. post eum fuere in
auctoritate Cornelius Pinus et Attius Priscus, qui Honoris
et Virtutis aedes Imperatori Vespasiano Augusto restituenti
pinxerunt, Priscus antiquis similior. — **11.** (38) Non 121
est omittenda in picturae mentione celebris circa Lepi-
dum fabula, siquidem in triumviratu quodam loco deductus
a magistratibus in nemorosum hospitium minaciter cum

---

2 uno **B***v*. una *r*. 3 menſuraſ **B**. | *an* quaeque? | cara **R**. casula *v.a.S.* 4 contemptus **V**. | nulla **BRd***v*. -llo **Vh**. apelliſ **B***v*. -lles (app- **Rh**) *r***h**. 5. 6 pingere **d**(?)*v.a.S.* 8 ni **BV**$^2$**d***S.* ne *r*. nisi *v*. 9 corrupisset et **V**$^1$**R**. -umpiſſet **B**. | ei lenocinanſ **B***U*. ali *rv*. | feminae cuius *ego*. cuius feminae *ll.v.* feminae *post* ei *transposuit U.* (*an potius* ei [*sc.* arti] lenocinans, si cuius feminae? *cfr. § 145. XX 160*). 10 flagraret *U*. -grans *ll.v.* | et *del. D.* esset *coni. S.* | eas **V**$^2$**R**. | dilectarum **Bd***v*. dele- **Vh**. le- **R**. 11 imagines **V**$^2$. 12 floridis tumidus *coni. J.* -diſ (-dvſ **B**$^2$) umiduſ **B**. -dus umidis (hum- **R**. humilis **d**. -lis rei **h***v*) *r***dh***v*. floridus *S*. -dissimus *U*. -dus et uiuidus *Traube*. -dis S. Ummidius *Fröhner anal. crit. p. 17.*

13 Famuluſ **BVd***D*. fam- *Fröhner*. -ulis **R**. Fabullus *ed. princ. U.* Amulius *v*. 16 carcere **B**. | etus **R**. | artiſ **B***v*. ortis *r*. 18 attius *ll.S.* accius *H*. actius *v*. | quin **B**$^1$. 19 in . p. **B**. imp. *D*. | augusto **Rdh***v*. -ti **V**. ac **B**$^1$. has **B**$^2$. Aug. *D*. 20 pristus **R**. sed Priscus *v.a.S.*

iis postero die expostulavit somnum ademptum sibi volucrum concentu; at illi draconem in longissima membrana depictum circumdedere luco, eoque terrore aves tunc siluisse narratur et postea posse compesci.

122 (39) Ceris pingere ac picturam inurere quis primus excogitaverit, non constat. quidam Aristidis inventum putant, postea consummatum a Praxitele; sed aliquanto vetustiores encaustae picturae exstitere, ut Polygnoti et Nicanoris, Mnesilai Pariorum. Elasippus quoque Aeginae picturae suae inscripsit ἐνέκαεν, quod profecto non fe-
123 cisset nisi encaustica inventa. (40) Pamphilus quoque, Apellis praeceptor, non pinxisse solum encausta, sed etiam docuisse traditur Pausian Sicyonium, primum in hoc genere nobilem. Bryetis filius hic fuit eiusdemque primo discipulus. pinxit et ipse penicillo parietes Thespi*is*, cum reficerentur quondam a Polygnoto picti, multumque comparatione superatus existimabatur, quoniam non suo genere
124 certasset. idem et lacunaria primus pingere instituit, nec camaras ante eum taliter adornari mos fuit; parvas pingebat tabellas maximeque pueros. hoc aemuli interpretabantur

---

§ 122: cfr. supra § 98. — § 123: cfr. Horat. sat. II 7, 95. — § 124: cfr. Pausan. II 27, 3.

---

1 iiſ (hiiſ $B^2$) poſtero B*v*. spontero V. sponꞇ ho R. | adeptum $B^1$V. 2 contentu $B^1$V. cantu $B^2$. 3 luco BdT*S*. loco *rv*. | terrorem $B^1$. 4 narratur BV*G*(*S*). -antur RdTh *v*(*Brot.*). | potuisse *D cum U 773*. cognitum est ita posse *v*.
5 caeris V*v.a.C*. cereriſ B. | hac V. | pictura minuere BV. | qui d(?)*Brot*. 8 encauſtaė $B^1$*U*. -te VR. -ticae *v*. incauſtae $B^2$. -teae d. 9 mnesilai *ego*. menſ im B. ae (e Rd) manesilai *r*d. ac mnasi- *D*. et maresi- *v.a.B*. et arcesi- h(?)*Lugd.* et archesi- *B*. | periorum B. | elasippus *S cum Schneidewino*, eiaſ- B. lass- (-ipus V) *r*. lys- *v*. 10 enecaen B(*S*). enaecen d. enean R. -eten *v*. aeneten $V^1$. -nean $V^2$. ἐνέκαυσεν *G*. encausen *B*. | preſto R. 11 incauſtica $B^2$*G* (*errore*). 12 encausta d*H*. -to h*man.Dal*. (*cfr. § 149*). -tica *v*. incausta *U*.
13 paſian B. 14 bryetiſ B*S*. brie- *rv*. | eiuſdem qui B.
15 ipſi B. | pinicillo V. -lloſ B. | thespiis *B*(*S*). -piſ B*D*. thepis *r*. thebis d*v*(*Brot.*). 16 pylignoto R. 18 lacunariam $B^1$. 19 amaras R. cameras dh*v.a.S*.

facere eum, quoniam tarda picturae ratio esset illa. quam ob rem daturus *ei* celeritatis famam absolvit uno die tabellam, quae vocata est hemeresios, puero picto. amavit 125
in iuventa Glyceram municipem suam, inventricem coronarum, certandoque imitatione eius ad numerosissimam florum varietatem perduxit artem illam. postremo pinxit et ipsam sedentem cum corona, quae e nobilissimis tabula est, appellata stephanoplocos, ab aliis stephanopolis, quoniam Glycera venditando coronas sustentaverat paupertatem. huius tabulae exemplar, quod apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit .... Dionysius Athenis. Pausias 126
autem fecit et grandes tabulas, sicut spectatam in Pompei porticu boum immolationem. eam primus invenit picturam, quam postea imitati sunt multi, aequavit nemo. ante omnia, cum longitudinem bovis ostendi vellet, adversum eum pinxit, non traversum, et abunde intellegitur amplitudo. dein, cum omnes, quae volunt eminentia videri, candi- 127
canti faciant colore, quae condunt, nigro, hic totum bovem atri coloris fecit umbraeque corpus ex ipsa dedit, magna prorsus arte in aequo extantia ostendente et in confracto solida omnia. Sicyone et hic vitam egit, diuque illa fuit

---

1 illi V. 2 daturus *ll.v(S)*. arti dat- *G.* | ei *ego.* & B*G.* *om. rv.* 3 tabulam V. *an recte?* | hemeriſioſ BV. 4 glyceram B*v*. clice- *r*. | municerem B. 6. 7 pinxit & B*S*. pinxit *rv*. *an* et pinxit? 7 cerona B. 8 appellata est dh*v.a.D.* | stephanoplocos *v*. -pio coſ. B. -neplocos *rH.* | stephanopolis dh*v*. -potis (staph- V) *ll.* 9 clicera B. | uendo $B^1$. 10 exemplar B*v*. -la *r*. | apografon V. -grapo $B^1$. -crapho $B^2$.

10. 11 lucilius lucullus Vh. 11 *lac. ego indicavi. exciderunt fere* fecerat id. *cfr. § 148.* | dionysius (-nisius B. dyo- V) *ll.* -siis *(P)H.* a dionysio *v*. | panſiaſ B. 12 grandiſ B*S*. | ſceptatam B. 13 porticibus dh(?)*v.a.S*, *ut § 132.* | bouum V. bo B. | inuenit in B. *an* -nit ibi? 14 multiſ $B^1$. -ti ſed $B^2$. | aut B. 15 longitudinem Bh*v*. -ne *r*. | bouiſ Bh*v*. -ues *r*. 17 Nein B. | eum BV. | que BV. qui d. | uolent B. 17. 18 candicantia dh*v.a.S.* 18 facient VB. | colore B*S*. -rem *rv*. | quae BV*S*. que *rv*. | condunt *ll.S.* -dant dh*H.* -diant *v*. 19 umbrae quae B. | ipſa BT*S*. -so *rv*.

20 equo dh*v.a.B.* | extantia $B^2$*v*. -anita $B^1$. -atica $B^1$. -at ita *r*d. | oſtendente B*S* (-dens *v*). extond- *r*. 21 ſycyone B. sicyonem V. | et *del.* $B^2$.

patria picturae. tabulas inde e publico omnes propter aes alienum civitatis addictas Scauri aedilitas Romam transtulit.

128 Post eum eminuit longe ante omnes Euphranor Isthmius
34, 50 olympiade CIIII, idem qui inter fictores dictus est nobis. fecit et colossos et marmorea et typos scalpsit, docilis ac laboriosus ante omnes et in quocumque genere excellens ac sibi aequalis. hic primus videtur expressisse dignitates heroum et usurpasse symmetrian, sed fuit in universitate
129 corporum exilior et capitibus articulisque grandior. volumina quoque composuit de symmetria et coloribus. opera eius sunt equestre proelium, XII dei, Theseus, in quod dixit eundem apud Parrhasium rosa pastum esse, suum vero carne. nobilis eius tabula Ephesi est, Ulixes simulata insania bovem cum equo iungens et palliati cogitantes, dux gladium condens.

130 Eodem tempore fuere Cydias, cuius tabulam Argonautas

---

§ 128: Quintil. inst. or. XII 10, 6. 12. Vitruv. VII praef. 14. — § 129: Pausan. I 3, 3. Val. Max. VIII 11 ext. 5. — Plutarch. de glor. Athen. 2. — Lucian. de domo 30. — § 130: (cfr. Th. lap. 53). Eustath. ad Dionys. Perieg. 526. — cfr. supra § 27.

---

1 e *om.* **B**. | omniſ **B** *S* (*ter deinceps*). 4 isthismius **V**. is thyſm- **R**. 5 CIIII *S*. cilli **BV**. CLI **d**. centesima quarta (**R**?)*v*. | fictoreſ **B***v*. fect- *r*. *cfr. XXXIV 76*. 6 marmora **h***v.a.S*, *ut XXXVI 15*. | & *ll.S*. ac **h***v*. | typoſ **BdT***U*. thipos **R**. pos **V**. scyphos **h***v*. (*an* colossos e marmore et ectypos?). | sculpsit **dT***v.a.G*. 7 laboriosis **R**. | et *om.* **R**. 8 & expressisse **VRh***v.a.G*. | dignitateſ **B**$^2$**d***v*. -tiſ **B**$^1$*S*. -natis *r*. 9 eroum **B**. eorum **h**. | ut usurpasset **V**. | uniuerſitatem **B**$^1$. -satate **V**. 10 & **B***S*. e *r. om.* **dh***v*. 11 ſymetria **BV**. 12 equaeſtre **B**$^2$. aequa eſtra e **B**$^1$**V**. | theſaeuſ **B**. | quod **B** *U coll. § 62. XXXVI 46*. quo *rv*(*J*). 13 paſtum **B***v*. passum *r*. 14 carneſ **B**. | nobiliſ **B**$^2$**VRh***v*(*S*). -leſ **B**$^1$(**d**?)*G*. | eius est **h***v.a.G*. | tabula *ll.v*(*S*). -lae *G*. | ephesi est **d**$^2$ *in ras. S*. ephaeſi (-ſiae **B**$^1$) eſt **B**. ephesius & (e **V**$^1$) *r*. -esi **h***v*. 14. 15 ſimulata **B***v*. -lat *r*. 15 uesania **h***v.a.S*. | aequo **BV**. | palliati **B***G*. palati *r*. palamedes **h***v*. 15. 16 cogitanteſ (-tiſ **B**$^2$) *ll.G*. *om.* **h***v*. *an* uocitantes? *cfr. Lucian*. 16 glandium **Vd**. fasce gladium *v.a.G*. | *an* educens? 17 fuit *v.a.J*. | cydias *D*. cydi (cidi **VR**) & cydias (cid- **VR**) *ll*. et cydias *v* (*lac. ante indicata J*). et cydias cythnius *U cum Bergkio II 8*.

HS $\overline{\text{CXXXXIIII}}$ Hortensius orator mercatus est eique aedem
fecit in Tusculano suo, Euphranoris autem discipulus Anti-
dotus. huius est clipeo dimicans Athenis et luctator tubicen-
que inter pauca laudatus. ipse diligentior quam numero-
sior et in coloribus severus maxime inclaruit discipulo
Nicia Atheniense, qui diligentissime mulieres pinxit. lumen 131
et umbras custodiit atque ut eminerent e tabulis picturae
maxime curavit. oper*um* eius Nemea advecta ex Asia Ro-
mam a Silano, quam in curia diximus positam, item Liber 27
pater in aede Concordiae, Hyacinthus, quem Caesar Augustus
delectatus eo secum deportavit Alexandrea capta, et ob id
Tiberius Caesar in templo eius dicavit hanc tabulam et
Danaen, Ephesi vero est mega*b*y*z*i, sacerdotis Ephesiae 132
Dianae, sepulchrum, Athenis necyomantea Homeri. hanc
vendere Attalo regi noluit talentis LX potiusque patriae
suae donavit abundans opibus. fecit et grandes picturas,
in quibus sunt Calypso et Io et Andromeda; Alexander
quoque in Pompei porticibus praecellens et Calypso sedens
huic *e*idem adscribuntur. quadriped*um* prosperrime canes 133

---

§ 131 extr.: cfr. Pausan. III 19, 4. (Martial. ep. XIV 173). — § 132: anth. Pal. IX 792. Plutarch. non p. suav. viv. sec. Epic. 11, 2. — anth. Planud. IV 147. — § 133: Pausan. I 29, 15.

---

1 CXLIIII **Vdh***v.a.S.* CLIV **R.** 2 euphranoris *v.* -noniſ **B.** -phenoris *r.* | *dist. S.* 2. 3 fuit Antidotus *v.a.S.* 3 clypeo **B.** | lucator **B**[1]**V.** 3. 4 tubicemq. **B.** iab- **V.** tibicenque **dh** *v.a.S.* 4 diligentior **d***v.* deli- **B.** diligentiā *r.* 4. 5 numerioſior **B.** 5 ſeueruſ *ll.v(S).* -rior **dTh**(?)*Brot.* | inclarui id **B**[1]. 6 nicia **d***v.* nincta **B.** nia **V**[1]**R.** uia h. ni **V**[2]. | atheniense **Rh***S.* -sae **V.** -ſeſ **B**[1]. -ſiſ **B**[2]. -si **d***v.* *cfr. § 58.* 7 custodiuit **d***v.a.S.* -dit **VRh.** | adque **B**[1]. | iminerent **Vh.** | picturae *ll.v.* *an* figurae? *cfr. § 4. XXXIII 157.* 8 operū *ego.* -ra *ll.v.* (*dist. ego*). *cfr. § 132* Ephesi vero est. 9 a *om.* **R.** ma **B**[1]. | posita **V.** 11 alexandreae **B**[1]. -ria **B**[2]**Rdh***v.a.S.* 13 danaen **BF***U coll. § 28.* -nae// **V***S(J).* -nen **R.** diana **d**(?)*G.* -nae (*del.* et) *v.* | megabyzi *B.* -agyſi **B.** -alysi **Vd***v.* -sis **R.** *cfr. § 93.* 14 necromantia (nechr- **V**) **VRdh***v.a.S.* 15 nonluit **B.** | IX **B.** 16 pictoras **V**[1]. -res **R.** 17 androm& **B.** 18. 19 *dist. Madvig adv. crit. III 212.* 19 eidem *S cum Schultzio.* fidem *ll.* quidem *v.* | quadripedum *Madvig.* -dē **RF.** -deſ **B***v.* *de* **V** *non constat.* | prosperime **V.** -erarime **B.**

expressit. hic est Nicias, de quo dicebat Praxiteles interrogatus, quae maxime opera sua probaret in marmoribus: quibus Nicias manum admovisset; tantum circumlitioni eius tribuebat. non satis discernitur, alium eodem nomine an hunc eundem quidam faciant olympiade CXII.

134 Niciae conparatur et aliquando praefertur Athenion Maronites, Glaucionis Corinthii discipulus, austerior colore et in austeritate iucundior, ut in ipsa pictura eruditio eluceat. pinxit in templo Eleusine phylarchum et Athenis frequentiam, quam vocavere syngenicon, item Achillem virginis habitu occultatum Ulixe deprendente et in una tabula *VI* signa, quaque maxime inclaruit, agasonem cum equo. quod nisi in iuventa obiiset, nemo compararetur.

135 Est nomen et Heraclidi Macedoni. initio naves pinxit captoque Perseo rege Athenas commigravit. ubi eodem tempore erat Metrodorus, pictor idemque philosophus, in utraque scientia magnae auctoritatis. itaque cum L. Paulus devicto Perseo petiisset ab Atheniensibus, ut ii sibi quam probatissimum philosophum mitterent ad erudiendos liberos, item pictorem ad triumphum excolendum, Athenienses

---

Demetr. Phal. de eloc. 76. — § 134: (cfr. Pausan. I 26, 3 extr.). — § 135 init.: cfr. infra § 146. — cfr. Cic. de or. I 11, 45. Acad. II 6, 16.

---

1 hic eonitias R. 2 que B. quam V. | armoribuſ B. 3. 4 circumlitioni d *v*. -ne B. -licione V. -lycinione R. 4 alium R(?)*G*. -ut B[1]. -ud B[2]Vdh. -us T*v*. 5 an hunc B*G*. ad (at *v*) hunc Vh*v*. adhuc RdT. | faciant d(?)*G*. -iunt *ll.v*. 6 comparatur d*v*. conparantur B. -rabatur *r*. | aliquanto Rdh*v.a.S*. 6. 7 atheniona amroniteſ B. 7 et austerior *v.a.S*. 9 eleuſſine BV. | phylarchum dh*Lugd*. -cum BR. philartum V. -rchum *v*. 10 frequentia B. | ſyngenicon B (*P*)*H*. lyng- dT. ling- *r*. polygynaecon *v*. 11 deprendente (-ti B) B*S*. -rehendente *rv*. 12 tabulam B[1]. | VI signa *H cum Gron.*(*S*). ut signa *ll. del. v*. insigni *Brot. cum Durando. locum nondum sanatum puto.* 13 nisi inuenta R. | obisset V. | nequo R. nemo ei dh*v.a.S*. 16 philoſophuſ B*v*. -phos (phyl- V[1]) *r*. 17 utramque B[1]. | ſcientia Bdh*v*. -tiae *r*. 18 petisset VRdh*v.a.S*. | ut ii B[1]*S*. uti B[2]V*U*. ut Rdh*v*. 19 miterent V. met- R. 20 idem R. itemque *v.a.S*. | excolendum B*v*. excoge- Vdh. exquoge- R.

Metrodorum elegerunt, professi eundem in utroque desiderio praestantissimum, quod ita Paulus quoque iudicavit.

Timomachus Byzantius Caesaris dictatoris aetate Aiacem 136 et Mediam pinxit, ab eo in Veneris Genetricis aede positas, LXXX talentis venundatas. talentum Atticum ✳ $\overline{\text{VI}}$ taxat M. Varro. Timomachi aeque laudantur Orestes, Iphigenia in Tauris et Lecythion, agilitatis exercitator, cognatio nobilium, palliati, quos dicturos pinxit, alterum stantem, alterum sedentem. praecipue tamen ars ei favisse in Gorgone visa est.

Pausiae filius et discipulus Aristolaus e severissimis 137 pictoribus fuit, cuius sunt Epaminondas, Pericles, Media, Virtus, Theseus, imago Atticae plebis, boum immolatio. — Sunt quibus et Nicophanes, eiusdem Pausiae discipulus, placeat diligentia, quam intellegant soli artifices, alias durus in coloribus et sile multus. nam Socrates iure omnibus placet; tales sunt eius cum Aesculapio filiae Hyg*ia*, Aegle,

---

§ 136: cfr. supra § 26. VII 126. — Cic. Verr. IV 60, 135. Ov. trist. II 525 sq. anthol. Planud. IV 83. 135—140. 143. 128. — § 137: cfr. supra § 111. Polemo ap. Athen. XIII 21 p. 567b. — cfr. Plin. XXXVI 32. — cfr. Pausan. X 29, 1. Propert. V 3, 21.

---

1. 2 unumque desiderium R. 3 timomacus V. -ochracuſ B. | aiacem dThv. ata- V. macem B. *om.* R. 4 & BdT*H.* ei V. *om.* R. ei pinxit et hv. | mediam B*U*. -ia *r*. -deam dT hv. | pinxit *om.* hv.*a.H.* | ab ecinue naeris V. | genitriciſ B². 5 uenumdatas R(?)dh*H.* | x. $\overline{\text{vi}}$ *H*(*S*). ✳ vi. m. B*Brot.* xvi *r v.* 5. 6 taxat M. *G.* taxatum VRd. -tur *v.* *om.* B. 6 ephigenia B². 7 et *om.* R(?)*G.* *pertinet fortasse post* Orestes (*v.* *6*). | lecythion Bd*v.* laec- V. lethition R. | agilitatis dh*v.* aeg- BV. eg- R. | exercitatur V. -ato B. 7. 8 nobilum VR. 8 palliati B*v.* *cfr.* *§ 129.* palpa- *r.* | dicturoſ B*v.* -rus *r.* | inſtantem B¹. 9 ei V²d*v.* et *r.* 11 e seuerissimis dh*v.* e saeuer- V. e uer- R. eſſe ueriſſimiliſ B (*partim in ras.*). 12 sunt *om.* B. | epimanondaſ B. | medea dh*v.a.U.* 13 bouom B¹. 14 nicophaneſ B*S.* mechopa- Rdh*v.* inech- V. *cfr.* *§ 111.* 16 et sile *ll.*(*P*)*H.* sed et *v.* | nam —17 placet *parenthetice dicta putaverunt S J.* *de partic.* nam *et de Socrate pictore cfr.* *XXXVI 32.* 17 talesque *v.a.S.* | sculapio V. scol- R. | filiae h*v.* -iae & *ll.* | hygia aegle *v.* thygiaegle B. hygiagle *r.*

Panac*e*a, Ias*o* et piger, qui appellatur Ocnos, spartum torquens, quod asellus adrodit.

138 Hactenus indicatis proceribus in utroque genere non silebuntur et primis proximi: Aristoclides, qui pinxit aedem Apollinis Delphis. Antiphilus puero ignem conflante laudatur ac pulchra alias domo splendescente ipsiusque pueri ore, item lanificio, in quo properant omnium mulierum pensa, Ptolemaeo venante, sed nobilissimo Satyro cum pelle pantherina, quem aposcopeuonta appellant, Aristophon Anca*eo* vulnerato ab apro cum socia doloris Astypal*ae*a numerosaque tabula, in qua sunt Priamus, Helena,
139 Credulitas, Ulixes, Deiphobus, Dolus. Androbius pinxit Scyllum ancoras praecidentem Persicae classis, Artemon Danaen mirantibus eam praedonibus, reginam Stratonicen, Herculem et Deianiram, nobilissimas autem, quae sunt in Octaviae operibus, Herculem ab Oeta monte Doridos exusta mortalitate consensu deorum in caelum euntem, Laome-

---

§ 138: cfr. supra § 114. — § 139 init.: Herod. VIII 8. Pausan. X 19, 1.

---

1 panacea iaso *B*. panaca iaſuſ (lacus **d**) **Bd**. penaca lacus (locus **R**) *r*. pane calasus *v*. | quia **B**[1]**V**. 2 arrodit *v.a.Brot.* arodi **V**. rodi **d**. rodit **T**. 3 haectenuſ **B**. act- **V**[1]. 4 oriſtoclideſ **B**. | *an* qui *delendum? cfr. § 139.* | eadem **R**. 5 anthiphiluſ **B**. antipilus **Vd**. | comflante **B**. conflantem **V**. 5. 6 laudatus *H Brot.* 6 pubchra **B**[1]. pulchre **h***v.a.G*. | domos **Vd**. (ac pulchra aliaſ domo *corrupta videntur; an* e pictura atra foculo?). 7 in quo ferant **B**. 8 ptolomaeo **R**. -meo **V**. | uerante **B**[1]. uelante **B**[2]. | nobiliſſimo **B***H*. et nobil- *v*. non (n̄ **R**) uil- *r*. 9 pello **B**[1]. | panterina **VR**. | aposcopeuonta **Vdh***B*(*H*). -omte **R**. -oponta *G*. apocoptonta *v*. poſcoleuonta **B**. 10 ancaeo *G*. -aeum *D* (*claudicante structura*). ancaiu **B**[1]. angaiu **B**[2]. ancalū *r*. -chalo *v*. | uulnerato *v*. -tū **VRd***D*. muineratumo **B**. | atro **B**. 10. 11 astypalaea *D cum Brunnio* (*hist. artif. Gr. II 53*). -pale *ll.v*. 11 numeroſaque (quae **B**) **BR***v*(*G*). -ros atque **Vd**. -rosa aeque *B*. | quo **B**. | primamus **V**. primuſ **B**. | helena **Bd***v*. *om. r*. 12 deiphobi **V**. | Dolon *C*. 13 ſcyllum **BV***S*. -llam **R***v*. -llin *B e Paus. X 19, 1.* | precidentem **B**. | persice classi **V**. 14 danen **R***v.a.Bas.* 15 delianiram **V**. | nobilissimis **R**. 16 ab oeta **R***v*. auoeta **Vdh**. a boeotia **B**. | exuta **dh**(?)*C*. 17 *et* p. 281, 1 idomedoniſ **B**.

dontis circa Herculem et Neptunum historiam; Alcimachus
Dioxippum, qui pancratio Olympiae citra pu*l*veris iactum,
quod vocant ἀκονιτί, vicit; Coenus stemmata. Ctesi- 140
lochus, Apellis discipulus, petulanti pictura innotuit, Iove
Liberum parturiente depicto mitrato et muliebriter ingemescente inter obstetricia dearum, Cleon Cadmo, Ctesidemus Oechaliae expugnatione, Laodamia, Ctesi*cl*es reginae Stratonices iniuria. nullo enim honore exceptus ab ea pinxit volutantem cum piscatore, quem reginam amare sermo erat, eamque tabulam in portu Ephesi proposuit, ipse velis raptus. regina tolli vetuit, utriusque similitudine mire expressa. Cratinus comoed*o*s Athenis in
pompeo pinxit; Eutychides bigam: regit Victoria. Eudorus 141
scaena spectatur — idem et ex aere signa fecit —, Hippys Neptuno et Victoria. Habron amicam et Concordiam pinxit et deorum simulacra, Leontiscus Aratum victorem cum tropaeo, psaltriam, Leon Sappho, Nearchus Venerem inter

§ 140 init.: cfr. Suid. s. v. 'Απελλῆς. — § 141 init.: cfr. Athen. XI 48 p. 474[d].

1 historiam *ll.v.* *an* iniuriam? 1. 2 alchimacus (alclum- **R**) diosippum **VR**. 2 olympiae **B** d *v*(*S*). -phiae **V**. -pia **R**(?)**h** *H*. | pulueris *v*. pueris *ll*. | lactum **V**. tactum *HBrot*. 3 temmata **B**. teminata **V**. 3. 4 cteſilochuſ **B** d *v*. etaesilocus **V**. ethes- **R**. 4 picturae **B**[2]**VR**. 5 mulieriter **B**. 5. 6 ingemiscente **R** d **h** *v.a.S*. 6 obstetricia **R** d *G*. -rices **T h** *v* (*add.* et). -ricaea (-stretr- **V**[1]) **V**. optr&iola **B**[2]. -oda **B**[1]. | cleon cadmo (clad- **B**. admeto *G*) *ll.H*. clamorem **h** *v.a.G*. 6. 7 ctestidemus **VR**. 7 oechalle **V**. clech- **R**. | laodimia **R**. | ctesicles *S e coni. J*. eteſideſ **B**. clesides *r v*. | regina **V**. 8 iniuriam **R**. 9 uolutantem d *G*(*S*). -untatem **B**. -untantem *r*. -uptantem **h** *Brot*. -atem *v*. | piſator **B**. -ture **V**. | reginas **VR**. 11. 12 similitudinē irae **B**. 12 comoedos *C cum B*(*D*). -moedus (-medus **V**) *ll.v*(*S*). *cfr.* § *147*. | im **B**. *om.* **h** *v.a.B*.
13 pompeo *G*(*H*). -pio *B*. -peio *ll.Dal.*(*S*). -peium **h** *v*. | eutychides *B* (*D*). -dis **R** (?) *H* (*dist. sublata*). euthycideſ **B**. eith- **V**. euclides **h**. euchi- *v*. | biccam **VR**. | *dist. G*. | regis **h** *v.a.G* (*add.* cum). quam regit *vet.Dal.* 14 caena **V**. cena **R**. | hippys *S cum Keilio*. hyppis d. hyppuſ **B**. hypis *r*. iphis *v*. hippias *H*. 15 amicitiam *v.a.J*. 16 leontiſcum **B**. 17 propaeo **B**. tropheo (-aeo *Bas.*) *r v.a.Brot*. | pſaltria **B**. | ſappo **B**. | nearchuſ **B** *S*. *cfr.* § *147*. nicarcus **R**. nicaearcus **V**. -chus

Gratias et Cupidines, Herculem tristem insaniae *paeni*-
142 tentia, Nealces Venerem, ingeniosus et sollers, .... ime
siquidem, cum proelium navale Persarum et Aegyptiorum
pinxisset, quod in Nilo [cuius est aqua maris similis]
factum volebat intellegi, argumento declaravit quod arte
non poterat: asellum enim bibentem in litore pinxit et
143 crocodilum insidiantem ei; Oenias syngenicon, Philiscus
officinam pictoris ignem conflante puero, Phalerion Scyllam,
Simonides Agatharchum et Mnemosynen, Simus iuvenem
requiescentem, officinam fullonis quinquatrus celebrantem,
144 idemque Nemesim egregiam, Theorus *se* inungentem, idem
ab Oreste matrem et Aegisthum interfici, bellumque Iliacum pluribus tabulis, quod est Romae in Philippi porticibus, et Cassandram, quae est in Concordiae delubro, Leontium Epicuri cogitantem, Demetrium regem, Theon Orestis insaniam, Thamyram citharoedum, Tauriscus discobolum, Clytaemestram, Paniscon, Polynicen regnum repetentem et Capanea.

145 Non omittetur inter hos insigne exemplum. namque
Erigonus, tritor colorum Nealcae pictoris, in tantum ipse

---

§ 144: (cfr. Aelian. var. hist. II 44. Plutarch. de audiend. poet. 3). Quintil. inst. or. XII 10, 6. — cfr. Plin. XXXVI 33.

---

*v.* nice- **d***G*. 1. 2 paenitentia *S.* pen- (-tiae **VR**) *ll.* poen- **d***v*(*D*). 2 ſollerſ **B***v*. soppers *r.* *in* **d** *ras.* opere **h**. | *lac. ego indicavi et dist.* ime **VR**. inte **B**. *in* **d** *ras.* in arte *v*(*G*). hic arte *C.* iste *D.* *an* prosperrime (*prioribus litteris absorptis*)? *cfr.* *§ 133.* 3 in (*pro* cum) **B**. 4 nilo cuius *v.* cuius nilo *ll.* | aquam **BVh**. | mari **R**(?)*v.a.S.* | *uncos posui cum U 775.* 6 et *om.* **B**. 7 corcodillū **B**. | & (*pro* ei) **B**. | syngenicon **dh***v*. -cū **R**. ſingecnicon **B**[1]. -genicon **B**[2]. -cum **V**. 8 palerion cillam **VR**. 9 agatharchum **dh***Bas.* -cum **V**. -rgū **R**. -tarcum **B**. -chum *v.* | mnemosinen **V***v.a.Bas.* nemo- **B**. 10 quinquatruuſ **B***D*. 11 itemque **R**. | nemesin **d***v.a.S.* | theodorus **Th***v.a.S.* | se inungentem *SJ.* emung- **B***v*. et inung- **RTh***H.* et mung- **Vd**. erumpentem *D cum Benndorfio.* | item **VRh**. 12 matriſ **B**. 12. 13 illam cum **B**. 14 casandram **V**. -rū **R**. 15 teon **VR**. 17 clytemeſtram **B**. -taemnestram **R**(?)**d***v.a.D.* (*post* Oreste *v. 12 transponi voluit U 776*). | paniſcon **B***S.* -cum *rv.* 17. 18 repetentem **Bh***v*. repen- *r Ven.* peten- **d**. 19 omittemur **V**. 20 origonuſ **Bdh**.

profecit, ut celebrem etiam discipulum reliquerit Pasiam, fratrem Aeginetae fictoris. illud vero perquam rarum ac memoria dignum est, suprema opera artificum in*p*erfectasque tabulas, sicut Irim Aristidis, Tyndaridas Nicomachi, Mediam Timomachi et quam diximus Venerem Apellis, in 92 maiore admiratione esse quam perfecta, quippe in iis liniamenta reliqua ipsaeque cogitationes artificum spectantur, atque in lenocinio commendationis dolor est manus, cum id ageret, exstinctae.

Sunt etiamnum non ignobiles quidem, in transcursu 146 tamen dicendi Aristocydes, Anaxander, Aristobulus Syrus, Arcesilas, Tisicratis filius, Cor*oe*bus, Nicomachi discipulus, Charman*t*ides Euphranoris, Dionysodorus Colophonius, Dic*ae*ogenes, qui cum Demetrio rege vixit, Euthymides, Heraclides Macedo, Milon Soleus, Pyromachi statuarii discipuli, Mnasitheus Sicyonius, Mnasitimus, Aristonidae

§ 146: cfr. Pausan. I 1, 3. — Plin. supra § 108. 135. XXXIV 140.

1 proficit **VR**. | pasiam **dh***v*. -ſtam **B**. -sian *rS*. 2 aeginetae **d***v*. -na& e **B**. -geniten **V**. eg- **R**. | fictoris **dh***v*. -res **VR**. pictoreſ **B**. -ris *D*. | rarum **B***v*. paruam *r*. 3 eſt **B***S*. et *r*. etiam **d**(?)*v*. 3. 4 inperfectasque *v*. inter- *ll*. 4 tabulis siat **R**. | tyndariadaſ nichomachi **B**. 5 media **B**. -deam **d***v.a.J*. | pelliſ **B**. 6 feſſa (*pro* esse) **B**. | perficta **B**. | iis **dh***v*. iſ **B***D*. his *r*. 9 agerent extinctae desiderantur *v.a.S*. 10 &iãnum **B**²**V***v*(*S*). -annum **B**¹. -amnunc **Rd**(?)*Brot*. -am *Dal*. 11 ariſtocydeſ **B***S*. -oquides **RF**. -o quidem **V**. -onides **h***v*. | syrus *v*. surus *ll.D*. 12 arceſillaſ **B**. -ilaus **h***HBrot*. | tisicratis **d***v*. tisigr- **VR**. tuſ ſigr- **B**. | coroebus *S cum Keilio*. corbioſ **Bd**. -ius **Rh**. cordius **V**. corybas (*Lugd*. corib- *v*) *v.a.S*. | nicomachiſ **B**. nichomachi **V**. 13 charmantides *S cum Keilio*. -nideſ **B**. carma- *rv*. | euphranoriſ **B***v*. eufr- **h**. eutr- **d**. eitr- **R**. ettr- **V**. | dionysodorus *S cum Keilio*. -siodorus (-nisi- **V**) *ll.v*. 13. 14 dicaeogenes *S cum Keilio*. dicaog- *ll*. diog- **h***v*. 14 euthymides **d**(?) *S cum Keilio*. (-medes **h***v*). eutym- **B**. eutim- **V**. eitim- **R**. 15 midon **h**. mydon *v.a.S*. | soleus *G*. ſolaeuuſ **B**. (*an* ſolenſiſ?). solus *rv*. | pirhomachi **VR**. philo- *v.a.G*. *cfr. XXXIV 51*. | ſtatyari **B**. 16 discipulus **R**(?)**dh***v.a.J*. | mnasiteos **VR**. mnesitheus *HBrot*. | sicyonius (sicio- **R**) mnasitimus (-idemus *v*) **Rd***G*. *om*. **B**. sicionius mnasitius sicionius mnasitimus **V**. | ariſtonide **BV**. -dis *v.a.H*.

filius et discipulus, Nessus, Habronis filius, Polemon Alexandrinus, Theodorus Samius et Stadios, Nicosthenis discipuli, Xenon, Neoclis discipulus, Sicyonius.

147 Pinxere et mulieres: Timarete, Miconis filia, Dianam, quae in tabula Ephesi est antiquissimae picturae; Irene, Cratini pictoris filia et discipula, puellam, quae est Eleusine, Calypso, senem et praestigiatorem Theodorum, Alcisthenen saltatorem; Aristarete, Nearchi filia et discipula, Aesculapium. Iaia Cyzicena, perpetua virgo, M. Varronis iuventa Romae et penicillo pinxit et cestro in ebore imagines mulierum maxime et Neapoli anum in grandi tabula,

148 suam quoque imaginem ad speculum. nec ullius velocior in pictura manus fuit, artis vero tantum, ut multum manipretiis antecederet celeberrimos eadem aetate imaginum pictores Sopolim et Dionysium, quorum tabulae pinacothecas inplent. pinxit et quaedam Olympias, de qua hoc solum memoratur, discipulum eius fuisse Autobulum.

---

§ 148: cfr. Cic. ad Att. IV 16, 12. Plin. supra § 113.

---

1 hadroniſ B. 2 samius h*v*. sannus V. -nnos R d. -nos B. | ſtadioſ B d *J*. -ius R(*B*) *G*. -ieus *H*. statius V. tadius *v*. 4 mulier aeſtimare B. | miconis *ll.* *H*. nic- *G*. myc- *v*. | filiam B. 5 quae (que R) *ll.* *S*. *om.* h *v*. | tabula quae h *v.a.S.* | ephaeſi B. | antiquiſſimae B *G*(*S*). -mis (*praem.* in d h *v*) *r* d h *v*(*Brot.*). 6 cratini h *v*. -niſ B$^{2}$. gratinis *r*. *cfr.* *§ 140.* | quae R *v*. qua *r*. | eſt B V *v*. aet R. 7 *dist. Fröhner anal. crit. p. 15. cfr. § 132.* (*fortasse* et *delendum. an vero Calypso senex intellegitur opposita puellae?*). | ſinem B. | praestreglatorem V d. | theodorum theodorum B. 7. 8 alchiſtenen B. alcistenen *r*. -nem d. -sthene *v.a.S.* 8 ariſtareti B. 9 iaia B *S*. lala *r v*. Laia *Schneidewin*. Maia *Fröhner l. l. p. 18.* | perpetua B h *v*. -tuo *r*. | M. B *C*(*D*). marci d h *Lugd.* -cia *r*. martia M. *v*. | uarrone R *in ras.* 10 inuenta *Rochette* (*Fröhner l. l. p. 18*). | ceſtro B h *B*. cesiro *r v*. | e hore B. aebore V. 11 neapoli anum *H cum Petito*. -itanum *ll.* *v*. 13. 14 manipretiiſ (-raet- B V) *S*. manvp- B$^{2}$. manipretii R. -tio *G*. immanitate pretii h *v*. *cfr. XXXIV 37.* 14 eadem B V *v*(*D*). *om.* R(?) *S*. | state V$^{1}$. aest- V$^{2}$. 15 ſopolim B R T *S*. -lin d h *H*. -lym V. sopylon *v*. | dionisidium R. 15. 16 pinachotechas V. -apothecaſ (bine a- B$^{2}$) B. 16 ei quadam V. 17 autobulum d *G*. autobolum V R. auteb- B. antob- h *v*.

(41) Encausto pingendi duo fuere antiquitus genera, 149
cera et in ebore cestro, id est vericulo, donec classes
pingi coepere. hoc tertium accessit resolutis igni ceris
penicillo utendi, quae pictura navibus nec sole nec sale
ventisve corrumpitur.

(42) Pingunt et vestes in Aegypto, inter pauca mira- 150
bili genere, candida vela, postquam attrivere, inlinentes
non coloribus, sed colorem sorbentibus medicamentis. hoc
cum fecere, non apparet in velis, sed in cortinam pigmenti
ferventis mersa post momentum extrahuntur picta. mirumque, cum sit unus in cortina colos, ex illo alius atque alius fit in veste accipientis medicamenti qualitate mutatus, nec postea ablui potest. ita cortina, non dubie confusura colores, si pictos acciperet, digerit ex uno pingitque, dum coquit, et adustae eae vestes firmiores usibus
fiunt quam si non urerentur. — **12.** (43) De pictura 151
satis superque. contexuisse his et plasticen conveniat
eiusdem operae terrae.

Fingere ex argilla similitudines Butades Sicyonius

---

§ 151: Isid. XIX 15. — cfr. Athenag. legat. pro Chr. 17 p. 18 (Schwartz).

---

1 incauſto B$^2$. | fuere B *S*. fuiſſe *r v*. | genera constat *v.a.S.* 2 castro R. | ides Vd. | uericulo (*Salm. p. 163$^b$ D*) *S. cfr. XXXIII 107.* uir- *ll.v.* | classis R. 4 in nauibus h *v.a.S.* 5 uentisue *CFWMüller p. 16.* -iſque Bd*v*. uestisque *r*. 6 ueſtiſ B$^1$*S*. 6. 7 mirabile B$^1$. 7 atriuere BV. 8 ſ& B. 9 ueliſ & in B. | pigmenti B$^2$*G*. -tiſ B$^1$. -gemici R. -gemut V. pingi in h*v*. 10 feruentes aquas h*v.a.G.* 11 ilio B. 12 ſit Vd. | medicamini VRd. -nis h*v.a.G.* 14 confuſara B. | digerit BdT*v*. -ret *r*. | uno Bd*Verc.* uino *r v.a.H.* 15 coquit Rdh*v*. -ui B$^1$V. -uitur B$^2$*D*. | eae B$^1$*S*. hę B$^2$. *om. rv.* | firmioreſ uſibuſ B*S*. -oribus *r*. -ores dh*v*. 17 satis *om.* R. | his *om.* R. | plastice V. | *distinxi cum O Jahnio. cfr. Fröhner mus. Rhen. 47 p. 294.* 18 operae BV$^2$ (*genet. qualit.*). *cfr. § 183.* -re *rv* (*ad seqq. relatum*). *fortasse* operis *scribendum est, ut § 74. XV 131. XXVII 1. XXXVI 13, aut post* conueniat (*v. 17*) *exciderunt* quae constat, *ut fuerit* quae constat opere (*cfr. XI 224. X 94. XIV 55. IX 151. XXXIII 95 al.*). 19 et (*pro* ex) Vh. | similitudinis VR. | butades (-areſ B) B*S*. *cfr. § 152.* debu- *r*. dibu- dh*v*.

figulus primus invenit Corinthi filiae opera, quae capta amore iuvenis, abeunte illo peregre, umbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circumscripsit, quibus pater eius inpressa argilla typum fecit et cum ceteris fictilibus induratum igni proposuit, eumque servatum in Nymphaeo, donec Mummius Corinthum everterit, tradunt.
152 sunt qui in Samo primos omnium plasticen invenisse Rhoecum et Theodorum tradant multo ante Bacchiadas Corintho pulsos, Damaratum vero ex eadem urbe profugum, qui in Etruria Tarquinium regem populi Romani genuit, comitatos fictores Euchira, Diopum, Eugrammum; ab iis Italiae traditam plasticen. Butadis inventum est rubricam addere aut ex rubra creta fingere, primusque personas tegularum extremis imbricibus inposuit, quae inter initia prostypa vocavit; postea idem ectypa fecit. hinc et fastigia templorum orta. propter hunc plastae appellati.

153 (44) Hominis autem imaginem gypso e facie ipsa primus omnium expressit ceraque in eam formam gypsi infusa emendare instituit Lysistratus Sicyonius, frater Ly-
34, 61 sippi, de quo diximus. hic et similitudines reddere instituit; ante eum quam pulcherrimas facere studebant. idem et de signis effigies exprimere invenit, crevitque res in tantum, ut nulla signa statuaeve sine argilla fierent.

---

§ 152: (cfr. Pausan. IX 41, 1. X 38, 5. III 12, 10). — extr.: Isid. XX 4, 3.

---

2 et (*pro* ex) **V**. | fac **B**¹. -ciem **V**. 4 expressa **R**. | tyrum **B**. | et circum **V**. 6 euerteret **dh***v.a.S.* 8 tradant **B***v*. -dunt *rG* (*errore*). | mulio **BV**. | bachiadaſ **BVT**. batti- *v.a.H.* 11 euchira diopum **B***S.* heucira opū *r*. euchira et *B*. -rapum et *v.a.Bas.* | eugramum **BV**. 12 is **V**¹. his **V**². | butidis **R**. dibutadis *v.a.S.* 13 rubra *ll.Brot.* -rica **d***v*. | cretam **Vh***v.a.Brot.* 14 q, **B**¹. eq, **B**². 15 prostipa **V**. protypa *v.a.Brot.* | ecrypa **B**. 16 fastidia **V**¹**R**. | arta **B**. | plaſte **BV***v.a.B.* 17 appella **R**. -ata *v.a.B.* 18 effacie **V**.
20. 21 lyssippi **V**. iusi- **B**. 21 similitudines *S.* -niſ **B**. -nem *rv*. *an* similitudini (*sc.* imagines)? *cfr.* pulcherrimas (*v.* *22*).
22 studebant (spond- **T**) **dhT***G.* -bat **B**. -batur *v* (*D*). spudebatur *r*. 23 effigieſ **B***S.* -em *rv*. 24 argila **B**.

quo apparet antiquiorem hanc fuisse scientiam quam fundendi aeris.

(45) Plastae laudatissimi fuere Damophilus et Gorga- 154
sus, iidem pictores, qui Cereris aedem Romae ad circum maximum utroque genere artis suae excoluerant, versibus inscriptis Graece, quibus significarent ab dextra opera Damophili esse, ab laeva Gorgasi. ante hanc aedem Tuscanica omnia in aedibus fuisse auctor est Varro, et ex hac, cum reficeretur, crustas parietum excisas tabulis marginatis inclusas esse, item signa ex fastigiis dispersa.
fecit et Chalcosthenes cruda opera Athenis, qui locus ab 155
officina eius Ceramicos appellatur. M. Varro tradit sibi cognitum Romae Possim nomine, a quo facta poma et uvas *n*em*o* pos*s*e*t* aspectu discernere a veris. idem magnificat Arcesilaum, L. Luculli familiarem, cuius proplasmata pluris venire solita artificibus ipsis quam aliorum
opera; ab hoc factam Venerem Genetricem in foro Cae- 156
saris et, priusquam absolveretur, festinatione dedicandi

---

§ 154: cfr. supra § 61. — Vitruv. III 3, 5. — (cfr. Vitruv. II 8, 9). — § 155: cfr. Plin. XXXIV 87. — XXXVI 41. — § 156: cfr. Plin. XXXIV 69. XXXVI 39. — XXXIII 156. XXXVI 40.

---

1 quo — 2 aeris *post* traditam plasticen (*§ 152 med.*) *transposuit U.* 3 plaſtae **B***v.* -trae *r.* | damophiluſ **B**$^2$*G* (diamo- **B**$^1$. dimo- *v*). -pilus *r.* 3. 4 gorgasus (cor- **d**) **d***v.* -auſ **B**. -anus (cor- **V**) *r.* 4 idem **BR***D.* iidemque **h***v.a.S.* | ceteris **V**. cereris — 5 utroque *om.* **R**. | edem **B**. 5 excolerant **R**. -luerunt **h***v.a.S.* 6 significarunt **Rh***v.a.S.* | ab *ll.S.* a **dh***v.* extra **V**$^1$**R**. -tera **V**$^2$. | opera *om.* **B***S.* 7 dimophili **h***v.a.G.* ab laeua *H cum Gron.* ab imia **B**. aplane **V**. aplone **R**. a parte laeua **h***v.* 8 uiſſe **B**$^1$. liſſe **B**$^2$. | auctores uarro **V**. et *om.* **Rd***v.a.S.* 10 dispersa *om.* **R**. 11 calchoſteneſ **BV**. theniſ **B**. 13 poſſim *ll.S.* posim *G.* possum **h**. -unium *v.* fac **VdT**. -tas *v.a.H.* | poma et *ll.H.* romae *v.* 14 nemo posset *ego.* item piſceſ (**B**. -cis *rS.* poscis **d**) *ll.***d***v.* ut non posses (-ssis *Gron.*) *H U cum Gron.* alitem nescisse *Traube. addiderunt* quos *cod. Poll. v* (*Brot.*). ita ut non sit *G* (*S*). non possis *JD.* | ueris *ll. G* (*S*). ueris uix posses (*cod. Poll.*) *v* (*Brot.*). 15 archesilan **V**. -aū **B**$^2$*v.a.G.* asch- **R**. | L. *om.* **R**. 15. 16 proplasmata *G.* propriaſm- **B**. plaurosamta *r.* plastica **h**. proplasticen *v.* 18 soluereter **V**. | feſtinate **B**.

positam; eidem a Lucullo HS |X| signum Felicitatis loca-
tum, cui mors utriusque inviderit; Octavio equiti Romano
cratera facere volenti exemplar e gypso factum talento.
laudat et Pasitelen, qui plasticen matrem caelaturae et
statuariae scalpturaeque dixit et, cum esset in omnibus
157 iis summus, nihil umquam fecit ante quam finxit. prae-
terea elaboratam hanc artem Italiae et maxime Etruriae;
Vulcam Veis accitum, cui locaret Tarquinius Priscus Iovis
effigiem in Capitolio dicandam; fictilem eum fuisse et
ideo miniari solitum; fictiles in fastigio templi eius quadri-
28,6 gas, de quibus saepe diximus; ab hoc eodem factum Her-
culem, qui hodieque materiae nomen in urbe retinet. hae
enim tum effigies deorum erant lautissimae, nec p*a*enitet
nos illorum, qui tales eos coluere; aurum enim et ar-
158 gentum ne diis quidem conficiebant. (46) durant etiam
nunc plerisque in locis talia simulacra; fastigia quidem
templorum etiam in urbe crebra et municipiis, mira

---

§ 157: cfr. Plin. XXXIII 111. Liv. X 23, 12. (Cic. de divin. I 10, 16). — cfr. Martial. ep. XIV 177. — Liv. XXXIV 4, 4.

---

1 HIS **B**. | |X| *D*. IXI **B**. LX **rdhv**. $\overline{\text{LX}}$ *S*. 2 utriuſque **Bv**. -isque **r**. | romani **B**. 3 talento **Bdv**. -tū **r**. 4 e (*pro* et) **V**. | pasitelem **Vd***v.a.S*. 5 ſcalpturaeque **B**¹*G*(*J*). ſcvlpt- **B**²**d***v*(*Brot.*). scalt- **r**. | dix̄ **B**. edixit **d**. esse dixit *v.a.Brot.* 6 iiſ **B**¹**R**. hiiſ **B**². hii **V**. his **dhv**. | antiquam **B**. 7 elauoratam **V**¹. & labo- **B**. *an* elaboratam iam? | etruria **V**². -ria et **dT**. -riae et *SU*. truriat **V**¹. 8 uulcam **B**¹*U*. -ani **B**². uulgam **r**. uolcanium *S cum J*¹. turianum **h**. -mque **v**. *del. Brot.* | ueiſ **B***J*. ulis **r**. ueiis *S*. a fregellis (frigil- **h**) **h** *cod.Poll.v*. | cui locaret **VRdhv**. cull- **B**¹. coll- **B**². 9 in **hv**. *om. ll.***d***D*. *at cfr. XXXVII 11. XXXV 64. 94. 9. 12. XXXVI 196. 27. 28. 36. 58. 98. XXXIV 53. 84. 27. (33. 54). XVI 10. XII 94. VII 126. II 16 cum XXXIV 14. 27. XXXVII 178. XXIX 4. 71. XV 127.* | capitolio **Bhv**. -li **r**. -lii **d**. | eam **hv***.a.G*. 10 deo **B**. | miniari *G*. -nari **B**. mirari **rv**. | solere **hv***.a.G*. 10. 11 quadrigiae **V**. -gie **R**. -gae **hv***.a.G*. 11 saepe *ll.v*. supra *coni. J*. 12 hodie quae **B**. | hae **dTv**. haec *ll.* 13 laudatissimae **R**(?)**hv***.a.U*(*J*). | paenitet *S*. pen- **B**. poen- **r**(?)**v**. *cfr. § 141.* 14 eoſ **BV**¹**RdTh***S*. deos **V**²*H*(*U*). *del. v.* 15. 16 etiamnum **B**¹*S*. 16 quaedam **B**.

caelatura et arte suique firmitate, sanctiora auro, certe innocentiora.

In sacris quidem etiam inter has opes hodie non murrinis crystallinisve, sed fictilibus prolibatur simpulis, inenarrabili Terrae benignitate, si quis singula aestimet, etiam ut omittantur in frugum, vini, pomorum, herbarum 159
et fruticum, medicamentorum, metallorum generibus beneficia eius, quae adhuc diximus. *n*eque adsiduitate satiant figlinarum opera, * doliis ad vina excogitatis, ad aquas tubulis, ad balineas mammatis, ad tecta *imbricibus*, coctilibus laterculis fundamentisque aut quae rota fiunt, propter quae Numa rex septimum collegium figulorum instituit. quin et defunctos sese multi fictilibus soliis 160
condi maluere, sicut M. Varro, Pythagorio modo in myrti et oleae atque populi nigrae foliis. maior pars hominum

§ 159: Isid. XX 4, 3. XIX 10, 14. — § 160: Isid. XX 4, 3. (6). 5. — Martial. ep. XIV 97. 101. 146. 107.

1 ſuique **B***S*. aeuique *rv*. | ſanctiora auro (-or muro **B**) *ll.B*(*H*). certiora auro *v*(*G*). 2 innocentiora **d***v*. -ior *ll.* 3 &iam **B***v*. iam *r*. 4 crystallinisue **dh***v*. cryſſt- (gr- **B**$^1$) **B**. crisitali- **R**. cypsit- **V**. | simpulis *v*(*D*). ſin pulſ **B**$^1$. -lſa **B**$^2$. simpuis *rJ*. -puuiis **h***G*. 5 inerrabili **V**. -le **B**. | ter sae **V**. | quis **VRdh***v*. qui **B***S*. | *sqq. dist. v.a.H. cfr. XXXVI 1.* 6 et iam *S*. | ut *om.* **B**. | ſtagum **R**. | pymorum **B**$^1$. 7 et *om.* **Rh***v.a.S*. 7. 8 ueneficia **B**. 8 quae **R**(?)*H*. quaeque **Bdh***v*(*S*). que quae **V**. quaequae *D*. *an* quaeque alia? *cfr. XX 2.* | ad hoc **B**. | neque *ego*. uel quae **B***v*. uel *rH*. | adsiduitatiſ **B**. (*de sententia cfr. XII 81*). 9 doluis **V**$^1$. 10 tubuliſ **BV***B*. tab- **RdTh***v*. (tegulisque *add.v.a.H*). | mammatis *ll.v*(*H*). hamatis *B*. | imbricibus *huc transposui e coni. S. post* opera (*v. 9*) *habent ll.v* (*librarii primo ab* opera *ad* tecta *aberrantis errore mox cognito, sed non correcto*). *del. H.* 11 fundamentisque (-quae **V**) *ll.v*(*S*). frontatisque *B*. ad fundamenta *D ex Isid.* (*saltem* ad parietes fundamentaque). | aut quae *ll.v*(*S*). ob quae *H*. quae aut *D*. 11. 12 rota fiunt propter quae **B**(*v*)*S*. *om. rH. post* fiunt *transposuerunt* doliis — aquas *v.a.H*, doliis — mammatis *J*. *plura mutavit transponendo addendoque D. cfr. etiam U 780.* 12 vii **BV**. 13 soliis *om.* **V**. 14 sicuti maluerunt **V**. | marcvs **B**$^2$. -co **B**$^1$. | pythagorio **B***S*. -reo **h***Brot*. -rico *v*. pitagodio *r*. | in mitti **R**. 15 fodis **VR**.

terrenis utitur vasis. Samia etiam nunc in esculentis laudantur. retinent hanc nobilitatem et Arretium in Italia et calicum tantum Surrentum, Hasta, Pollentia, in Hispania
161 Saguntum, in Asia Pergamum. habent et Trallis ibi opera sua et in Italia Mutina, quoniam et sic gentes nobilitantur et haec quoque per maria, terras ultro citro portantur, insignibus rotae officinis. Erythris in templo hodieque ostenduntur amphorae duae propter tenuitatem consecratae discipuli magistrique certamine, uter tenuiorem humum duceret. Cois *ea* laus maxima, Hadrianis firmitas, nonnullis circa hoc severitatis quoque exemplis.
162 Q. Coponium invenimus ambitus damnatum, quia vini amphoram dedisset dono ei, cui suffragi latio erat. atque ut *e* luxu quoque aliqua contingat auctoritas figlinis: tripatinium, inquit Fenestella, appellabatur summa cenarum lautitia; una erat murenarum, altera luporum, tertia mixti piscis, inclinatis iam scilicet moribus, ut tamen eos praeferre Graeciae etiam philosophis possimus, siquidem in Aristotelis heredum auctione

§ 162: Fenestella: cfr. Peter fragm. hist. Rom. p. 277. — Diog. Laert. V 1, 16.

1 samiae **V**. | etiamnunc (&iann- **B**) *S*. -num **r v**. | siculentis **R**. scul- **V**. 2 retinet *v.a.S(J)*. | aretium **B**$^2$. 3 caldaicum **V**$^2$. -dei **R**. | furrentum **V**. | haſta **B d** *D*. -tam **r**. Asta *v*. *cfr. III 49*. | polientia **B**. 4 sagunt in **V**. -gunt tum en (tamen **B**$^2$) **B**. | trallis *v(S)*. trailiſ **B**. tralis **r**. (*cfr. § 172*). tralles **d h** *H*. -eis *C*. | ibi *ll.S. om.* **d h** *v*. sibi *Fröhner mus. Rhen. 47 p. 294*. 5 mutina **B** *C*. utinā **r** (*v ante* in italia). | ſig genteſ **B**$^1$. inge- **B**$^2$. 6 terrasque *et* citroque *v.a.S*. 7 erythriſ **B T h** *v*. -theris **r**. 8 amphorae **B** *v*. appiore **r**. 10 dumū **B**$^1$. dom- **B**$^2$. | ea laus *ego*. illa laus *D cum U 782*. laus *ll. v*. leuitas *Fröhner anal. crit. p. 19*. | adrianis **V**$^1$**d h** *H*. adiutoris **V**$^2$**R**. 11 quoque seueritatis **d** (?) *Brot*. 12 Q. **h** *v*. quintum **B**. quan- **r**. | copionū **B**. -nium **V**. 13 cui ſufragi **B**. cuius fragi **V d h**. cuius suffragii *v.a.H*. 14 e luxu *S e coni. J*. luxu *v*. fluxu *cod. Poll.* fruxu **B**$^1$**d**. -xo **V R**. frucu **B**$^2$. | aliquo **B**. 14. 15 tripatinium **B** *S*. -num *v*. tispatiniū **r**. 16 cenarum *S*. coen- **d** (?) *v*. gen- **V R**. generū **B**. -ra **h**. *cfr. § 165 extr.* 17 mixa **d**. myxonis *v.a.S*. 18 gratiae **V R**.

septuaginta patinas venisse traditur. nos cum unam Aesopi 163
tragoediarum histrionis in natura avium diceremus HS $\bar{C}$ 10, 141
stetisse, non dubito indignatos legentes. at, Hercules,
Vitellius in principatu suo |$\bar{X}$| HS condidit patinam, cui
faciendae fornax in campis exaedificata erat, quoniam eo
pervenit luxuria, ut etiam fictilia pluris constent quam
murrina. propter hanc **Mucianus** altero consulatu suo 164
in conquestione exprobravit patinarum paludes Vitelli memoriae, non illa foediore, cuius veneno Asprenati reo
**Cassius Severus** accusator obiciebat interisse convivas
CXXX. nobilitantur his quoque oppida, ut Regium et 165
Cumae. Samia testa Matris deum sacerdotes, qui Galli
vocantur, virilitatem amputare nec aliter citra perniciem,
M. **Caelio** credamus, qui linguam sic amputandam obiecit
gravi probro, tamquam et ipse iam tunc eidem Vitellio
malediceret. quid non excogitat vita fractis etiam testis
utendo, sic ut firmius durent, tunsis calce addita, quae
vocant Signina! quo genere etiam pavimenta excogitavit.

**13.** (47) Verum et ipsius terrae sunt alia commenta. 166

---

§ 163 extr.: cfr. Suet. Vitell. 13. — § 164 extr.: cfr. Suet. Aug. 56. — § 165: Martial. ep. XIV 113. III 81. Suet. Vitell. 3 extr. — cfr. Colum. I 6, 12. — § 166: Vitruv. II 6, 1. Seneca nat. qu. III 20, 3. Isid. XVI 1, 8.

---

1 LX *v.a.H.* | nam nos **h***v.a.S.* | unam **dh***v.* una (a *in ras.*) **B**. un *r.* | esophi **VRd**. 2 stronis **VR**. | c̄ **V***S.* [c] **B**. |ō| *D.* c' **d**. centum **R***v*(*G*). DC (**h**)*B.* 4 |x̄| **B***J.* x̄ **Rd***H.* x **VTh**. cc *v.* | condidit **dh***v.* condit *ll.* 7 murina **R**. unina **V**. | macianus **R**. 8 conquestione *ll.v*(*S*). -quisitione *G.* 8. 9 memoriae **Bh***G.* -ria *v.* memacriae (-aer- $V^1$) **V**. -rie **R**. 9 illae **B**. | asprenati **h***v.* -pernati **BR**. -tis $V^2$. -pere nati **d**. -tis $V^1$. | eo **V**. 10 gaſſiuſ **B**. 11 iis oppida quoque **h** *v.a.S.* | regium **V***v*(*D*). -gum **B**. rhegium **R**(?)**dh***C.* | ex **VR**. 12 cum.e **B**. cuma **V**. 13 amputant **h***v.a.H.* 14 si M. *v.a.H.* | sic — 15 graui **VRdh***v.* ſic $B^2$. *om.* $B^1$. 15 probro $d^2$ *in ras.* **h***v.* -bra **B**. -ba *r.* 16 quid? non (= nonne) *J.* | excogitat uita **B***S*(*D*). -tauit a *r.* -tauit uita *J.* -tauit ars **h***v.* 17 tunſiſ **B***S.* tusis **d***v.* uis $V^1$. ur his $V^2$. oris **R**. *om.* **h**. 18 ſigni ina **B**. | quo $B^2$**d***v.* quo e **T**. qua $B^1$. quae **Vh**. q. **R**. | genere **BdT***v.* cen- $V^1$**R**. cin- $V^2$. certe **h**. *cfr. § 162.* | palmenta **B**. 19 segmenta *v.a.H.*

quis enim satis miretur pessumam eius partem ideoque pulverem appellatam in Puteolanis collibus opponi maris fluctibus, mersumque protinus fieri lapidem unum inexpugnabilem undis et fortiorem cotidie, utique si Cumano
167 misceatur caemento? eadem est terrae natura et in Cyzicena regione, sed ibi non pulvis, verum ipsa terra qua libeat magnitudine excisa et demersa in mare lapidea extrahitur. hoc idem circa Cassandream produnt fieri, et in fonte Cnidio dulci intra octo menses terram lapidescere. ab Oropo quidem Aulida usque quidquid attingitur mari terrae mutatur in saxa. non multum a pulvere Puteolano distat e Nilo harena tenuissima sui parte, non ad sustinenda maria fluctusque frangendos, sed ad de-
168 bellanda corpora palaestrae studiis. inde certe Patrobio, Neronis principis liberto, advehebatur. quin et Cratero et Leonnato ac Meleagro, Alexandri Magni ducibus, *solitum* hoc portari cum reliquis militaribus commerciis reperio, plura de hac parte non dicturus, non, Hercules, magis quam de terrae usu in ceromatis, quibus exercendo iuventus
169 nostra corporis vires perdit animorum. **14.** (48) quid? non in Africa Hispaniaque e terra parietes, quos appellant

§ 167 extr.: Suet. Nero 45. — § 169: Isid. XV 9, 5. cfr. XIX 10, 1. Pallad. I 34, 4. — extr.: cfr. Plin. II 181.

1 ideoque **B***G*. medioque *rv*. 2 puluere **Vd**. | appellatum *v.a.S.* | in *ll.v.* *an* e? (colligitur *add. Isid.*). 3 fluctibus *om.* **R**. | lapidem **Bd***v*. -itiā *r*. 3. 4 expugnabilem **B**. 4 quo cotidie **V**. 5 cemento **V**$^2$*v.a.G.* cim- **V**$^1$**R**. 6. 7 qualibet **dh***v.a.S.* 8 caſſandream (casa- **R**) *ll.v*(*S*). -driam **d**(?)*C*. 9 cnidio **VRd***G*(*S*). cned- **B**. gnid- *v*(*Lugd.*). 9. 10 lacere **B**. 10 quitquid attigitur (anti- **B**$^1$) **B**. 11 mutur **B**$^1$. 12 diſtate **B**$^1$. -ante **B**$^2$. | niho **Vd**. 13 ſuſtinendam **B**$^1$. | fluctibusque frangendo **VR**. 13. 14 ebellanda **V**$^1$. debellando **B**$^1$. -dv̄ **B**$^2$. 14 palaestrae **d***v*. paleſ- **BV** *Ven.* plas- **R**. | *an* ideo? 16 melae (e *eras.*) agro **B**$^1$. mel agro **B**$^2$. | solitum *ego*. ſabium **B**. sablum *rS*. -bulum **dh***v*. 17 hoc *sc.* commercium. | portari **h***v*. -are *ll.* -auere *Müller emend. V 19* (*puncto post* commerciis *posito*). | relitaribuſ (*om.* quis mili) **B**$^1$. relat- **B**$^2$. | commerciſ **B**$^1$*D*. 19 inuentuſ **B**$^1$. 20 corpora **dh***v.a.S.* 21 non **B***G*(*J*). non et **RdTh***v* *Brot.*). *in* **V** *lacuna.* | e **B***S*. *om. r.* ex *v*.

formaceos, quoniam in forma circumdatis II utrimque tabulis inferciuntur verius quam struuntur, aevis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus omnique caemento firmiores? spectat etiam nunc speculas Hannibalis Hispania terrenasque turres iugis montium inpositas. hinc et caespitum natura castrorum vallis accommodata contraque fluminum impetus aggeribus. inlini quidem crates parietum luto et lateribus crudis exstrui quis ignorat?

(49) Lateres non sunt ex sabuloso neque harenoso 170
multoque minus calculoso ducendi solo, sed e cretoso et albicante aut ex rubrica vel etiam e sabulo, masculo certe. finguntur optime vere, nam solstitio rimosi fiunt. aedificiis non nisi bimos probant, qui*a* et intritam ipsam eorum, priusquam fingantur, macerari oportet. genera 171
eorum *f*iu*nt* tria: Lydion, quo *nos* utimur, longum sesquipedem, latum pedem, alterum tetradoron, tertium pentadoron. Graeci enim antiqui δῶρον palmum vocabant et ideo δῶρα munera, quia manu darentur; ergo a quattuor et quinque palmis, prout sunt, nominantur. eadem est et latitudo. minore privatis operibus, maiore in publicis

§ 170: Vitruv. II 3, 1. 2. 3. — § 171: Vitruv. II 3, 4.

1 formaceoſ **Bd***G*. forna- *rv*. | in forma *ll.G*. fornacium modo **h***v*. | duabuſ utrimque **B***S*. utrimque (-rumque **V**) duabus *rv*. *cfr*. *Isid*. 2 striuntur **R**. instruuntur **h**(?)*v.a.J ex Isid*. 5 turreſ **Bdh***v*. terras *r*. 6 ualis **V**[1]. aliiſ **B**. | contraque **B***S*. -tra *rv*. 7 aggeribuſ **Bd***v*. ac generibus (genibus **R**) *r*. 8 extrui **B**[1]*D*. 9 lateris **VR**. | ex **B***S*. ea *r*. e **dh***v*. | saboloso **R**. sob- **V**. 10 calculo **VR**. | ſoloſ **B**[1]. 11 etiam **B***S*. *cfr*. *Vitruv*. si iam *rv*. | ex *v.a.S*. | sabulo *ll.v*(*J*). -loso *G*. sablo *S*. | e masculo *v.a.S*. 12 fintur **B**. | non (*pro* nam) **B**. 13 niſi bimoſ **B***G*. sibi mos *r*. idoneos **h***v*. | quia *ego*. quin *ll.v*. 15 fiunt *ego e Vitruv*. qui **B***J*. que *r*. quae *S*. *om*. **d***v*(*D*). | lydion *ll.H*. lidron **h**. -doron *v*. didoron *B*. | nos *ego coll*. *Vitruv*. (nostri). uolgo *Müller emend. V 20. om. ll.v*. 15. 16 ſeſquipedem **Bd***S*. -de in *r*. -de **h***v*. 16 pede **Rh***v.a.S*. 16. 17 tertium pentadoron *om*. **B**. 17 graeci **dh***v*. greci **B**. graecia **V**. t̄tia **R**. | psalmum **V**[1]**R**. 18 dora mūcera **R**. doromum caera **V**. | odorentur **R**. 20 latitudine **B**. | in priuatis **h***v.a.S*. | maiore **Bh***v*. a ma- *r*.

utuntur in Graecia. Pitanae in Asia et in ulteriore Hispania civitatibus Maxilua et Callet fiunt lateres, qui siccati non merguntur in aqua. sunt enim e terra pumicosa,
172 cum subigi potest, utilissima. Graeci, praeterquam ubi e silice fieri poterat structura, latericios parietes praetulere. sunt enim aeterni, si ad perpendiculum fiant. ideo et publica opera et regias domos sic struxere: murum Athenis, qui ad montem Hymet*t*um spectat, Patris aedes Iovis et Herculis, quamvis lapideas columnas et epistylia circumdarent, domum Trallibus regiam Attali, item Sardibus Croesi, quam gerusia*n* fecere, Halicarnasi
173 Mausoli, quae etiam nunc durant. Lacedaemone quidem latericiis parietibus excisum opus tectorium propter excellentiam picturae ligneis formis inclusum Romam deportavere in aedilitate ad comitium exornandum Murena et Varro. cum opus per se mirum esset, tralatum tamen magis mirabantur. in Italia quoque latericius murus Arreti et Mevaniae est. Romae non fiunt talia aedificia, quia sesquipedalis paries non plus quam unam contignationem

---

§ 172: Vitruv. II 8, 9. 10. — § 173: Vitruv. II 8, 9. 16. 17.

---

1 et in **h** *v*. aut in *ll*. *an* sicut in? 2 maxilua *ll*. *H*. *cfr*. *Vitruv*. -lia **d**. massilia **h** *v*. massia *B*. | callet *D cum U 783 coll. III 12*. -ent **B**. canlent *r*. -to **d**. calento **h** *v*. | que (quę **R**) siccat **VR**. 5 est licefieri (lique- **V**) **Vd**. | ſtructura **B** *v*. -tu *r*. 6 frant **B**. 7 ideo et **Bh** *S*. de eo et *r H*. ideo et ad (in *G*) *v*. | damos **R**. | ſic **BdT** *S*. ie **R**. *del*. **V**[2]**h** *H*. adduntur. sic *v*. | *dist*. *H*. | ſtrucſere **B**[1]. -cxere **V**. extrux- **Th** *v*. *a*. *G*. 8 montem **Bd** *v*. monente **V**. -ent **R**. | hymettum *C*. -metum **BV** *v*. heym- **R**. 10 epyſtylia **B**. aepistilia **V**. | trailibuſ **B**. tral- **V**. *cfr*. *§ 161*. 11 coeſy **B**. | gerusian *C*. -sia **VR** *v*. -ſta **B**. | alicarnaſi **B**. 12 mausoli *G*. -luſ **BR**. -lea *v*. masolus **V**. -liis **d**. | quae **Rdh** *v*. que **B**. qui **V**. (*an* iisque *sc*. lateribus?). | etiannunc **B**[1]. 13 tectorum **B**. 15 exorandum **Vd**. | munera **R**. muraena **dh** (?) *Lugd*. 16 translatum **B**[2]**Rd** *v*. *a*. *S*. 17 mirabuntur **B**. | arreti *J*. -tii *H*. arrecti **B**. acreti *r v*. aretii *B*. -ti *S*. 18 & meuaniae **B** *v*. eume- **d**. eum euagine (aeuaginae **V**) *r*. 19 ualan (*pro* unam) **B**. 19 *et* p. 295, 1 condignationem tvlerat **B**[2].

tolerat, cautumque est, ne communis crassior fiat, nec intergerivorum ratio patitur.

**15.** (50) Haec sint dicta de lateribus. in terrae 174
autem reliquis generibus vel maxime mira natura est
sulpuris, quo plurima domantur. nascitur in insulis Aeo-
liis inter Siciliam et Italiam, quas ardere diximus, sed 3, 92 sq.
nobilissimum in Melo insula. in Italia quoque invenitur
in Neapolitano Campanoque agro collibus, qui vocantur
Leucogaei. ibi e cuniculis effossum perficitur igni.
genera IIII: vivum, quod Graeci apyron vocant, nascitur 175
solidum solum — cetera enim liquore constant et con-
ficiuntur oleo incocta —; vivum effoditur tralucetque et
viret. solo ex omnibus generibus medici utuntur. alterum
genus appellant glaebam, fullonum tantum officinis familiare.
tertio quoque generi unus tantum est usus ad lanas suf-
fiendas, quoniam candorem mollitiamque confert. egula
vocatur hoc genus, quartum caute ad ellychnia maxime
conficienda; cetero tantum vis est ut morbos comitiales

---

§ 174: Isid. XVI 1, 9. Diosc. V 123. — § 175: (Cels. V 18, 14). — §§ 175. 176: Isid. XVI 1, 9. 10.

---

1 ne **B**h*v*. nec *r*. 2 intergerriuor **V**. -erinorum *v.a.H.* 4 reliquiſ **B***v*. regionis *r*. *om.* h. 5 sulphuris **R**d(?) *v.a.J* (*ut semper*). | quod **V**[1]**R**. 7 milo **VR**. 8 neopolitano **B**. expo- **V**. | campoque **B**. 9 leucogaei **R**(?)*B*. -geli **V**. -gely d**T**. -gei h. -oceli **B**. | ibi e **B**(**R**?)*H cum Gron.* bie **T**h. biae **V**d. (lybiae *B*). quod est (*vel* e) *v*. | efossum **V**. efuss- **R**. 11 solidum *D cum U 784*. solidum hoc est glaeba (**B***S*. gleba *rH*. -bosum *v*) *ll.v*. | ſolum **B**[1]**VR***S*. -lo **B**[2]. *del. D cum U.* quo solum d**T**(?)*H*. eo solo *v*. | *dist. ego.* | cetera **V**[2]*S cum Gron.* ex omnibus generibus (*om.* **B**) medici utuntur. alterum genus cetera **BV**[1]**R** (*errore praecepta ex v. 13 sqq.*). ex omnibus—utuntur cetera d**T**h*v*. 12 translucetque **B**[2]**R**d*v.a.S.* 13 ui//r& **B**. | solo—utuntur *ll.S.* *om.* d**T**h*v*. (generibus *om. S cum* **B**[a]). 14 gleba **V**. 15 generi **B**h*v*. -re *r*. 15. 16 suffiendas *G. cfr. Isid.* -iciendas *ll.v*. 16 candorem h*D cum U 785.* -rem tantum *ll.v*. | mollitiāq. **B***S*. -iam **R** (*praem.* et) d. -iemque h*v*. *in* **V** *litt. evan.* 17 quartum *ll.D.* -to h*v*. | caute (cate **V**) *ll.D.* autem h*v*. (aptum *Isid.*). *an* καυτήρ? | hellychnia **B**. hely- **V**. 18 tantum *ll.* -ta h*v ex Isid.* *an* tamen (*vel* uis tantum)? | uis *om.* **V**.

deprehendat nidore inpositum igni. lusit et Anaxilaus eo, addens in calicem vini prunaque subdita circumferens, exardescentis *r*epercussu pallorem dirum velut defunctorum

176 effundente *in* conviviis. natura eius excalfacit, concoquit, sed et discutit collectiones corporum, ob hoc talibus emplastris malagmatisque miscetur. renibus quoque et lumbis in dolore cum adipe mire prodest inpositum. aufert et lichenas faciei cum terebinthi resina et lepras; harpax ita vocatur a celeritate praebendi, avelli enim subinde

177 debet. prodest et suspiriosis linctu, purulenta quoque extussientibus et contra scorpionum ictus. vitiligines vivum nitro mixtum atque ex aceto tritum et inlitum tollit, item lendes, et in palpebris aceto sandaracato admixtum. habet et in religionibus locum ad expiandas suffitu domos. sentitur vis eius et in aquis ferventibus, neque alia res facilius accenditur, quo apparet ignium

---

§ 176: Diosc. V 123. Pl. iun. 58, 16. Seren. 456. — § 177 init.: Diosc. V 123. eupor. II 31. — Homerus χ 481. Iuvenal. II 157. Ovid. fast. IV 739. — cfr. Plin. XXXI 59. — Seneca nat. qu. II 21, 2.

---

1 anasilaus **R**. 2 addenſ **B***S*. candens *rv*. | calicem **B***S*. -ce *rv*. | uini $B^2$ *Isid. Brot.* uici $B^1$. uino *r*. nouo *v*. | prunaque **d***v*. -na quae **B**. -naeque **V**. -neque **R**. 3 exardeſcentiſ **Bd***v*. -tes *r*. | repercussu *v ex Isid.* (*J*). se pc- **Rd**. superc- **V**. perc- **B***S*. 4 effundente in *ego*. *cfr. XXXIV 12.* -tem **B***S*. -te *rv*. offundente **h**(?)*G*. | conuiuiſ **B***JD*. 5 talibus *ll. v*. albis *Fröhner anal. crit. p. 19. cfr. XXXIII 110.* 8 faciei **B***S*. e (ae **F**. a *v*) facie (-iae **F**) **RFdh***v*. *om.* **V** (*hic deficiens usque ad § 194* bitumini). | terebinti **F**. -benti **B**. | resine **R**. ne sine **F**. | lebhraſ $B^1$. | harpax **B***B* (*S cum J ad praecedd. referens*). arpax *r*. harpacticon (*om.* ita) *v*. 9 uocatur **B***v*. -antur *r*. | praebendi **B***S*. *cfr. XXVIII 3 extr.* praeuelli *r*. uellendi **h***B*. auell- *v*. prendendi *J*. | uelli **h**. a **R**. 10 suspiriosus **R**. | linctu *S cum J*. unctu **B**. linctum **dh***v*. -tus $R^2F$. lictus $R^1$. *cfr. XXXVI 133. XXXIII 92. XXXI 104. 105. XXIX 120.* 11 extussia eā tibus **RF**. | utiligines **R**. uellig- $B^1$. uel lentig- $B^2$. 12 uium $B^1$. cum $B^2$. 13 et in **B***S*. in *rv*. et **h**. 13. 14 admixtum **B***S*. (amm- **dh**). -tom **F**. -to **R***v*. *cfr. XXIX 137.* 14 et *om.* **B**. | expianda **B**. 15 modo **B**.

vim magnam ei inesse. fulmina, fulgura quoque sulpuris
odorem habent, ac lux ipsa eorum sulpurea est.

(51) Et bituminis vicina natura est. aliubi limus, 178
aliubi terra est, limus e Iudaeae lacu, ut diximus, emer- 5, 72
gens, terra in Syria circa Sidonem oppidum maritimum.
spissantur haec utraque et in densitatem coeunt. est vero
liquidum bitumen, sicut Zacynthium et quod a Babylone
invehitur; ibi quidem et candidum gignitur. liquidum est
et Apolloniaticum, quae omnia Graeci pissasphalton appel-
lant ex argumento picis ac bituminis. gignitur et pingue 179
oleique liquoris in Sicilia Agragantino fonte, inficiens
rivum. incolae id harundinum paniculis colligunt, citis-
sime sic adhaerescens, utunturque eo ad lucernarum lu-
mina olei vice, item ad scabiem iumentorum. sunt qui
et nap*h*tham, de qua in secundo diximus volumine, bitu- 2, 235
minis generibus adscribant, verum eius ardens natura et
ignium cognata procul ab omni usu abest. bituminis 180
probatio ut quam maxime splendeat sitque ponderosum,
grave*o*len*s*, at*r*um modice, quoniam adulteratur pice. vis

---

§ 178: Isid. XVI 2, 1. Diosc. I 99. 100. Vitruv. VIII 3, 8. — § 179: Diosc. I 99 (101). Solin. 5, 22. Verg. georg. III 451. Colum. VI 32, 2. — § 180: Diosc. I 99. 101.

---

1 ei **B**$^2$*S*. & *r*. etiam **dh**. -am ei *v*. | et fulgura *v.a.J.* 2 ſulfurea **B**$^2$. sulpura **RF**. -phurea **d**(?)*v.a.S.* 3 aliubi *S*. -be **B**$^1$. alibi *rv*. | limis **R**. 4 aliubi *S*. -be **B**$^1$. alibi **B**$^2$**d***v*. *om. r*. | terrae **R**. | est *om.* **h***v.a.S.* | libuſ **B**$^1$. | e (*G.* a **Rh***v*) iudaeae **Rh***v*. e (a **F**) iudea **Fd**. eiuſde ae (*del.* **B**$^2$) **B**. | lacu **Bh***v*. flacu **F**. flatu **Rd**. 6 est uero et *Bergk I 23.* 7 ab **B**$^1$. 8 et *om.* **B**. 9 umū (*pro* omnia) **R**. | piſſaſphalton (ſpi- **B**$^1$) **Bdh***v*. -palton *r*. 10 piſcif **B**$^1$. | ac *ll.S.* et **dh***v*. | & **BFh***v*(*S*). et in (im **T**) **RdT**. etiam *H.* 11 oleique **B***S*. dieique *r*. (liquorisque oleacei *v*). | agragantino **RF***v*(*D*). agragent- **B**$^1$*S*. agrigent- **B**$^2$. *cfr. § 62.* | inf//icienſ **B**$^2$. inſpic- **B**$^1$. 13 ſi **B**$^1$. 14 ad ſcabiē (-em ad **d**) **B**$^2$**dh***v*(*D*). ſcabie (-iae **F**. -iem *S*) ad *rS.* (*an* item in scabie boum ac iumentorum?). 15 naphtham *G.* -then *v*. naptham **B**$^2$. napham **B**$^1$. -pha *r*. *cfr. II 235. XXIV 158.* 17 cognatio **R**. 18 ponderosum ac *v.a.J.* 19 graueolens *ego e Diosc.* graue leue (lene **h**) *ll.***dh***v*. graueolens, leue *Külbius.* grauedinosum, leue *Müller emend. V 21.* | atrum *ego e*

quae sulpuri: sistit, discutit, contrahit, glutinat. serpentes accensum nidore fugat. ad suffusiones oculorum et albugines Babylonium efficax traditur, item ad lepras, lichenas pruritusque corporum. inlinitur et podagris. omnia autem eius genera incommodos oculorum pilos replicant, dentium
181 doloribus medentur simul nitro in*trito*. lenit tussim veterem et anhelitus cum vino potum; dysintericis etiam datur eodem modo sistitque alvum. cum aceto vero potum discutit concretum sanguinem ac detrahit. mitigat lumborum dolores, item articulorum, cum farina hordeacia inpositum emplastrum peculiare facit suo nomine. sanguinem sistit, volnera colligit, glutinat nervos. utuntur etiam ad quartanas bituminis drachma et hedyosmi pari
182 pondere cum murrae obolo subacti. comitiales morbos ustum deprendit. volvarum strangulationes olfactu discutit cum vino et castoreo, procidentes suffitu reprimit, purgationes feminarum in vino potum elicit. in reliquo usu
34, 15 aeramentis inlinitur firmatque ea contra ignes. diximus et tingui solitum aes eo statuasque inlini. calcis quoque usum praebuit ita feruminatis Babylonis muris. placet in

§ 180 extr.: Diosc. eupor. I 235. 53. 71. cfr. Scribon. 54. Marc. 12, 2. — § 181: Diosc. I 101. eupor. II 31. 39. cfr. Marc. 16, 67. — § 182: Diosc. I 101. — extr.: Vitruv. VIII 3, 8. I 5, 8.

*Diosc.* autem *ll. v.* 1 sulpuri F*J*. -rei B. -phuri R*S*. -ris h*v*. 2. 3 albugine R. 3 babylonis R. babill- F. | idem B. | lebhraſ $B^1$. 4 plurituſque $B^1$. 6 medetur h*S*. | simul cum h*v.a.S*. | intrito. lenit *ego coll. Diosc. eupor. I 71 et XXX 77. 81.* inlituſ B. -to *J*. -tum *S*. -tum lenit *D* (*cum sqq. iungens coll. XXXI 121*). inlini F. illini R. illitum dh. -ta *v*. 7 potum *ll. J* (*cum lac. signo*). potum emendat *v*. 8 alitum R. 9 ac B*S*. & dh*v*. *om. r*. 11 inplaſtrum $B^1$. | peculare B. | ſuo Bh*S*. sui *rv*. | nominis *v.a.S*. 12 colligat *v.a.S*. | utantur R. 13 dracma B. | hedyoymi Fd. hedro- R. | patori RF. 15 uſtum Bd*v*. usum *r*. | olfactum h*v.a.S*. 16 uinū R. | procidentes RT*H*. -te Fd. -cedenteſ B. -cidenti (-tia *v*) sedi (-dis *v*) h*v*. 17 elicit B*v*. eiec- *r*. 18 firmatque dh*v*. -quae F. -maq. R. fit atq. B. | ignis RF*S*. 19 solitas *v.a.S*. | aeſ B*S*. ex *rv*. | eoſ $B^1$. | statuas et *v.a.S*. 20 feminatiſ $B^1$. ferrumin- Rd*v.a.S*. | babylonii R. | in Bdh *v*(*S*). et R*G*. et in F*D*.

ferrariis fabrorum officinis tinguendo ferro clavorum capitibus et multis aliis usibus.

(52) Nec minor est aut adeo dissimilis aluminis opera, 183
quod intellegitur salsugo terrae. plura et eius genera. in Cypro candidum et nigrius, exigua coloris differentia, cum sit usus magna, quoniam inficiendis claro colore lanis candidum liquidumque utilissimum est contraque fuscis aut obscuris nigrum. et aurum nigro purgatur. fit autem 184
omne ex aqua limoque, hoc est terrae exudantis natura. conrivatum hieme aestivis solibus maturatur. quod fuit ex eo praecox, candidius fit. gignitur autem in Hispania, Aegypto, Armenia, Macedonia, Ponto, Africa, insulis Sardinia, Melo, Lipara, Strongyle. laudatissimum in Aegypto, proximum in Melo. huius quoque duae species, liquidum spissumque. liquidi probatio ut sit limpidum lacteumque, sine offensis fricandi, cum quodam igniculo *ca*loris. hoc phorimon vocant. an sit adulteratum, deprehenditur suco Punici mali; sincerum enim mixtura .... alterum genus est pallidi et scabri et quod inficiatur *et* galla, ideoque hoc vocant paraphoron. liquidi aluminis vis adstringere, 185
indurare, rodere. melle admixto sanat oris ulcera, papulas

§ 183: Isid. XVI 2, 2. — § 184: Isid. XVI 2, 2. Diosc. V 122. — Galen. κατὰ τόπ. VI 3. — § 185: Diosc. V 122. Seren. 81. Marc. 18, 21. Pl. iun. 100, 14—16. 5.

1 clauorum **B** *S*. -umque **Fdh** *v*(*D*). duorumque **R**. (*dist. sustulit J*). 3 aut *om*. **R**. | ab eo **dT** *v.a.S*. | aluminis **RFdh** *v*(*D*). -ni **B** *S*. 5 nigricis **T**. -rum **dh** *v.a.S*. | coloribuſque **B**. (*an* coloris uisusque?). 6 magna *G*. -ni *ll.v*. | inficiendiſ **Bd** *v*. -do **h**. -entes *r*. 8 auro **R**. 9 exundantis **F**. -tur **R**. 11 praecoctū **B**[2]. | candidiuſ **B** *G*. -dus *r*. -dum **dh** *v*. | fuit **B**. 12 aegyto **B** (*item infra*). 13 ſtrongylae **B**. -gule **R**. 16 fricandi *ll.v*(*S*). -ntium **h** *C*. | dū **R**. | caloris *v e Diosc*. col- *ll*. 17 phorimon *v e Galeni* κατὰ τόπους *VI 3 p. 495*. porthmon **Rd**. -tmon **B**. pontinon **h**. posthonon **F**. (phormion *Dal. errore*). | ſint **B**[1]. 18 pumici **B**. | mixtura **BFd**. -ram fugit **h**. -ra ea nigrescit **R**(?) *v*. *lac. ego indicavi; excidit fere* inficitur. 19 et quod **RFdh** *v*. id quod **B**. | inficitur **h** *v.a.H*. | & *ego*. a **B** *S*. *om. rv*. *cfr*. *§ 2*. | galliſ **B**[1]. 20 liquidi **B** *J*. uis liq- *r v*(*D*). | uis *J*. *om*. *ll.v*(*D*). 21 melli **B**. (*an* melli admixtum? *cfr*. *§ 177*). | ſenatoriſ **B**.

pruritusque. haec curatio fit in balneis II mellis partibus, tertia aluminis. virus alarum sudorisque sedat. sumitur pilulis contra lienis vitia pellendumque per urinam sanguinem. emendat et scabiem nitro ac melanthio admixtis.

186 Concreti aluminis unum genus σχιστὸν appellant Graeci, in capillamenta quaedam canescentia dehiscens, unde quidam trichitim potius appellavere. hoc fit e lapide, ex quo et aes — chalcitim voca*nt* —, u*t* sudor quidam eius lapidis in spumam coagulatus. hoc genus aluminis minus siccat minusque sistit umorem inutilem corporum, et auribus magnopere prodest infusum; vel inlitum et oris ulceribus dentibusque et si saliva cum eo contineatur. et oculorum medicamentis inseritur apte verendisque utriusque sexus. coquitur in catinis, donec liquari desinat.

187 inertioris est alterum generis, quod strongylen vocant. duae et eius species, fungosum atque omni umore dilui facile, quod in totum damnatur. melius pumicosum et foraminum fistulis spongeae simile rotundumque natura,

§§ 186—188: Diosc. V 122. — § 186: cfr. Plin. XXXIV 2. — Marc. 9, 20. 12, 4. 49. Diosc. eupor. I 82.

1 duabus *ll. v.* 2 ſudoriſque **B** *D.* -resque *rv.* | edat **B**. 3 pipuliſ **B**[1]. 4 scabiam **R**. | mellantio **R**. -amtio **F**. 5 concreti **B** *v.* -te *r.* | chiston **F**[2]**Rd**. hi- **B**[1]. 7 trichitim **B** *S.* -tin *v.* -chlithim **F**[2]. -chlitem **F**[1]. tryclitim **d**. triclinon **R**. 8 ęſ **B**[2]*S.* heſ **B**[1]. *om. rG.* id *v.* | calcitim **R**. | uocant ut *ego.* -amuſ **B** *S.* -atus **F**. -atur **Rdh**. -ant ut sit *v.* *cfr. XXXIV 117.* 9 coagulatuſ **Bd***G.* -taes **F**. -ti est (*del. v*) **h***v.* coēgula ē **R**. 9. 10 minuſ ſiccat **B** *S.* *om.* **F**(?). minus **RdTh**(?)*H.* siccat *v.* 10 minuſque ſiſtit **BF***v*(*S*). sistit **Rd Th**(?)*H.* | corporum **B** *S.* -ris *r Brot.* -ribus **T***v.* | et *ll. S.* sed *v.* *an* at? 11 *dist. ego.* *an* uel *delendum?* | inliſum **RF**. | & **B** *S.* uel *rv.* 12 et si *ego.* & iſ **B**[1]. & hiſ **B**[2]. et *r.* si **h***v.* 13 insenut̄ **R** | uescendisque **R**. 14 ſexuuſ **B**[1]*D.* | catiniſ **B** *S.* pat- *rv.* (*an recte? cfr. XXXII 101. XXXIV 109. 113. 167. 170. 176. XXVIII 132. XXIX 49. XXX 47. XIX 129 al.*). | liquari **B** *v.* -re *r.* | deſinaN̄ **B**. 15 inertioriſ **Bd***v*(*S*). -res **F**. interioris **R**(?)**h** *Lugd.* | strongylen **d** *B.* -gulen **B**. -ncylen **F**. -ncilen **R**. stringilin *v.* 16 & **B** *S.* *om. rv.* | fungoſum **B d***v.* fing- *r.* | omā or& dui **R**. 18 spongete **R**. -ge se **F**[2]. sponte se **F**[1].

candido propius, cum quadam pinguitudine, sine harenis,
friabile, nec inficiens nigritia. hoc coquitur per se car-
bonibus puris, donec cinis fiat. — Optimum ex omnibus 188
quod Melinum vocant ab insula, ut diximus. nulli vis 184
maior neque adstringendi neque denigrandi neque in-
durandi, nullum spissius. oculorum scabritias extenuat,
combustum utilius epiphoris inhibendis, sic et ad pruritus
corporis. sanguinem quoque sistit intus *p*otum, foris in-
litum. evulsis pilis ex aceto inlinitur renascentesque
mollit in languinem. summa omnium generum vis in ad- 189
stringendo, unde nomen Graecis. ob id oculorum vitiis
aptissima sunt, sanguinis fluctiones inhibent cum adipe.
putrescentia ulcerum compescit cum adipe — sic et in-
fantium ulcera et hydropicorum eruptiones siccat — et
aurium vitia cum suco Punici mali et unguium scabritias
cicatricumque duritias et pterygia ac perniones, phage-
daenas ulcerum ex aceto aut cum galla pari pondere
cremata, lepras cum suco olerum, cum salis vero II parti-
bus vitia, quae serpunt, lendes et alia capillorum animalia
aquae permixtum. sic et ambustis prodest et furfuribus 190

§ 189 extr.: Diosc. V 122. Marc. 34, 25. — § 190: Diosc. V 122. Theod. Prisc. I 19 (59). — Marc. 14, 18.

2 quoq.tur **B**[1]. 3 cinniſ **B**[1]. | flat **B**. 3. 4 ex omnibuſ quod **B**[2]*v*. quod ex omn- *r*. 4 uoca//// **B**[1]. | insula Melo *v.a.S.* 5 abſtringendi **B**. adstringendis **F**. 6 scabritia **RF**. 7 utilius *om.* **R**. | ephiporiſ **B**[1]. epi- **B**[2]. 8 intus *ll.S.* in **h***v*. | potum *S cum J.* totum **BFh***v*. tutum **Rd**. 8. 9 in-litū **B**[2]*S* (ill- **h***v*). -tuſ in **B**[1]**Rd**. inclitus 7n **F**. 9 euulſiſ **B**[2]*S*. uulſiſ **B**[1]**dT***v*. ulpis *r*. | renascentem **h***v.a.S.* 10 in *om.* **h***v.a.S.* | lanuoinem **F**[1]. lanuci- **F**[2]. lanaci- **R**. | summam **dT***v.a.Brot.* (*ad praecedd. relatum*). 12 inhibet **h***G*. 13. 14 sic et infantium ulcera *ante* putrescentia *ponunt* **h***v.a.S.* | *dist. ego.* 15 aurium **Bdh***v*. audium **R**. urinam **F**. 16 ptery-gia **dh***v*. -rigia **B**. peterigia *r*. | pniciones **R**. perlioneſ **B**[1]. 16. 17 phragedenaſ **B**. 17 auc tum gallia **B**[1]. 18 lephaſ **B**[1]. | olerum **B***v*. oleor- **Fd**. oculor- **R**. | duabus *ll.v.* 19 lindenſ **B**[1]. -der **RF**. | capillorum animalia *om.* **B**. 20 aquae *J e coni. S. cfr. Diosc.* aque **B**[2]. atq. **B**[1]. quae **F**. que **Rdh**. *del. v.* | permixtum aquae **d**(?)*v.a.J.* | furribuſ **B**[1].

corporum cum sero picis. infunditur et dysintericis uvamque in ore comprimit ac tonsillas. ad omnia, quae in ceteris generibus diximus, efficacius intellegatur ex Melo advectum, nam ad reliquos usus vitae in coriis lanisque
188 perficiendis quanti sit momenti, significatum est.

191 **16.** (53) Ab his per se ad medicinam pertinentia terrae genera tractabimus. Samiae II sunt, quae collyrium et quae aster appellantur. prioris laus ut recens sit ac levissima linguaeque glutinosa, altera gl*a*ebosior; candida utraque. uritur, lavatur. sunt qui praeferant priorem. prosunt sanguinem expuentibus; emplastrisque, quae siccandi causa componuntur, oculorum quoque medicamentis miscentur.

192 (54) Eretria totidem differentias habet, namque est alba et cinerea, quae praefertur in medicina. probatur mollitia et quod, si aere perducatur, violacium reddit
38 colorem. vis et ratio eius in medendo dicta est inter
193 pigmenta. — (55) Lavatur omnis terra — in hoc enim loco dicemus — perfusa aqua siccataque solibus, iterum

---

§ 191: Diosc. V 171. (cfr. Marc. 8, 5). Isid. XVI 1, 7. Th. lap. 62. 63. — §§ 192. 193: Diosc. V 170.

---

1 sero *ll. B (H)*. sero et *C. del. v.* | piſciſ **B**$^2$. pice **h** *v.a.H.* | infungitur **B**$^1$. 1. 2 uuamque *ego*. quamque **B**$^1$. -quã **B**$^2$. uuam quoque *rv*. 2 inprimit **R**. | tonſilliſ **B**. | ut (*pro* ad) **R**. 3 intelligitur **h***v.a.S.* | melo **Bd***v*. mero *r*. 4 reliquoſ **Bd***v*. -uas *r*. | uitae **Bd***v*. -ta *r*. 6 per ſe **B***S*. pense *r*. paene **d**. paene omnia **h***Brot.* per se omnia *v*. | medicinam **B***S*. -nas (medec- **F**$^1$) *rv*. 7 duae *ll.v*. duo *U 787. cfr. § 195.* | collyrium *ll.(B)H. cfr. Diosc.* syropicon *v*. 8 priorib. **B**. 9 leuissima *D cum U 787*. leniss- *ll.Brot.* leuis *B*. lenis **h***v*. | linguae quae **B**$^1$. | glaebosior *S*. gleb- **BRd***B*. glob- **Fh***v*. 9. 10 *dist. U.* 10 uritur **B***S*. -tur ac *rv(D)*. | labatur **F**. -but **R**. 11 emplaſtriſquę (-que **B**$^1$) **B**$^2$. | quae *om.* **B**. 12 medicaminis **F**. *om.* **R** (*hic deficiens usque ad § 196* nascitur et). 13 miscentur **dh**(?)*v*. -etur **BF**. 14 eretria **d***v*. fret- **B**. fretma **F**. | differentia **F**. 14. 15 eſt alba **BFd***S*. et alba **h**. et alba est *v*. 15 cineraque **F**. | praefertur **Bd***v*. -runtur **Fh**. 16 & quod **Bh***v*. quod et **d**. quod **F**. | perducatur **BFdT***H*. praed- *v*. (aera) -antur *B*. *cfr. § 199.* | reddit **d***v*. -didit **B**. -di **F**. 19 salibus **F**.

ex aqua trita ac reposita, donec considat et digeri possit
in pastillos. coquitur in calicibus crebro concussis.
(56) Est in medicaminibus et Chia terra candicans. 194
effectus eius *i*dem qui Samiae; usus ad mulierum maxime
cutem. idem et Selinusiae. lactei coloris haec et aqua
dilui ce*l*errima; eadem lacte diluta tectoriorum albaria
interpolantur. pni*g*itis Eretriae simillima est, grandioribus
tantum glaebis glutinosaque. effectus eius idem qui Cimo-
liae, infirmior tantum. bitumini simillima est a*m*pelitis.
experimentum eius, si cerae modo accepto oleo liquescat
et si nigricans colos maneat tostae. usus ad molliendum
discutiendumque, et ad haec medicamentis additur, prae-
cipue in calliblepharis et inficiendis capillis.
**17.** (57) Cretae plura genera. ex iis Cimoliae duo 195
ad medicos pertinentia, candidum et ad purpurissum in-
clinans. vis utrique ad discutiendos tumores, sistendas
fluctiones aceto adsumpto. panos quoque et parotidas
cohibet et lienem inlita pusulasque, si vero aphronitrum

---

§ 194: Diosc. V 173. 174. 176. 180. — cfr. Marc. 7, 18. — § 195: Diosc. V 175. Marc. 5, 6. 10, 75. Celsus I 3 (p. 20, 22). Pl. iun. 79, 21. 20, 16.

---

1 sidat **Fh**. 2 concuſſiſ **BdT***Brot*. -ssit **F**. -ssu **h***v*. 3 & (*pro* est) **B**. 4 eius idem *ego*. eiusdem *ll.H*. eius *v*. | samiae — 8 eius idem qui *om*. **B**. 5 selinusiae **d***B*. -sa **h**. silinuste **F**. | haec **F***D*. hac **h**. est haec **d***v*. 6 celerrima *v*. ceterr- **F**. teterr- **d**. ceterum **h**. | diluta et *v.a.S*. | aluaria **d**.
7 pnigitis *B*(*H*) *e Diosc*. ponitis **F**$^{1}$. pnitis **F**$^{2}$**dT**. phinicis **h**. -nitis *v*. pignitis *Bas*. (*errore*). | eretriae **d***v* (fer- **h**). -ia **F**. | similima **F**. | est **dh***v*. es **F**. 8 glebis et **h***v.a.S*. | glutinosaque **dT***S*. -sae qui **F**. -sa cui **h***v*. | eius **FdT***S*. *om*. **h***v*. | qui **dTh***v*. quae **F**. 9 tantum **B**$^{1}$**FTh***J*. tam̄ **B**$^{2}$**d**(?) *v*(*D*). | bitumini **Bd***v*. -ne **Fh**. | ampelitis *B e Diosc*. appell- **BVdh***v*. 10 ſincerę **B**$^{1}$. -ra **h**. si in cera *v.a.B*. 11 nigri canis **V**. | molliendum **dh***v*. moli- **BV**. 12 & ad **BdT***S*. ad **Vh***v*. 13 calliblepharis **dh***v*. -pariſ **B**. -brepharis **V**. 14 duae **h**. *cfr. § 191*. 15 medicos usus *U 788*. *cfr. XXII 163*. | purissum **V**. 16 tumores et **dh***v.a.S*. 17 pannoſ **B**.
18 lienem **Bd***S*. lenam **V**. lichenam **h**. -nas *v*. | inlita **B***v*. -tam **V**. | puſtulaſque **B***v.a.H*. | aphronitrum **h***v*. afon- **B**. ad afon- **Vd**.

et cyprum adiciatur et acetum, pedum tumores ita, ut in sole curatio haec fiat et post VI horas aqua salsa abluatur.
196 testium tumoribus cypro et cera addita prodest. et refrigerandi quoque natura cretae est, sudoresque inmodicos sistit inlita atque ita papulas cohibet ex vino adsumpta in balineis. laudatur maxime Thessalica. nascitur et in Lycia circa Bubonem.

Est et alius Cimoliae usus in vestibus. nam Sarda, quae adfertur e Sardinia, candidis tantum adsumitur, inutilis versicoloribus, et est vilissima omnium Cimoliae generum, pretiosior Umbrica et quam vocant saxum.
197 proprietas saxi quod crescit in macerando; *i*taque pondere emitur, illa mensura. Umbrica non nisi poliendis vestibus adsumitur. neque enim pigebit hanc quoque partem adtingere, cum lex Metilia extet fullonibus dicta, quam C. Flaminius L. Aemilius censores dedere ad popu-
198 lum ferendam. adeo omnia maioribus curae fuere. ergo ordo hic est: primum abluitur vestis Sarda, dein sulpure suffitur, mox desquamatur Cimolia quae est coloris veri. fucatus enim deprehenditur nigrescitque et funditur sulpure, veros autem et pretiosos colores emollit Cimolia et quodam nitore exhilarat contristatos sulpure. candidis vestibus sax*um* utilius a sulpure, in-

---

§ 196 init.: Cels. III 19. — Diosc. V 175. Pl. iun. 100, 16. — § 198 extr.: Isid. XVI 1, 6. Th. lap. 62. 64.

---

1 cyprum *ll.S.* -rus *Brot.* -rium **h***v.* nitrum *G.* | et *om.* **B.** | tumores sanat **h***v.a.S.* 1. 2 in ſole **B***v.* insule **d.** -lae **V.** 2 sex *ll.v.* 3 cypria *v.a.H.* | & caſra **B.** cera *v.a.H.* 4 creta **Vd.** 5 pabulas **V.** | cohibeat **V**$^{2}$. 6 theſalica **B.** | et in **VRd***B.* & **Bh***v.* 9 adferior **R.** 9. 10 inutiliſſima (*om.* uersicoloribus et est uilissima) **B.** 10 *an* ea *pro* et? | uilissima **R**(?)*G.* util- **VdTh***v.* 12 creſcit **B***v.* gres est **d.** tres quod est *r.* est **h.** | itaque *ego.* atque *ll.v.* 15 metilia **B**$^{2}$**R***Brot.* -t//llia **B**$^{1}$. -tella **V***v.* -talla **dh.** | dictam **B.** 16 C. **B**$^{1}$**d***v.* G. **B**$^{2}$. e **F.** /// **V.** *om.* **R.** 19 diſſquamatur **B**$^{2}$. 21 uerus **Vh.** | pretiosus **Vh.** | coloris **V**$^{1}$. -los is **V**$^{2}$. 22 emolit **V.** | id (*pro* et) **B.** | contriſtatoſ **B***v.* -iblatus **VdT.** -ibulatus **Rh.** *cfr. Isid.* 23 saxum *v.* -xo *ll.* | a *v.* ac *ll.*

imicum coloribus. Graecia pro Cimolia Tymp*h*aico utitur gypso.

(58) Alia creta argentaria appellatur nitorem argento 199
reddens, set vilissima qua circum praeducere ad victoriae notam pedesque venalium trans maria advectorum denotare instituerunt maiores; talemque Publilium *Anti*ochium, mimicae scaenae conditorem, et astrologiae consobrinum eius Manilium Antiochum, item grammaticae Staberium Erotem eadem nave advectos videre proavi.
**18.** sed quid hos referat aliquis, litterarum honore com- 200
mendatos? talem in catasta videre Chrysogonum Sullae, Amphionem Q. Catuli, *H*ectorem L. Luculli, Demetrium Pompei, Augenque Demetri, quamquam et ipsa Pompei credita est, Hipparchum M. Antoni, Menam et Menecraten Sexti Pompei aliosque deinceps, quos enumerare iam non est, sanguine Quiritium et proscriptionum licentia ditatos.
hoc est insigne venaliciis gregibus obprobriumque inso- 201
lentis fortunae. quos et nos adeo potiri rerum vidimus, ut praetoria quoque ornamenta decerni a senatu iubente

---

§ 199 init.: Isid. XVI 1, 6. — (Seneca ep. 108, 32). — (cfr. Suet. de gramm. 13). — § 200: Seneca de tranqu. an. 8, 6.

---

1 tymphaico *B e Theophr. cfr. XXXVI 182.* -paigo **B**. -pauco *r*. -panico *v*. 4 set *ego*. & **B**. est et *rv*. 5 maria **B***S*. -ri **V**. -re **RdTh***v*. 6 publilium **BV***S*. publium **RdTh***G*. plocium *v*. 6. 7 antiochium *D cum OJahnio*. lochium *ll.S*. lucilium **h***Brot*. *del. v*. 7 mimicae *om.* **V**. 8 manlium *v.a.H.* *om.* **V**. | anthiocum **B**. man- **V**. 9 ſtaberium **BdT***v*(*H*). ē tab- **V**. tiab- **R**. tab- *B*. | protem **B**. 9. 10 pro auiſ. & **B**. 10 quis **R**. | refero aliquo *v.a.S.* *om.* **V**. | honorem **V**. 11 chrysogonum **dh***v*. -gorum **B**. grisogonum **R**. -gosium **V**. | ſylle **B**. 12 Q. **Rdh***v*. que **B**. quinti **V**. | hectorem *D cum U 789*. rect- *ll.S coll. XXVIII 56*. interfectorem **dT**. -fectorem, Heronem *v*. Heronem *Bas*. 13 augemque **B**. 14 hipparchum **B***v*. hillarcum *r*. | menecratem (-egr- **V**) **VRdh***v.a.S*(*D*). 16 est e **d**(?)*v.a.S*. | ditatos **Rd***v*. dila- **B**. dica- **h**. dicta- **V**. 17 grecibuſ **B**. graec- **V**. | obprobrium (-opri- **V**) qui **B**$^1$**Vd**. 18 quos **d**$^2$ *in ras.* **h** *U 789*. quod *ll.G*(*J*). qua *v*. | et nos *om.* **h**. elnus **V**. 19 ornamenta **dh***v*. -to **B**. -ti *r*. | decent **B**. | a **B***v*. *om. r*.

Agrippina Claudi Caesaris videremus tantumque non cum laureatis fascibus remitti illo, unde cretatis pedibus advenissent.

202 **19.** (59) Praeterea sunt genera terrae proprietatis 3,78 5,42 suae, de quibus iam diximus, sed et hoc loco reddenda natura: ex Galata insula et circa Clupeam Africae scorpiones necat, Baliaris et Ebusitana serpentes.

---

# C. PLINI SECUNDI
# NATURALIS HISTORIAE
## LIBER XXXVI

1 **1.** (1) Lapidum natura restat, hoc est praecipua morum insania, etiam ut gemmae cum sucinis atque crystallinis murrinisque sileantur. omnia namque, quae usque ad hoc volumen tractavimus, hominum genita causa videri possunt: montes natura sibi fecerat *ut* quasdam compages telluris visceribus densandis, simul ad fluminum impetus domandos fluctusque frangendos ac minime quietas partes coercendas durissima sui materia. caedimus hos trahimusque nulla alia quam deliciarum causa, quos trans-

---

§ 202 extr.: cfr. Plin. III 78. V 42. Solin. 23, 11. Vitruv. VIII 4, 24.

---

1 agrippinae **V**(?). | caeſ. **B**. | uiderimus **dh**. -imus libertis *v.a.S.* | tantum qui **B**. 2 remitti **d***v*. -ttit *ll.* | illo unde *v.* leo unde **B**. inde (unde **d**) illo *r*. | creatis **Vh**. ocr- **dT**. 4 propietatiſ **B**[1]. 6 natura **Bd**[2] *in ras. v.* -rae *r.* | africae **B***v.* ericae *r.* 6. 7 ſcorpioniſ **B**. 7 baliaris *S.* balea- **h***v.* ballia- **R**. bellia- **V**. galla- **B**. | ebuſitana (-naſ **B**) **B***v.* bu- *r.* 8. 9 praecipuam eorum **V**. 9 gemma **VR**. 10 silentur **VR**. 11 causa genita **dT***v.a.S.* (*an* genita hominum causa?). 12 ut *Fröhner anal. crit. p. 19.* et *ll.S.* ad *v.* *cfr. XXXVII 1.* 13 denſandiſ **Bd***v*(*S*). -do *r.* -das *G.* 14 domanda **R**. | fluctuuſ refrangendoſ **B**.

cendisse quoque mirum fuit. in portento prope maiores 2
habuere Alpis ab Hannibale exsuperatas et postea a Cimbris: nunc ipsae caeduntur in mille genera marmorum. promunturia aperiuntur mari, et rerum natura agitur in planum; evehimus ea, quae separandis gentibus pro terminis constituta erant, navesque marmorum causa fiunt, ac per fluctus, saevissimam rerum naturae partem, huc illuc portantur iuga, maiore etiamnum venia quam cum ad frigidos potus vas petitur in nubila caeloque proximae
rupes cavantur, ut bibatur glacie. secum quisque cogitet, 3
et quae pretia horum audiat, quas vehi trahique moles videat, et quam sine iis multorum sit beatior vita. ista facere, immo verius pati mortales quos ob usus quasve ad voluptates alias nisi ut inter maculas lapidum iaceant, ceu vero non tenebris noctium, dimidia parte vitae cuiusque, gaudia haec auferentibus!

(2) Ingens ista reputantem subit etiam antiquitatis 4
rubor. exstant censoriae leges Claudianae in cenis glires et alia dictu minora adponi vetantes: marmora invehi, maria huis rei causa transiri quae vetaret, lex nulla lata

---

§ 2: cfr. Plin. XII 2. — Seneca ep. 114, 9. — § 4: cfr. Plin. VIII 223.

---

2 alpis **V***S*. -piiſ **B**. -pes **Rdh***H*. -peis *v*. | ab **B***v*. *om*. *r*. 4 promontoria **Rd***v.a.D*. | natura **Bdh***v*. -rae **V**. -re **R**. 5 eaque **B**². 6 in auesque **R**. 8 fuga montium *v.a.H*. | etiamnunc **RT**. &iannum **B**¹. | uesania *v.a.H*. 9 potuſ **B**²**d h***v*. ut potuuſ **B**¹. portus *r*. (*in* ut *latet fortasse* modo). 10 glacie secum **VRdh***v*. -ieſ. & cum **B**. -ies. secum *D*. (*an* set secum?). *de* glacie *cfr. XXXVII 23. 26*. 11 & quae **B***J*. quae *rv*(*S*). cum *H*. | quas *ll.v*(*S*). cum *H*. 12 uideam **VR**. | & **B***S*. at **d**. ad *r*. *om*. **h***H*. sed et *v*. | hiiſ **B**². his **Rd** *v.a.S*. tis **V**. | multorum *om. Brot.* | ſit *ll.S*. fuerit *v*. | beatior **B***v*. uiator *r*. | uita *ll.H*(*S*). uita (uia **d**) ad (necem ad **d**²) quam (quamque *v*) multorum neces (*om*. **d**²) sit necesse **d**² *in marg.* **h** *v* (*Brot.*). 13 immo **B***v*(*S*). *om. r Brot.* | pati **Bdh***v*. parti **V**. parci **R**. | ob *ll.H*. ab **h**. ad *v*. 14 ut *om*. **B**. 15 dimidiae parti *v.a.S*. 18 robur **Vd**. | claudianae **B***D cum U 790*. glandia *r.v*(*J coll. VIII 209*). | glireſ **B***S*. -resque (quae **V**¹) *r v*. 20 in maria **R**. et maria **h** *v.a.S*. | inulla **B**¹.

5 est. **2.** dicat fortassis aliquis: non enim invehebantur.
id quidem falso. CCCLX columnas M. Scauri aedilitate ad
scaenam theatri temporari et vix mense uno futuri in usu
viderunt portari silentio legum. sed publicis nimirum in-
dulgentes voluptatibus. id ipsum cur? aut qua magis via
inrepunt vitia quam publica? quo enim alio modo in pri-
vatos usus venere ebora, aurum, gemmae? aut quid om-
6 nino diis reliquimus? verum esto, indulserint publicis
voluptatibus. etiamne tacuerunt, maximas earum atque
adeo duodequadragenum pedum Lucullei marmoris in atrio
Scauri conlocari? nec clam id occulteque factum est.
satisdare sibi damni infecti coegit redemptor cloacarum,
cum in Palatium eae traherentur. non ergo in tam malo
exemplo moribus caveri utilius fuerat? tacuere tantas
moles in privatam domum trahi praeter fictilia deorum
7 fastigia! **3.** (3) nec potest videri Scaurus rudi et huius
mali inprovidae civitati obrepsisse quodam vitii rudimento.
iam L. Crassum oratorem illum, qui primus peregrini mar-
moris columnas habuit in eodem Palatio, Hymettias tamen
nec plures sex aut longiores duodenum pedum, M. Brutus
8 in iurgiis ob id Venerem Palatinam appellaverat. nimirum
ista omisere moribus victis, frustraque interdicta, quae
vetuerant, cernentes nullas potius quam inritas esse leges
maluerunt. haec atque quae secuntur meliores esse nos

§ 5: cfr. Plin. infra § 50. 115. XXXIV 36. — § 7: cfr. Plin. XVII 6.

2 ſcaurii **B**$^{2}$. 3 temperari **B**$^{2}$**Vd**. 4 uiderunt **Bd***v*. -rint *r*. | *dist. v.a.S.* (*cfr. U 790*). 5 quam magiſ **B**. 7 uſuuſ *D*. uſuſuſ **B**$^{1}$. | uenere **B***S*. illa (ille **V**) uenere *rv*(*D*). | quid *om.* **B**. qui **d** *in ras.* 8 relinquimus **R**(?) *G*. 9 &ianne **B**$^{1}$. ne **R**. 10 luculli **B**$^{2}$. -lle in **V**. 11 id *ll.S.* illud **h***v*.
12 ſatiſdare **B***S*. -ri *rv*(*D*). | egit *v.a.H.* 13 eae **B**$^{1}$*S*. hę **B**$^{2}$. ex *rv*. | non **B***v*. nec *r*. 14 caueri **B***v*(*S*). -re *r Bas.* | *an* fuerat. at? | tacuere *ll.H.* quam tacere *v*. 17 inprouidi **VR**. -de **B**$^{1}$. | obrepiſſe **Bh**. | uiti **V***S*. uitae *v.a.H.* 19 palatio **B***G*. matrio **V**$^{1}$. in atrio **R**. atrio **V**$^{2}$**dTh***v*. | hymettias *v*. hymm&iaſ **B**. hime- **R**. hiemettias **V**. 21 iurgiſ **B**$^{1}$*D*. lurgis **Vd**. iugis **R**. 24 haec *om.* **h** *v.a.Brot.* sed *H.* | atque quae **B***S*. atque *r*. et quae (que **T**) **dT** *Brot.* et qui *H.* qui nos **h***v*. | sequentur **h** *Verc.* | melioriſ **B**. | nos (non *v*) esse **h***v.a.H.*

probabunt. quis enim hodie tantarum columnarum atrium habet? sed priusquam de marmoribus dicamus, hominum in iis praeferenda iudicamus pretia. ante igitur artifices percensebimus.

4. (4) Marmore scalpendo primi omnium inclaruerunt 9
Dipoenus et Scyllis, geniti in Creta insula etiamnum Medis
imperantibus priusque, quam Cyrus in Persis regnare in-
ciperet. hoc est Olympiade circiter quinquagensima. hi
Sicyonem se contulere, quae diu fuit officinarum omnium
talium patria. deorum simulacra publice locaverant iis
Sicyonii, quae priusquam absolverentur, artifices iniuriam
questi abiere in Aetolos. protinus Sicyonem fames invasit 10
ac sterilitas maerorque dirus. remedium petentibus Apollo
Pythius respondit: si Dipoenus et Scyllis deorum
simulacra perfecissent. quod magnis mercedibus
obsequiisque impetratum est. fuere autem simulacra ea
Apollinis, Dianae, Herculis, Minervae, quo*d* de caelo postea
tactum est. — 5. Cum hi essent, iam fuerat in Chio 11
insula Melas scalptor, dein filius eius Micciades ac deinde

---

§ 9: cfr. Pausan. II 15, 1. 22, 5. Clem. Alex. προτρεπτ. IV p. 42. — § 11: Loewy Inschr. Gr. Bildh. 1. C. I. A. IV 373, 95. schol. Aristoph. av. 573. Suid. s. v. Ἱππῶναξ. Hor. epod. 6, 14.

---

2 moribuſ **B**$^1$. 3 praeferenda **BR***v*(*D*). profer- **dh***H*. . . . fer- **V**. (*an vero* praeuertenda? *cfr. XVI 1 et nota ad XXVIII 123*). | dicemus *G*. 4 percensibimus **V**$^1$. -biumuſ **B**$^1$. 5 marmori **R**. | ſcvlpendo **B**$^2$*S*. | primū **R**. 6 diepenuſ **B**$^2$. diedé- **B**$^1$. | ſcyllíſ **B***B*(*S*). -llus *v*. -lus *r*. -lis *Brot.* scillis *H*. | genita **R**. | &iannū **B**$^1$. -amnunc **R**. *an* etiamtum? | mediiſ **B**$^1$**V**$^1$**R**. 8 quinquagenſima (-geſ- **B**$^2$) **B***D*. L *r*(?)*v*. | ii **Rdh***v.a.S*. 10 talium **B***S*. metallum *r*. -llorum **h***v*. | locauerant *cod. Poll. G*. -rat **B**. simulauerant *r*. simul locauev. | iiſ **B**$^1$*S*. hiiſ **B**$^2$. *om. rv*. 11 sicyonis **V**. -ni **B***D*. | quae **Bdh***v*. qui *r*. | obſoluerentur **B**$^1$. 12 quaeſti **B***v.a.Bas*. | abiere **Bd***S*. -runt **h***v*. abere **R**. abiec/// **V**. | protenuſ **B**$^1$. 13 ſterelitaſ **B**. 14 scyllus **d***v.a.B*. scelus **R**. oylus **V**. 16 obsequosque **V**. | imperatum **B**$^1$. | simulacrea (*om.* ea) **V**. 17 quod de *U*. quo// de **B**$^1$. quod e *rv*(*J*). 18 ii **dh***v.a.S*. g **R**. | fuerant **h***v.a.Brot*. 19 melaſ **B***S*. malas **Vdh***v*. -la **R**. | ſcvlptor **B**$^2$*v.a.J*.

nepos Archermus, cuius filii Bupalus et Athenis vel claris-
simi in ea scientia fuere Hipponactis poetae aetate, quem
certum est LX olympiade fuisse. quodsi quis horum fami-
liam ad proavum usque retro agat, inveniat artis eius
12 originem cum olympiadum initio coepisse. Hipponacti
notabilis foeditas voltus erat; quam ob rem imaginem
eius lascivia ioco*sa*m hi proposuere ridentium circulis,
quod Hipponax indignatus destrinxit amaritudinem car-
minum in tantum, ut credatur aliquis ad laqueum eos
conpulisse. quod falsum est. conplura enim in finitimis
insulis simulacra postea fecere, sicut in Delo, quibus
subiecerunt carmen non vitibus tantum censeri Chion,
sed et operibus Archermi filiorum. ostendunt et Iasii
13 Dianam manibus eorum factam. in ipsa Chio narrata est
operis eorum Dianae facies in sublimi posita, cuius voltum
intrantes tristem, abeuntes exhilaratum putant. Romae
eorum signa sunt in Palatina aede Apollinis in fastigio
et omnibus fere, quae fecit divus Augustus. patris quoque
14 eorum et Deli fuere opera et in Lesbo insula. Dipoeni
quidem Ambracia, Argos, Cleonae operibus refertae fuere.

---

§ 12 extr.: Pausan. IV 30, 6. IX 35, 6. — § 14: Pausan. II 22, 5. 15, 1. — Isid. XVI 5, 8. Pollux VII 100. (Athen. V 39 p. 205$^{f}$). — Cic. de divin. I 13, 23.

---

1 anthermus *v.a.Brot.* | culus **Vdh**. chius cuius *v.a.Brot.* | fili **V**$^{1}$. -lius **V**$^{2}$**dh**. | bupaluſ **B***v*. buta- *r*. | et—2 hipponactiſ **B***v*. *om. r*. 1 atheniſ **B***P*. anthermus *v.a.Brot.* | uel **B***S*. *om. v*. 2 poeta ea **V**. 4 proauom **B**$^{1}$*S*. -oſ **B**$^{2}$. | inueniet **V**$^{2}$**dh***v.a.S*. 5 olympia in **R**. | initio **B***S*. origine *r v*. 6 foditaſ uoltuuſ **B**$^{1}$. 7 iocoſam *OJahn*. -corum **Rh***v*. locorum *r*. *cfr. XXXV 114, de mendo etiam ib. 72.* | ii **d***v.a.S*. 8 distringit **R**. -nxit *v.a.Brot.* 9 aliquis *ll.S*. -uibus *G*. -uos eorum (ex iis *v*) **h***v*. | laqueum eoſ **B***G*. -ueos *r*. -ueum *v*. 10 in *om.* **Vd**. 12 chion **B***S*. cion *r*. chium **d***v*. 13 et *om.* **B**. | archermi **B***Brot*. ach- *r*. anth- *v*. | iasii **R***v*. (*cfr. IX 33. V 107*). laſii **B***S*. lasi **Vd**. 14 facta **V**$^{1}$**R**. 16 triſte **B**. | exeuntes *G*. | exhilaratum **B***v*(*S*). hil- **RFdh***H*. *in* **V** *lac.* 18 ex (*pro* &) **B**$^{2}$. | omnibus *ll.v*. (ex) manubiis (quas) *Löschke*. *an* operibus? *cfr. § 15. 27. XXXIV 31. 84. XXXV 139.* | fere *ll.v*. *an* fori? *cfr. § 102. XXXV 94. XVI 191. VII 183. II 94.* 19 lesbo **h**(?)*B*. lebedo *ll.v*.

Omnes autem candido tantum marmore usi sunt e Paro insula, quem lapidem coepere lychniten appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis caederetur, ut auctor est Varro, multis postea candidioribus repertis, nuper vero etiam in Lunensium lapicidinis. sed in Pariorum mirabile proditur, glaeba lapidis unius cuneis dividentium soluta, imaginem Sileni intus extitisse.

Non omittendum hanc artem tanto vetustiorem fuisse 15
quam picturam aut statuariam, quarum utraque cum Phi-
dia coepit octogensima tertia olympiade, post annos cir-
citer CCCXXXII. et ipsum Phidian tradunt scalpsisse mar-
mora, Veneremque eius esse Romae in Octaviae operibus
eximiae pulchritudinis. Alcamenen Atheniensem, quod 16
certum est, docuit in primis nobilem, cuius sunt opera
Athenis complura in aedibus sacris praeclarumque Veneris
extra muros, quae appellatur Ἀφροδίτη ἐν κήποις. huic
summam manum ipse Phidias inposuisse dicitur. eiusdem 17
discipulus fuit Agoracritus Parius, et aetate gratus, itaque
e suis operibus pleraque nomini eius donasse fertur. cer-
tavere autem inter se ambo discipuli Venere facienda,

§ 15: cfr. Plin. XXXIV 49. XXXV 54. — cfr. Aristot. eth. Nicom. VI 7. — § 16: cfr. Plin. XXXIV 49. 72. Pausan. I 19, 2. Lucian. imag. 4. 6. — § 17: Pausan. IX 34, 1. Tzetz. chil. VII 931 sqq. — Strabo IX 1, 17 p. 396. Antig. Caryst. ap. Zenob. V 82 (paroem. Gr. I p. 135). Suid. s. v. Ῥαμνουσία Νέμεσις. (Pausan. I 33, 2 sqq. Pomp. Mela II 46). — Pausan. I 3, 5.

1 tantum candido **VRdh***v.a.S.* | & **B**. 2 lichniten **B**. lycn- **V**. 3 cederetur **B**[2]. 5 uero **B***S*. *om.* *rv*. | lapicidinis **RFdh***H*. lapidiciniſ **B***v*(*D*). *cfr. § 46. 57. 78. XXXI 77. VII 195. III 30, contra § 55. XXXVII 105.* | parcorum **Vd**. pharto- **B**. 7 intuſ **B***v*(*S*). in his *r. del. H.* 9 aut *om.* **R**. | ſtatuarum **B**. 10 octogenſima (-geſ- **B**[2]**V**[2]**Rd***v*) tertia (teria **V**[1]) *ll.v*(*D*). LXXXIII *C*(*S*). -II *Brot.* | olympiade **B***v*. ludorum ol- (olim ita de **R**) *r*. 11 cccxxxiiſ. Et ipſum **B**. | scalpisse **V**. ſcvlpſi- **B**[2]*v.a.Lugd.*(*S*). 12 eius esse *om.* **B***S*. 14 ſunt **Bd***G*. *om.* *rv*. 15 praeclarumque **B***S*. -raque *rG*. -ramque *v*. | uenus **R**(?)*G*. -neris imaginem (posuere) *v*. 16 ἐν κήποις **h**(*B*)*G*. ence poes (pues **VR**) *ll*. exopolis *v*. 17 eiuſdem **B***G*. ipse *r*. -sius *v*. 18 parus **V**. | et *ll.Brot.* ei **T***v*. | gradus **R**. 19 e *om.* **V**. | pluraque **V**.

vicitque Alcamenes non opere, sed civitatis suffragiis con-
tra peregrinum suo faventis. quare Agoracritus ea lege
signum suum vendidisse traditur, ne Athenis esset, et
appellasse Nemesin. id positum est Rhamnunte pago
Atticae, quod M. Varro omnibus signis praetulit. est et
in Matris Magnae delubro eadem civitate Agoracriti opus.
18 Phidian clarissimum esse per omnes gentes, quae Iovis
Olympii famam intellegunt, nemo dubitat, sed ut laudari
merito sciant etiam qui opera eius non videre, proferemus
argumenta parva et ingenii tantum. neque ad hoc Iovis
Olympii pulchritudine utemur, non Minervae Athenis factae
amplitudine, cum sit ea cubitorum XXVI — ebore haec
et auro constat —, sed in scuto eius Amazonum proelium
caelavit intumescente ambitu, *in* parmae eiusdem concava
parte deorum et Gigantum dimicationes, in soleis vero
Lapitharum et Centaurorum. adeo momenta omnia capa-
19 cia artis illi fuere. in basi autem quod caelatum est,
Πανδώρας γένεσιν appellant: dii sunt nascenti ....s XX
numero. Victoria praecipue mirabili, periti mirantur et

---

§ 18: cfr. Plin. XXXIV 49. 54. — §§ 18. 19: Pausan. I 24, 5. 7. (Hesiod. ἔργα κ. ἡμ. 81. 82).

---

1 uicitque **B***v*. -ctiusque *r*. | alchameneſ **B***v.a.C.* 2 fauentis (pa- **B**) **Bd***v*. -tes *r*. 3 et *om.* **R**. 4 rhamnum te **B**. hramnunte **V**. 5 M. **VRdh***v*(*D*). *om.* **B***S.* 7 quae **B***v*. quae de (dei **dh**) *r*. (*an* quae quidē?). 8. 9 merito laudari **VRdh***v.a.S.* 9 uidere **B***S. cfr. § 125.* -rint **V**. -runt **Rdh***v*. | proferemuſ **Bh***v*. -rimus *r*. 13 in *ll.v*(*S*). *del. Bas.* | eiuſ **Bd***S.* ei is **V**¹. eris **R**. aenis **V**². eius in quo **h***v*. 14 intumeſcente **Bd***v*. inte **V**¹. inter **V**²**R**. *om.* **h**. | ambitu in *Michaelis.* -tum **BV**². -tu *rv.a.D.* | *dist. U.* | parme **V**. paruae **B**. 15 dimicationeſ **B***S.* -nem (-igatione **V**¹) *rv*. | ſoliiſ **B**. | uero **Bh***v*. uerbis *r*. 16 omnia **Bd***v*. -iū *r*. 16. 17 capacia **B***Gron.* catacia **V**. -acta **dT**. -atita **R**. *om.* **h**. compacta *v.a.H.* 17 uaſi **B**. 18 appellant **B***S.* -aui **R**. -auit **dh***v*. apellaui **V**¹. -auit **V**². | di **R***S. om.* **d**. ibi dii **h***v*. | adsunt *U cum Böttigero.* | nascenti *UJ.* -tis **R**. -tes *rB.* noscentes *v*. adstantes *D cum Letronnio. cfr. XXXV 27. 63. 70.* | *lac. ego indicavi; excidit fere* fauentes (*cfr. XXXV 12*) *vel* dona ferentes. *supplevit* adstantes *J cum Panofka.* 19 praecipue **B***B.* -ua & *r*. | *dist. S cum Gerhardo.*

serpentem ac sub ipsa cuspide aeream sphingem. haec sint obiter dicta de artifice numquam satis laudato, simul ut noscatur illam magnificentiam aequalem fuisse et in parvis.

Praxitelis aetatem inter statuarios diximus, qui mar- 20
moris gloria superavit etiam semet. opera eius sunt [34, 50. 69]
Athenis in Ceramico, sed ante omnia est non solum Praxitelis, verum in toto orbe terrarum Venus, quam ut viderent, multi navigaverunt Cnidum. duas fecerat simulque vendebat, alteram velata specie, quam ob id praetulerunt quorum condicio erat, Coi, cum eodem pretio detulisset, severum id ac pudicum arbitrantes; reiectam Cnidii emerunt, inmensa differentia famae. voluit eam a Cnidiis 21
postea mercari rex Nicomedes, totum aes alienum, quod erat ingens, civitatis dissoluturum se promittens. omnia perpeti maluere, nec inmerito; illo enim signo Praxiteles nobilitavit Cnidum. aedicula eius tota aperitur, ut conspici possit undique effigies deae, favente ipsa, ut creditur, facta. nec minor ex quacumque parte admiratio est. ferunt amore captum quendam, cum delituisset noctu, simulacro

---

§ 20: Pausan. I 2, 3. 4. Cic. Verr. IV 60, 135. — Cic. or. 2, 5. — § 21 extr.: cfr. Plin. VII 127. Val. Max. VIII 11 ext. 4.

---

1 ſer per tem **B**. | ac *ll.H.* et *v.* *del. J.* *transposuerunt UD cum Panofka ante* sphingem. | supra ipsam cassidem *Meursius.* sub cristae cuspide *Bursianus.* *excidisse* et in casside *putavit J.* *an* sub crista cassidae? | aeream *ll.v(J)*. -eum *Panofka.* aureum *U(D)*. *an* eboream? *ipsius Plinii errorem statuit S.* | pigem **B**. 2 sint *ll.S.* sunt *G.* licet sint **h***v*. 7 eſt **B***S.* et *rv.* 7. 8 praxitele **B**. 8 uerum et **h***v.a.S.* 9 gnidum **h***v.a.S* (*item infra*). 10 alteram **B***v.* -ra *r.* | ob d **R**. ob id quidem **d**(?)*v.a.S.* | praetulerunt optione **h***v.a.H.* 11 era **B**. | cum *S.* tū **B**. cum etiam (alteram *add. v*) *rv.* 12 cnidii *S.* -di **Vd***D.* nidi **B**[1]. gnidi **B**[2]. -dii **Rh***v.* 13 eam **Bd***v.* etiam *r.* 15 ciuitatis *post* alienum (*v. 14*) *ponit* **V**, *post* aes (*v. 14*) **h***v.a.S.* *om.* **d**. 16 praxitelif **B**[2]**V**. pha- **B**[1]. 17 nidum **B**. 18 deae (duae **V**[1]) **VRdh***v.* dea **B***S.* 19 facto **V**(?)*v.a.S.* | admiratio **Bd***v.* -ta *r.* 20 quendam captum *SUJ* (*errore*). | delituiſſet **B***v.* detulisset **d**. -sse *r.* | nocto **V**[1]. -te **R**.

22 cohaesisse, eiusque cupiditatis esse indicem maculam. sunt
in Cnido et alia signa marmorea inlustrium artificum,
Liber pater Bryaxidis et alter Scopae et Minerva, nec
maius aliud Veneris Praxiteliae specimen quam quod inter
haec sola memoratur. eiusdem est et Cupido, obiectus a
Cicerone Verri ille, propter quem Thespiae visebantur, nunc in Octaviae scholis positus; eiusdem et
alter nudus in Pario colonia Propontidis, par Veneri Cnidiae nobilitate et iniuria; adamavit enim Alcetas Rhodius
atque in eo quoque simile amoris vestigium reliquit.
23 Romae Praxitelis opera sunt Flora, Triptolemus, Ceres in
hortis Servilianis, Boni Eventus et Bonae Fortunae simulacra in Capitolio, item Maenades et quas Thyiadas vocant
et Caryatidas, et Sileni in Pollionis Asini monimentis et
24 Apollo et Neptunus. — Praxitelis filius Cephisodotus et
artis heres fuit. cuius laudatum est Pergami symplegma nobile digitis corpori verius quam marmori inpressis. Romae eius opera sunt Latona in Palatii delubro, Venus in Pollionis Asini monumentis et intra Octaviae porticus in Iunonis aede Aesculapius ac Diana.

---

§ 22: Strabo IX 2, 25 p. 410. Pausan. IX 27, 3. Cic. Verr. IV 2, 4. 60, 135. — cfr. anth. Plan. IV 207. — § 23: cfr. Aelian. var. hist. IX 39. anth. Pal. IX 756. — § 24: cfr. Propert. II 31, 15.

---

1 coheſiſſe **B**. | esse *om.* **R**. | sunt **h***v*. *om. ll.* *an* extant (*post* maculam)? 3 bryaxidis **dh***v*. bruaxi- **B**. briasi- *r*. | ſcopae **Bd***v*. co- *r*. 4 praxiteliae **B***H*. -lia *r*. -li est **d**. -licae *v*. 5 re moratur **B**. | abiectus **V**. 6 propter **B***v*. grauiter *r*. | quem **Bh***v*. quā *r*. 7 octauia **VR**. 9 enim eum *v.a.S.* | alcetaſ **B***S*. -edas **d**. alchedas (el- **R**) *r*. -chidas *v*. 10 reliquid **BV**. 11 flore **V**. Cora *vel* Horae *anon. ap.* *B*. | treptolemuſ **B**. trito- **V**. 12 ſeruilianiſ **Bh***v*(*S*). -lia *r*. -lii *H*. | euentuuſ **B**[1]*D*. | bona et **V**. 13 item et **h***C*. | thyiadaſ **B***B*(*S*). tyla- **R**. tila- **V**. thya- *G*. theula- *v*. 14 caryatidas *B*. carsa- **VRd***v*. cariatydaſ **B**. *cfr. § 38.* | ſyleni **B**. 15 nec ptunuſ **B**[1]. | cephisodotus (-iſid- **B**) **B***S*. -douae *r*. -do **d**. -dorus (-isso *B*) **T***Ven*. -do et rei *v*. 16 ciuſ **B**. | pergami **Bh***v*. -mis *r*. | symplegma *Bas. e codd. B*. -egam **B**[1]. -ega **B**[2] **h***B*. -egarum *v*. syplegam **V**. si pl- **R**. *cfr. § 35.* 17 signum nobile **d**(?)*v.a.S.*

Scopae laus cum his certat. is fecit Venerem et Po- 25
thon, qui Samothrace sanctissimis caerimoniis coluntur, item Apollinem Palatinum, Vestam sedentem laudatam in Servilianis hortis duosque campteras circa eam, quorum pares in Asini monimentis sunt, ubi et canephoros eiusdem. sed in maxima dignatione delubro Cn. Domitii in circo 26
Flaminio Neptunus ipse et Thetis atque Achilles, Nereides supra delphinos et cete aut hippocampos sedentes, item Tritones chorusque Phorci et pistrices ac multa alia marina, omnia eiusdem manu, praeclarum opus, etiam si totius vitae fuisset. nunc vero praeter supra dicta quaeque nescimus Mars etiamnum est sedens colossiaeus eiusdem man*u* in templo Bruti Callaeci apud circum eundem, praeterea Venus in eodem loco nuda, Praxiteliam illam antecedens et quemcumque alium locum nobilitatura.

Romae quidem multitudo operum et iam obliteratio 27
ac magis officiorum negotiorumque acervi omnes a con-

§ 25: (cfr. Pausan. I 43, 6). — Propert. II 31, 5.

1 certat. is *v.* -atis **VRd**. -atuſ **B**. 1. 2 pothon **B***S.* photon *r.* phetontem **h**. pothon et phaetontem *v.* 2 ſamotrace **B**. -thraces *CFWMüller p. 21.* -ciae *v.a.H.* (*an* -cae? *cfr. XXXVII 181*). 4 duasque **h***v.a.S.* | campteraſ **B***S coll. Polluce III 30, 147.* camit- *r.* chametaeras *v.* lampteras *J coll. Hom.* ς *307.* τ *63.* | quarum *v.a.S.* 5 anii **B**. | canephoroſ **Bdh**(*B*)*H.* -rus (chane- **R**) *rv.* 6 indignatione **d**. (*an* sed maxima dignatione in?). | delibro **B**$^1$. 7 thetiſ **B***v.* cethis **d**. -tis *r.* 8 aut **B***S. om. r.* et *v.* | ippocampos **d**. ipo- **VR**. 9 tritonis coruque **R**. | phorci **B***v.* po- *r.* | pristes *B.* 10 manu **B***S.* -us **d***v.* magnus *r.* 12 &iannum **B**$^1$. -amnunc **VRd**. | e **R**. | coloſſiaeuſ **B**$^1$*S.* -ſſeuſ **B**$^2$**Rd***G.* -seus **V**. -ssus *v. cfr. XXXIV 39.* 13 manu *S cum J.* manci **B**. *om. rv.* | callaeci **B***S.* -aici **d***v.* calaici *r.* | eundem **BdT***H.* euntem *r.* eundem ad Labicanam portam eunti *v.* 14 *an post* nuda *excidit* quibusdā (*vel* aetate *post* illam)? *cfr. de Plinii iudicio § 20.* | praxitelia **Vh**. -licam *v.a.H.* 15 quemcumque **B***H.* -unque **Rd***G.* quae cum **V**. -unque *v.* | nobilitatura **Bh***G.* -atur *r.* -ant *v.* 16 multitudo **B***S.* magnit- **RFdTh***v. in* **V** *lac.* | et iam *ego.* etiam *ll.S.* eam *G.* est iam *v.* | obliteratio *ll.S.* -rat *G.* -rata **dT***v.* 17 ac **B***G.* a *rv.* | magis (-gi **B**$^1$) *ll.S.* magni *G.* -nis *v.* | negotiorumque **Bd***v.* -iatorum quia *r.* | omniſ **B***S. an* homines?

templatione tamen abducunt, quoniam otiosorum et in magno loci silentio talis admiratio est. qua de causa ignoratur artifex eius quoque Veneris, quam Vespasianus imperator in operibus Pacis suae dicavit antiquorum
28 dignam fama. par haesitatio est in templo Apollinis Sosiani, Niobae liberos morientes Scopas an Praxiteles fecerit; item Ianus pater, in suo templo dicatus ab Augusto ex Aegypto advectus, utrius manu sit, iam quidem et auro occultatus. similiter in curia Octaviae quaeritur de Cupidine fulmen tenente; id demum adfirmatur, Alcibiaden
29 esse, principem forma in ea aetate. multa in eadem schola sine auctoribus placent: Satyri quattuor, ex quibus unus Liberum patrem palla velatum umeris praefert, alter Liberam similiter, tertius ploratum infantis cohibet, quartus cratere alterius sitim sedat, duaeque Aurae velificantes sua veste. nec minor quaestio est in Saeptis, Olympum et Pana, Chironem cum Achille qui fecerint, praesertim cum capitali satisdatione fama iudicet dignos.

30 Scopas habuit aemulos eadem aetate Bryaxim et Timotheum et Leocharen, de quibus simul dicendum est, quoniam pariter caelavere Mausoleum. sepulchrum hoc est ab uxore Artemisia factum Mausolo, Cariae regulo, qui

---

§ 28: (cfr. anth. Plan. IV 129. Auson. epitaph. 28). — anth. Plan. IV 250. — § 30: (cfr. Diodor. XVI 36). — Val. Max. IV 6 ext. 1. Vitruv. II 8, 11. VII praef. 13.

---

1 tamen **B***S*. tali **RFdTh**. *in* **V** *lac.* talium *v*. 2 magno **Bd***G*. -ni **RFh***v*. | taliſ **B***S*. latis *r*. -ta **d**. apta *v*. | talis est **d***v.a.S*. 5. 6 ſoſiani **B***v*. -ia *r*. 6 niobae **BT***S*. -ben *v*. nitobe **R**. intobe **dh**. incobe **F**. *in* **V** *lac.* | liberoſ **BdT***S*. -rus *r*. -riis **h**. cum liberis *v*. | morientem *v.a.S*. 8 manu **VRh***v*(*S*). -nuſ **Bd***G*. 9 occultatuſ *ll.v*(*S*). -tur **d**(?)**h***Brot.*
11 edem **B**[1]. eodem **V**. 12 ſaturi **B**. 13 pala **B**. | uelatus *G*. | umeris (hu- *G*) *J*. -ri **B**. ueneris *r**B*(*H*). -ri *v*. ulnis *S*. 14 liberam *ll.H*. -rum *v*. 15 aure **V**. uare **R**.
17 cironem **Vdh**. chironemque *v.a.S*. 19 scophas **R**.
21. 22 mauſoleum (muſ- **B**[1]) ſepulchrum hoc eſt (hoc est sep- *cod. Poll. v*) ab uxore artemisia (-meſia **B**) factum **B** *cod. Poll. v*(*S*). *om. r*(*P*)*H*. mausoleum **h**. 22 ausolo **Vd**. | carte **V**. | quo **B**.

obiit olympiadis cvii anno secundo. opus id ut esset inter septem miracula, hi maxime fecere artifices. patet ab austro et septentrione sexagenos ternos pedes, brevius a frontibus, toto circumitu pedes ccccxxxx, attollitur in altitudinem xxv cubitis, cingitur columnis xxxvi. pteron vocavere circumitum. ab oriente caelavit Scopas, a septen- 31
trione Bryaxis, a meridie Timotheus, ab occasu Leochares, priusque quam peragerent, regina obiit. non tamen recesserunt nisi absoluto, iam id gloriae ipsorum artisque monimentum iudicantes; hodieque certant manus. accessit et quintus artifex. namque supra pteron pyramis altitudine*m* inferiorem aequat, viginti quattuor gradibus in metae cacumen se contrahens; in summo est quadriga marmorea, quam fecit Pythis. haec adiecta cxxxx pedum altitudine totum opus includit. — Timothei manu Diana 32
Romae est in Palatio Apollinis delubro, cui signo caput reposuit Avianius Evander.

In magna admiratione est Hercules Menestrati et Hecate Ephesi in templo Dianae post aedem, in cuius contemplatione admonent aeditui parcere oculis; tanta mar-

---

§ 32: Propert. II 31, 15. Cic. ad fam. XIII 2. 27, 2. Horat. sat. I 3, 90. — cfr. Strabo XIV 1, 23 p. 641. — Pausan. I 22, 8. IX 35, 7. Diog. Laert. II 19. Suid. s. v. Cωκράτηc.

---

1 cvii **B***S*. cui *r*. c/// **d**. centesimae **h***v*. | id ut **B***v*. ut id *r*. idem **h**. 2 ii **d***v*.*a*.*S*. 3 sexagenos ternos *ll*.*v*. centenos *praemisit* *U*(*D*). *an* cxxs (*pro* lxiii)? 4 quadringentos undecim **V**(?)**Rdh***v*.*a*.*S*. 5 xxv **B***v*(*S*). uiginti. xx. quinque **V**. uiginti quinque **Rd**(?)*H*. xxxx *U*. xxxv *D*. 5. 6 pteron uocauere circumitum *ll*.*S*. *om*. **h***v*. circumitum *del*. *H*. 6 ad **V**. | copas **R**. 7 brixas **R**. 8 regina *ll*.*S*. regina artemisia quae mariti memoriae id opus exstrui iusserat **h***v*. | obit **B***D*. *cfr*. *XXXIII 131*. 9 *dist*. *U*. 11 pteron **Bd***v*. iteron *r*.
11. 12 altitudinem *U cum OJahnio*. -ine *ll*.*v*. 12 aequat **B***S*. -ant **V**. -auit **Rdh***v*. 14 pytis **R**. pitis **F**. *in* **V** *lac*.
15 totum **Bd***v*. totum pedum **V**. pedum **R**. | deiana **B**[1].
17 auianiuſ **B***S*. aula- **RFd***v*. *in* **V** *lac*. 18 meneſtrati **Bdh***B*. mnest- *v*. mensestraty **V**. -ses strat' **R**. 18. 19 haecate **B**. aehc- **V**. 19 ephesi **B**[1]*v*. -ſii **B**[2]. ethisi **Fh**. //&hisi **R**. 19. 20 contemplationem **h***v*.*a*.*G*. -nes **R**. -aciones **V**.

moris radiatio est. — (Non postferuntur et Charites in
propylo Atheniensium, quas Socrates fecit, alius ille quam
35,137 34,57 pictor, idem ut aliqui putant). — nam Myronis illius,
qui in aere laudatur, anus ebria est Zmyrnae in primis
incluta.

33 Pollio Asinius, ut fuit acris vehementiae, sic quoque
spectari monumenta sua voluit. in iis sunt Centauri Nymphas gerentes Arcesilae, Thespiades Cleomenis, Oceanus
et Iuppiter *H*eniochi, Appiades Stephani, Hermerotes Tau-
33,156 risci, non caelatoris illius, sed Tralliani, Iuppiter hospi-
34 talis Papyli, Praxitelis discipuli, Zethus et Amphion ac
Dirce et taurus vinculumque ex eodem lapide, a Rhodo
advecta opera Apollonii et Taurisci. parentum hi certamen de se fecere, Menecraten videri professi, sed esse naturalem Artemidorum. eodem loco Liber pater Eutychidis laudatur, ad Octaviae vero porticum Apollo Philisci Rhodii
in delubro suo, item Latona et Diana et Musae novem et
35 alter Apollo nudus. eum, qui citharam in eodem templo

---

§ 33: cfr. Plin. infra § 41. Cic. Verr. IV 2, 5. — cfr. C. I. Gr. n. 6169. Ovid. ars amat. I 79. — § 34 extr.: cfr. Plin. XXXIV 51. 78. (Pausan. VI 2, 6). — § 35: cfr. Plin. XXXIV 91. Pausan. X 34, 6. 7. VI 4, 5. — cfr. Plin. XXXIV 51. 91. — (cfr. Arrian.

---

1—3 *uncos posui cum Furtwänglero.* 1 non *om.* **V.** | referentur **V.** | carites **R.** 2 propylo **B***S. cfr. XXXV 101.* -pyro *r.* -pylaeo *G.* -aeis *v.* 4 in **Bd***G. om. rv.* (*an* alioquin?). 5 incluta **B¹V***S.* induta **Rh.** inclita **B².** -lyta *v.*
6 agris **V.** | *an post* uehementiae *exciderunt* ad artis opera colligenda? 7 iis **B¹dh***v.* his *rS.* 8 arcesilae *S e coni. H.* -cae (-chae **B²**) ſilae **B.** -chesitae *rv.* | thespiades **dh**(?)*v.* īes- **R.** deſ- **B.** tespya- (ies- **V¹**) **V.** | cliomeniſ **B.** deo- **V.**
9 heniochi *S cum J.* enio- **B.** entho- *r Ven.* ento- *v.* antiochi *U*(*D*) *coll. C. I. Gr. n. 6135.* | appiadeſ **B** (*codd. B*) *S.* hippiades *B. om. rv.* | ſtephani **B***G. om. rv.* 10 traliani **B¹V.** traiani **B².** 11 papyli **B***S.* -puli **h.** -pli *r.* papypi **d.** pappipi *v.* pamphili *G.* | fraxiteliſ **B.** praxiteli **Vd.** Pasitelis *coni. U* (*Quellenregister p. 8*). | zetus **VR***v.a.H.* | ampion **B.** āp- **R.**
12 diree **B.** -rcae **V.** | tauris **VR.** 13 apollonii **dh***v.* -ni **B***D.* -llini *r.* 14 menecraten (-egr- **VRh**) *ll.S.* -tem **d***v.* | uidere **Bh.** 15 euthidis **R.** 16 rhodii *v.* -di **B***D.* -diodi *r.*
18 nodus **VR.** | cytharam **B.**

tenet, Timarchides fecit, intra Octaviae vero porticus
aedem Iunonis ipsam deam Dionysius et Polycles aliam,
Venerem eodem loco Philiscus, cetera signa Praxiteles.
iidem Polycles et Dionysius, Timarchidis filii, Iovem, qui
est in proxima aede, fecerunt, Pana et Olympum luctantes
eodem loco Heliodorus, quod est alterum in terris sym- 24
plegma nobile, Venerem lavantem sese Daedalsas, stantem
Polycharmus. ex honore apparet, in magna auctoritate 36
habitum Lysiae opus, quod in Palatio super arcum divus
Augustus honori Octavi patris sui dicavit in aedicula co-
lumnis adornata, id est quadriga currusque et Apollo ac
Diana ex uno lapide. in hortis Servilianis reperio lau-
datos Calamidis Apollinem illius caelatoris, Dercylidis 38, 155
pyctas, Amphistrati Callisthenen historiarum scriptorem. —
Nec deinde multo plurium fama est, quorundam claritati 37
in operibus eximiis obstante numero artificum, quoniam
nec unus occupat gloriam nec plures pariter nuncupari
possunt, sicut in Laocoonte, qui est in Titi imperatoris

---

ap. Eustath. ad Dionys. Perieg. 793). — § 36 extr.: cfr. Plin. XXXIV 47. 71. (Pausan. I 3, 4). — cfr. Tatian. c. Graec. 52 p. 34 Schwartz. — § 37 extr.: cfr. Plin. XXXIV 86.

---

1 timachides **R**. 2 aedem **B***UD*. -de *r*. in aede **h***v*. *cfr. § 24*. | dyoniſiuſ **BF**. -omedem **V**$^2$ *in ras.* | *ante* aliam *comma posuit U* (*Quellenregister p. 8*) *coll. § 15 de Venere Phidiae.* 3 pasiteles **dT**(*P*)*UD*. Praxitelis filii *coni. U ibid. p. 8.* (*cfr. § 24*). 4 iidem (*U e coni. J.* idem **B***S*. item *v*) — dionyſiuſ **B***v*(*S*). *om. rH.* | timarcidiſ **B**. marchi- **Vdh**. | filii **Rh***v*(*U*). fili **B**$^1$**Vd***D*. fili' **B**$^2$. -lius *cod. Poll. SJ.* | iouem *v*. quem **B**. iouis *r*. 6 heuodoruſ **B**. 6. 7 ſymplecama **B**$^1$. -egama **B**$^2$. 7 labantem **V**. | se *S*. | daedalſaſ **B**. -lus aliam *J*. -lus ac *U*. -lum **h** *cod. Poll. v*. dedalsa *r*. sed et aliam *S*. | astantem **h** *cod. Poll. Ven.* (*v. a. G*). 8 polycharimuſ **B**. policharmus **V**. 12. 13 laudatus **Vh**. 13 clamidiſ **B**$^2$. | apolline **B**. | dercylidiſ **B***H*. -lis **dT**. -cilis **V**. decilis **R**. dactylidis *v*. 14 pyctas *H cum P.* pictas **Bd**. pycias *r*. pythias *v*. | ampistrati **Vh**. | calliſ tenenſ **B**. -nem **V**. | storiarum **V**. torta- **B**. 15 nec deinde *ll. S. cfr. XXXVII 6.* nec *H*. deinde **h***v*. | multorum obscurior **h***v. a. H.* | quorumdā **B**. -undem **V**. 16 eximiſ **B**$^1$. | obſtanti **B**. 18 sicuti **V***v. a. C.* | lacoonte **B**. | quiſ **B**$^1$.

domo, opus omnibus et picturae et statuariae artis prae-
ferendum. ex uno lapide eum ac liberos draconumque
mirabiles nexus de consilii sententia fecere summi arti-
fices Hagesander et Polydorus et Athenodorus Rhodii.
38 similiter Palatinas domos Caesarum replevere probatissi-
mis signis Craterus cum Pythodoro, Polydeuces cum Her-
molao, Pythodorus alius cum Artemone, *a*t singularis
Aphrodisius Trallianus. Agrippae Pantheum decoravit Dio-
genes Atheniensis; in columnis templi eius Car*y*atides
probantur inter pauca operum, sicut in fastigio posita
39 signa, sed propter altitudinem loci minus celebrata. in-
honorus est nec in templo ullo Hercules, ad quem Poeni
omnibus annis humana sacrificaverant victima, humi stans
ante aditum porticus ad nationes. sitae fuere et Thespi-
ades ad aedem Felicitatis, quarum unam amavit eques
Romanus Iunius Pisciculus, ut tradit Varro, admirator et
Pasitelis, qui et quinque volumina scripsit nobilium
40 operum in toto orbe. natus hic in Graeca Italiae ora
et civitate Romana donatus cum iis oppidis, Iovem fecit
eboreum in Metelli aede, qua campus petitur. accidit ei,

---

§ 39: cfr. Serv. ad Verg. Aen. VIII 720. — cfr. Plin. XXXIV 69. XXXV 156. XXXIII 156.

---

1 in (*pro priore* et) **B**. *an* uel? 1. 2 praeferendum **B** *G*(*S*). praeponen- *rv*(*H*). 2 ac *ll.S.* & **dhv**. | liberus **VR**. 3 nexuuſ **B***D*. | conſuli **B**¹. -lis **B**². 4 hageſander **B***J*. age- *rv*. | polydoris **R**. | rhodii **d***v*. -di **B***D*. hodi *r*. 5 similiter — 11 celebrata *post* scriptorem (*§ 36 extr.*) *transposuit U*.
6 crateriſ **B**². | phythodoro **B**. pythoro **R**. | polydeuces *S cum P*. -deucheſ (polly- **VT**) **BVT**. -decuches **R**. -dectes **d**(?)*v*.
7 pyhodoruſ **B**. | at *ego*. & *ll.v*. 8 pantheum **Bh***v*. phath- *r*. 9 athenienſiſ **Bd***v*. amen- *r*. | caryatides *B*. cariatidaſ **B**. carsatides *rv*. *cfr. § 23*. (*praem.* et *posuerunt ante* in columnis *v.a.S*). 13 ſacrificauerunt **VR***v.a.S.* | humitans **VR**. 14. 15 teſſpiadeſ **B**. hiesp- **V**. 15 una **VR**. | adamauit *G*. 16 piscicillis **V**. | & (*pro* ut) **B**. | admirator **B**(*P*). -tur *rv*. 17 pasitelis **T**(*P*). passi- **VRd**. paxi- **h**. fraxiteleſ **B**. pasi- *G*. praxi- *v*. 18 graeca (gre- **B**) **B***S*. -cia *rv*(*H*). -ciae *G*. 19 iis **dh***v*. iſ **B**¹. his *rD*.
20 eburneum *v.a.H.* | et itur **VR**. (qua campus petitur *uncis inclusit U*). | accidit **Bd***v*. -cedet *r*. | et (*pro* ei) **Vh**.

cum in navalibus, ubi ferae Africanae erant, per caveam
intuens leonem caelaret, ut ex alia cavea panthera erumperet, non levi periculo diligentissimi artificis. fecisse
opera complura dicitur; quae fecerit, nominatim non refertur. Arcesilaum quoque magnificat Varro, cuius se 41
marmoream habuisse leaenam aligerosque ludentes cum
ea Cupidines, quorum alii religatam tenerent, alii cornu
cogerent bibere, alii calciarent soccis, omnes ex uno
lapide. idem et a Coponio quattuordecim nationes, quae
sunt circa Pompeium, factas auctor est. — Invenio et 42
Canachum laudatum inter statuarios fecisse marmorea. 34, 50. 75
nec Sauram atque Batrachum obliterari convenit, qui
fecere templa Octaviae porticibus inclusa, natione ipsi
Lacones. quidam et opibus praepotentes fuisse eos putant
ac sua inpensa construxisse, inscriptionem sperantes, qua
negata hoc tamen alio modo usurpasse. sunt certe etiam
nunc in columnarum spiris inscalptae nominum eorum
argumento lacerta atque rana. in Iovis aede ex iis pictura 43
cultusque reliquus omnis femineis argumentis constat; erat
enim facta Iunoni, sed, cum inferrentur signa, permutasse

§ 41: cfr. Plin. XXXV 155. — cfr. Suet. Nero 46. — § 42 extr.: cfr. Vellei. I 11, 3. — § 43 extr.: cfr. Plin. VII 85. Athen. XI 19 p. 782b. Aelian. var. hist. I 17. Varro l. L. VII 1. Cic. acad. prior. II 38, 120.

2 alea **V**. 4 sed quae *v. a. S.* 4. 5 refertur **B d** *v.* fertur *r.* 6 leaenam tradit **R**(?)*v. a. S.* 7 ali religatam **V** *D.* aure lig- **B**. | ali **V** *D.* | e cornu *v. a. S.* 8 ali **V** *D.* | sociis **V R**. 9 coponio *v.* coro- **B**. copunio (quop- **R**) *r.* | quattuordecim — 10 inuenio *om.* **B**. 10 pompeium **V R d h** *v* (*J*). -pei *G.* -pei theatrum *Brot.* (*cfr. Suet. Nero 46*). | et uenio et **V**. 11 chanacum **B**. | laudatim **B**¹. -ti **B**². 12 Sauron *v. a. Brot.* 13 fere **V R**. | incluta **B**¹. -lita **B**². 16. 17 etiamnunc **d**. -num (&iann- **B**¹) *ll. v.* 17 spiris (-riiſ **B**¹) *ll. G cum B.* epistyliis **h** *v.* | inſcalptae **B**¹*D.* -pta (-pia **V**) *r G.* -cvlptae **B**²*S.* -pta *v* (*U J*). 18 argumenta **R**(?)*v. a. S.* | ex iiſ (hiiſ **B**²) **B** *S.* exstitisse (extit- **V**) *r v. de mendo cfr.* § *82.* | picturam (**R d**?)**h** *v. a. S.* 19 relicuuſ **B**¹. -iqus **V**. -iquos **R h** *v. a. S.* | omniſ **B** *S.* -nes *r v.* | conſtat erat **B** *S.* -tanter ad *r.* -tat at (Et *v*) **d** *v.* 20 iunoni ſed **B** *S.* -nis sed *r.* -nis aede **h** *v.* | inferentur **B**¹**V**.

geruli traduntur, et id religione custoditum, velut ipsis diis sedem ita partitis. ergo et in Iunonis aede cultus est qui Iovis esse debuit.

Sunt et in parvolis marmoreis famam consecuti Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore operuit alis musca, et Callicrates, cuius formicarum pedes atque alia membra pervidere non est.

44 **6.** (5) Haec sint dicta de marmoris scalptoribus summaque claritate artificum, quo in tractatu subit mentem non fuisse tum auctoritatem maculoso marmori. fecere et e Thasio, Cycladum insularum aequ*o*, et e Lesbio; lividius hoc paulo. versicolores quidem maculas et in totum marmorum apparatum etiam M e n a n d e r, diligentissimus
45 luxuriae interpres, primus et raro attigit. columnis demum utebantur in templis, nec lauti*t*iae causa — nondum enim ista intellegebantur —, sed quia firmiores aliter statui non poterant. sic est inchoatum Athenis templum Iovis Olympii, ex quo Sulla Capitolinis aedibus advexerat columnas. fuit tamen inter lapidem atque marmor differentia iam et
46 apud H o m e r u m; dicit enim marmoreo saxo percussum,

---

§ 44: cfr. Seneca ep. 86, 6. — Isid. XVI 5, 14. — Menandri fragm. inc. 344 (Meineke). cfr. Phaedri fab. V 1, 12. — § 45: cfr. Suet. Aug. 60. — Homerus Π 735. — § 46: cfr. Plin. XXXIII 81.

---

1 id *om.* **B***S.* | religione (-leg- **B**) **B***C.* -ni **h***v.* regioni **Vd.** reioni **R.** 4 paruvliſ **B**[2]. paruis **VRdh***v.a.S.* | eburneis *coni. B coll. VII 85.* | flammam **B.** 4. 5 miremercides **V.** 5 aliiſ **B**[1]. 6 gallicrateſ **B.** calligr- **V.** 8 marmorum **h***v.a.S.* | ſcvlptoribuſ **B**[2]*v.a.G*(*S*). 9 con (*pro* quo in) **R.** | tractatu **B***B.* -ctu *v.* structus *r.* | subit **B***v.* ubita *r.* 10 maculoſo **Bdh***v.* -su **V.** -sū **R.** 11 et *om.* **Rd***v.a.S.* | e thaſio **B***G.* -so *B.* e thapso (ta- *v*) **d***v.* et abso **R**[1]. et apro **V.** et abciso **R**[2]. | aequo (*sc.* marmori Cycladum) *ego.* -ue *ll.G.* una aeque **h***v.* | *dist. ego coll. § 14 et IV 65—67. 73.* | & heleſbio **B.** 11. 12 leuidiuſ **B**[1]. 12 quidem **Bd***v.* quaede *r.* 13 diligentiſſimuſ **Bd***v.* -mū *r.* 14 inter tres **Vh.** | et *ll.v.* *an* set? | attigit **Bh***v.* -ingit *r.* 15 in templiſ nec lautitiae (-iliae **B**) — 16 intellegebantur (-atur *v.a.G*) **B***v.* *om. r.* 18 ſylla **B.** silla **R.** 20 enim *ll.H.* enim paridem (-dis *Verc.*) os **h***v.* *an* enim Cebrionem? *cfr. Hom.* | marmoreus **RF.**

sed hactenus, regias quoque domus, cum lautissime, praeter aes, aurum, electrum, argentum ebore tantum adornans. primum, ut arbitror, versicolores istas maculas Chiorum lapicidinae ostenderunt, cum exstruerent muros, faceto in id M. Ciceronis sale — omnibus enim ostentabant ut magnificum —: multo, inquit, magis mirarer, si Tiburtino lapide fecissetis. et, Hercules, non fuisset picturis honos ullus, non modo tantus, aliqua marmorum auctoritate.

(6) Secandi in crustas nescio an Cariae fuerit in- 47
ventum. antiquissima, quod equidem inveniam, Halicarnasi domus Mausoli Proconnesio marmore exculta est latericiis parietibus. is obiit olympiadis CVII anno secundo, urbis Romae CDIII.

(7) Primum Romae parietes crusta marmoris operuisse 48
totos domus suae in Caelio monte Cornelius Nepos tradit Mamurram, Formiis natum equitem Romanum, praefectum fabrum C. Caesaris in Gallia, ne quid indignitati desit, tali auctore inventa re. hic namque est Mamurra

---

§ 47: Vitruv. II 8, 10. — § 48: cfr. Plin. XXXV 2. — Corn. Nep. fragm. 14 (Halm). Catullus 29, 3.

---

1 *an post* hactenus *exciderunt* mentionem habet (*vel* facit) eius? | domos **dh***v.a.S.* | cum *om. v.a.G.* | lautiſſime **B**(*P*)*S.* laudati- **RFd***G.* -mo tum **V**². -me tum *v.* 4 lapidicinae *v.a.H. cfr. § 14.* | in *eras.* **V**². 5 mi (*pro* M.) **B**¹. 6 inquit **BRdh***v.* inthis (*om.* magis — 7 fecissetis) **V**. | mirarer **B***G.* mire sit (esset **h**) **Rdh**. mira res esset *v.* 7 & **Bdh***v. om. r.* 8 picturae **h***v.a.S.* | aliuſ (*pro* ullus) **B**. | aliqua *ll.v*(*S*). sine al- **h***B.* in al- *G.* 10 secandi marmor **h***v.a.S.* | cariae **R***v.* castae **V**. //arte **d**. arte **B**¹. ante **B**². 11. 12 alicarnaſi **B**. 12 mauſolii **B**². | proconnesio *C.* -oneſio **B**². -onneſcio **B**¹. -esso **h**. -eso *v.* -cunesto *r.* | exulta **R**. exal- **V**. 13 latericeiſ **B**. | is ob id **V**. ///oui. id **B**¹. ioui. id **B**². | CVII **B**²*S.* cui i **B**¹. CVI **T***v*(*H*). cui *r.* CIII **d**. c *G*(*Brot.*). 14 CDIII **B***S.* CCCCIII **V**. -III **RdT***H.* -II **h***v.* CCCLXXV *Brot.* 15 cruſta **Bd***v.* fru- **R**. -tra **V**. 16 totoſ **B***S.* -tus (-tas **R**¹) *r.* -tius **h***v.* | domuuſ **B**¹*D.* 17 tradit **B***S.* -didit *rv.* | formiis **Rh***v.* -mis *r Ven.*(*D*). 18 fabruum **B**¹. -rorum **h***B.* | ne quid (quit **B**¹) **B***S.* neque id *r.* neque **d***v.* | indignitati **B***S.* -nati *r.* -natio **d***v.* 19 desit *ll.S. om.* **d**. sit *v.* | marmura **VR**.

Catulli Veroniensis carminibus proscissus, quem, ut res est, domus ipsius clarius quam Catullus dixit habere quidquid habuisset Comata Gallia. namque adicit idem Nepos primum totis aedibus nullam nisi e marmore columnam habuisse et omnes solidas e Carystio aut
49 Luniensi. (8) M. Lepidus Q. Catuli in consulatu conlega primus omnium limina ex Numidico marmore in domo posuit magna reprensione. is fuit consul anno urbis DCLXXVI. hoc primum invecti Numidici marmoris vestigium invenio, non in columnis tamen crustisve, ut supra
48 Carystii, sed in massa ac vilissimo liminum usu. post hunc Lepidum quadriennio L. Lucullus consul fuit, qui nomen, ut ex re apparet, Luculleo marmori dedit, admodum delectatus illo, primusque Romam invexit, atrum alioqui, cum cetera maculis aut coloribus commendentur.
50 nascitur autem in Melo insula, solumque paene hoc marmor ab amatore nomen accepit. inter hos primum, ut arbitror, marmoreos parietes habuit scaena M. Scauri, non

---

§ 49: Isid. XVI 5, 16. 17. 1. — § 50: Isid. XVI 5, 17. — cfr. Plin. supra § 5.

---

1 catuli **Bh**. | ueronensis **dh***v.a.J. cfr. XIV 16. 67. XV 48. II 209. (infra et § 135. XVII 25)*. | que **VR**. 2 ipsius **VR d***v*. iuſ **B**[1]. uiſ **B**[2]. *om.* **h**. *an* eius? | clariuſ **B***v*. ca- *r*. | catulus **VRh**. 3 adhicit **VR**. adiecit *v.a.S.* 4 nepost **VR**. | primuſ **B**. eum primum **h***v.a.S.* 5 habuiſſe & **B***S*. -sset **V**. -sse **Rd***v*. | omniſ **B***S*. | e *om.* **BVd***Ven.* | caryſtio **B***v*. caristo *r*. | aut **BR***v*. au **V**. 6 luniensi *J*. -ſe **B**. -nensi **r***v*. | Q. **B***S*. *om.* **r***v*. 7 numidi quo **V**. 8 magnam **B**[1]. *an* magna cum? *cfr. III 1.* | his **V**. 9 DCLXXVI **dT***cod. Poll. H.* -LXVI *ll. v.*
10 inuento **Vh**. | tantum *v.a.H.* | crustis uelut (-ud **R**) **VRh**. | mamurra (*pro* ut supra) *v.a.H.* 11 carystii sed **RT***H.* -tiſ & **B**. -ti sed **Vd***D.* -tis (-tium *v*) posuit sed **h***v*. | minasso **V**.
12 ferme quadriennio **h***v.a.S.* | coſ **B**[1]. conſ **B**[2]. sos **V**.
13 appar& & **B**. | luculleo **dh***v*. -llaeo **B**. loculeo *r*. | marmorei **B**. 14 primuſ qui **B**. | aduexit *S (errore)*. 16 Melo *S cum P.* heo **B**. millo *cod. Poll.* nilo **dTh***v*. -li *C.* ilo *r*. Chio *H ex Isid.* | hoc **B***Isid. S.* horum **RFdh***v*. 16. 17 marmor **Rd***Isid. S.* -rinor **F**. -rmore **B**. -rmorum **h***v*.
17 ab **BTh***v*. *om.* **RFd**. | amatore **Bh***v*. atore **RFdT**. 18 M. *om.* **Bh***S*.

facile dixerim secto an solidis glaebis polito, sicuti est hodie Iovis Tonantis aedis in Capitolio. nondum enim secti marmoris vestigia invenio in Italia.

(9) Sed quisquis primus invenit secare luxuriaque 51
dividere, inportuni ingenii fuit. harena hoc fit et ferro videtur fieri, serra in praetenui linea premente harenas versandoque tractu ipso secante. Aethiopica haec maxime probatur, nam id quoque accessit, ut ab Aethiopia usque peteretur quod *s*ecaret marmora, immo vero etiam in Indos, quo margaritas quoque peti severis moribus indignum erat. haec proxime laudatur; mollior tamen quae 52
Aethiopica. illa nulla scabritie secat, Indica non aeque levat, sed combusta ea polientes marmora fricare iubentur. simile et Naxiae vitium est et Coptitidi, quae vocatur Aegyptia. haec fuere antiqua genera marmoribus secandis. postea reperta est non minus probanda ex quodam Hadriatici maris vado, aestu nudante, observatione non facili. iam quidem quacumque harena secare e fluviis 53
omnibus fraus artificum ausa est, quod dispendium admodum pauci intellegunt. crassior enim harena laxioribus segmentis terit et plus erodit marmoris maiusque opus scabritia politurae relinquit; ita sectae attenuantur crustae. rursus Thebaica polituris accommodatur et quae fit e poro

§ 51: Isid. XIX 13. — § 53: Isid. XIX 13.

1 sectos **R**(?)**h***v.a.S.* | polito *ll.S.* -tos **Th***v.* positos *G.* 2 aediſ **Bd***S.* -des **Rh***v.* haedis **V.** 3 ſepte **B**[1]. | ueſtigia inuenio in' **BdT***Brot.* -gio inuento in *r.* -gia inuenerat *v.* 4 ſe **B**[1]. | primum **dh***v.a.S.* *cfr. XXXV 126. 151. 152.* | luxuriaque *Müller emend. V 22.* -iamque *ll.v.* *an* luxuriaeque (*dat.*)? 5 non (*pro* hoc) **B.** 7 gractu **V.** | ipſo **Bd***v.* -sas *r***h.** | aethiopicae **B.** aetiophica **V.** | haec **BVd***G*(*D*). ad haec **R***H.* ad hoc **h***v.* 8 ab **Bh***S.* ad *rv.* | aethiopias **d.** -pas **R***v.a.S.* aetiophies **V.** 9 ſecaret *P.* faceret *ll.v.* 10 petisse uersis **V.** 10. 11 indigne **B**[1]. 13 leuigat *v.a.S.* | cvmbustea **R.** | potienteſ **B.** polli- **Vd.** 14 et *om.* **B***S.* | naxio **d.** | coptitidi **B***S.* coptidi *rv.* 16 est *ll.S.* est ars **h***v.* est harena *C.* 17 esto **V.** 18 efluuiſ **B.** 20 graſſior **B**[1]. groſſ- **B**[2]. 22 reliquit **V.** 23 tebaica **B.** | fit **BVTh***v*(*S*). ſit **R d**(?)*G.* | e poro **B***B.* e toro **Vd***v.* ex oro **R.**

54 lapide aut e pumice. — 7. (10) Signis e marmore poliendis gemmisque etiam scalpendis atque limandis Naxium diu placuit ante alia. ita vocantur cotes in Cypro insula genitae. vicere postea ex Armenia invectae.

(11) Marmorum genera et colores non attinet dicere in tanta notitia nec facile est enumerare in tanta multitudine. quoto cuique enim loco non suum marmor invenitur? et tamen celeberrimi generis dicta sunt in am-
55 bitu terrarum cum gentibus suis. non omnia autem in lapicidinis gignuntur, sed multa et sub terra sparsa, pretiosissimi quidem generis, sicut Lacedaemonium viride cunctisque hilarius, sicut et Augusteum ac deinde Tibereum, in Aegypto Augusti ac Tiberii primum principatu reperta. differentia eorum est ab ophite, cum sit illud serpentium maculis simile, unde et nomen accepit, quod haec maculas diverso modo colligunt, Augusteum undatim crispum in vertices, Tibereum sparsa, non convoluta, cani-
56 tie. neque ex ophite columnae nisi parvae admodum inveniuntur. duo eius genera: molle candidi, nigrican*ti*s durum. dicuntur ambo capitis dolores sedare adalligati et serpentium ictus. quidam phreneticis ac lethargicis

§ 54: Diosc. V 165. Pind. Isthm. 6, 107 c. schol. Th. lap. 44. — § 55: Isid. XVI 5, 2. 4. — § 56: Isid. XVI 5, 3. Diosc. V 161 (eupor. II 132). — Isid. XVI 5, 18. 4, 14. Diosc. V 157.

2 ſcvlpendiſ **B**². | naxium **dh***v*. *cfr. XXXVII 109.* -xum *ll.* 3 Creta *coni. J.* 4 inuectae **Bd***S.* uectae *rv.* 7 coto **V**. | cuique *ll.H.* quoque *v.* 9 tamen **R**(?)*v.a.*'*S.* 10 lapidicinſ **Bd***v.a.H*(*D*). | terras prasa **Vd**. 11 quaedam *H.* | ſicut **B***S.* -ti *rH. om. v.* 12 ſicut **B***S.* sic *rv.* | auguſtaeum **B**¹ (*item infra*). -tum *v.a.Brot.* 12. 13 tibereum **B***S.* -rium *r Isid. v.* -rianum **h***Brot.* *an* Tibereium? *cfr. Stat. Silv. III 3, 66.* 13 tiberi **B**¹*D.* 14 ofite **B**². -ti **B**¹. | cum **B***v.* ctum *r.* dum **d**. 15 unde **Bh***v.* inde *r.* 16 colligunt *ll.v.* *an* collocant? 17 aut (*vel* et) in *Schneider ad Theophr. V p. 270.* | uertice *Isid. cfr. § 61.* | tiberium **dT***v.* -rianum **h***Brot.*
17. 18 cauite **V**. 18 opite **Vd**. 19 molli **VR**. | candidum **h***Isid.v.a.S.* | nigricantis *Müller emend. V 23.* -cans *ll.v.*
20 durum **h***v*(*Müller l. l.*). -ri *ll.S.* 21 ictuuſ **B***D.* | aut (*pro* ac) **B**.

adalligari iubent candicantem. contra serpentes autem a
quibusdam praecipue laudatur ex iis quem tephrian appel-
lant a colore cineris. vocatur et Memphites a loco, gem-
mantis naturae. huius usus conteri et iis, quae urenda
sint aut secanda, ex aceto inlini; obstupescit ita corpus
nec sentit cruciatum. rubet porphyrites in eadem Aegypto; 57
ex eodem candidis intervenientibus punctis leptopsephos
vocatur. quantislibet molibus caedendis sufficiunt lapici-
dinae. statuas ex eo Claudio Caesari procurator eius in
urbem ex Aegypto advexit Vitrasius Pollio, non admodum
probata novitate; nemo certe postea imitatus est. invenit 58
eadem Aegyptus in Aethiopia quem vocant basaniten, ferrei
coloris atque duritiae, unde et nomen ei dedit. numquam
hic maior repertus est quam in templo Pacis ab impera-
tore Vespasiano Augusto dicatus argumento Nili, sedecim
liberis circa ludentibus, per quos totidem cubita summi
incrementi augentis se amnis eius intelleguntur. non ab-
similis illi narratur in Thebis delubro Serapis, ut putant,

---

§ 57: Isid. XVI 5, 5. 6. — § 58: cfr. Philostr. imag. I 5 p. 383. — Strabo XVII 1, 46 p. 816. Tac. ann. II 61. cfr. Philostr. vita Apoll. Tyan. VI 4 p. 233.

---

2 laudatur **B***v*. *om. r.* | iiſ **B**$^1$*S*. hiiſ **B**$^2$ (*item infra*). his *rv*. Lunensis *vel* Limensis *Isid.* | quem **Bd***v*. quā *r*. | tephrian **B***S*. -am *v*. tepriam **Rd**. -periam **V**. 4 conteri & **B**(**R**?)*G*. -tenet **V**. -tinet **d**. -uenit *v*. 5 ſecunda **B**$^1$. | & ex **R**. | interline **B**. *an* interlini, *ut XXVIII 132?* 6 crucutum **B**$^1$. | porpyriteſ **B**$^1$**V**. | eadem **BdT***G*. *om. rv*. 7 ex eodem **B***J*. ex ead- **Vd**. exad- **R**. *om.* **T***S*. ex eo *v*. | leptopsephos **h**(*P*)*H*. -osephos *ll*. leucostictos *v*. 8. 9 lapicidinae **h***H*. -cedeae **T**. -cede & **Rd**. -caede et **V**. -idicinae **B***v*(*D*). 10 uitrasius *H*. *cfr. Dio Cass. 58, 19, 6.* -riasius **VRdTh**. -riariuſ **B**. triarius *G*. tris asinius *v*. | polio **Vd**. 11 immittatus **V**. iminitatus **R**. | Anuenit **B**$^1$. (*an* iam inuenit?). 12 eadem eadem aegyptoſ **B**. | baſaniten **B***S*. *cfr. Isid.* -salten (-te **V**) *rv*. 14 hic **B***G*. id *r*. is *v*. 15 nili **BTh***G*. nym **V**. ny **R**. in **d**. *del. v*. 16 liberis *om.* **B**. laboris *v.a.B*. 17 augentiſ **BRd***G*. -ti **V**. -tes *v*. arguentes *B*. | se *om.* **d***B*. | amniſ **B**$^1$**Rh***G*. -neſ **B**$^2$. annis **V***v*. -ni **d**$^2$ *in ras.* -nos *B*. | eiuſ **BVh***v*(*S*). *om.* **R**(?) **d** *Lugd.* 17. 18 abſimili **B**.

Memnonis statuae dicatus, quem cotidiano solis ortu contactum radiis crepare tradunt.

59 (12) Onychem in Arabiae tantum montibus nec usquam aliubi nasci putavere nostri veteres, Sudines in Carmania. potoriis primum vasis inde factis, dein pedibus lectorum sellisque, Nepos Cornelius tradit magno fuisse miraculo, cum P. Lentulus Spinther amphoras ex eo Chiorum magnitudine cadorum ostendisset, post quinquennium deinde
60 XXXII pedum longitudinis columnas vidisse se. variatum in hoc lapide et postea est, namque pro miraculo insigni quattuor modicas in theatro suo Cornelius Balbus posuit; nos ampliores XXX vidimus in cenatione, quam Callistus Caesaris Claudi libertorum, potentia notus, sibi exaedificaverat. 8. hunc aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cavant et ad vasa unguentaria, quoniam optume servare
61 incorrupta dicatur. idem et ustus emplastris convenit. nascitur circa Thebas Aegyptias et Damascum Syriae. hic ceteris candidior, probatissimus vero in Carmania, mox in India, iam quidem et in Syria Asiaque, vilissimus autem et sine ullo nitore in Cappadocia. probantur quam maxime mellei coloris, in vertices maculosi atque non tralu-

---

§ 59: cfr. Plin. XXXVII 90. — Athen. XI 83 p. 495[a]. Corn. Nep. fragm. 16 (Halm). — § 60 extr.: Diosc. V 152. Isid. XVI 5, 7. cfr. Plin. XIII 19. Catull. 66, 83. Horat. od. IV 12, 17. Martial. ep. VII 94. — § 61: Isid. XVI 5, 7. cfr. Plin. XXXVII 143.

---

1 memnoni **Vd**. 2 dicunt **d**(?)**h***v.a.S.* 3 onychim **Vd**. -ydum **R**. | in arabiae tantum **BdT***S.* -ia &iantum *r.* etiamtum in arabiae **h***v.* 4 alibi **B**²**h***v.a.G*(*S*). | ſudineſ **B***G.* sudes *r.* sed et *v.* sed **h***C.* | carmania **Bd***S.* ger- *rv.* *cfr. XXXVII 39.* 5 potoriſ **B***D.* 6 trahit **V**. 7 spinten **R**. spisten **V**. | chruorum **V**. 9 longitudinis *ll.* -ne *v.* 10 & **B***S.* *om. rv.* 12 caliſtuſ **B**²**V***v.a.C.* -ixtus **d**. 13 potentia notuſ **B** *G.* potent panotus *r.* potentissimus **h***v.* 15 & **B***S.* *om. rv.* 16 dicitur **h***v.a.S.* | & uſtuſ **Bh***G.* exustus **VdT**(*v*)*H.* exetus **R**. 18 ceretiſ **B**. | uero *om.* **R**. 18. 19 carminiam ex inendia **V**. 20 et ſine — cappadocia **B***v.* *om. r.* 21 uertice **B**²**d**²*cum ras.v.a.H*(*D*). *cfr. § 55. XIII 96.* 21 *et* p. 329, 1 tralucidi **B**¹*J.* si tral- **V**. transl- *rv.*

cidi. vitia in iis corneus colos aut candidus et quidquid simile vitro est.

(13) Paulum distare ab eo in unguentorum fide multi 62
existimant lygdinos, in Paro repertos amplitudine qua lances craterasque non excedant, antea ex Arabia tantum advehi solitos, candoris eximii. magnus et duobus contrariae inter se naturae honos, corallitico in Asia reperto mensurae non ultra bina cubita, candore proximo ebori et quadam similitudine. e diverso niger est Alabandicus terrae suae nomine, quamquam et Mileti nascens, ad purpuram tamen magis aspectu declinante. idem liquatur igni funditurque ad usum vitri. Thebaicus lapis inter- 63
stinctus aureis guttis invenitur in Africae parte Aegypto adscripta, coticulis ad terenda collyria quadam utilitate naturali conveniens, circa Syenen vero Thebaidis syenites, quem antea pyrrhopoecilon vocabant.

(14) Trabes ex eo fecere reges quodam certamine, 64
obeliscos vocantes Solis numini sacratos. radiorum eius argumentum in effigie est, et ita significatur nomine Aegyptio. primus omnium id instituit Mespheres, qui regnabat in Solis urbe, somnio iussus; hoc ipsum in-

§ 62: Isid. XVI 5, 8. 9. — § 63: Isid. XVI 5, 10. 11. — § 64: Isid. XVI 5, 11. (XVIII 31, 1). Joseph. c. Apion. I 15.

1 his **VR**. | coloſ **B***S*. -or *rv*. | quidquid **VRd***H*(*J*). quicq- **h***v*. quid **B**$^1$. quod **B**$^2$*S*. 2 ſimili **B**$^1$. -liſ **B**$^2$*S*. 4 existimans **V**. | lygdinos **d***G* (-nus *v*). tyg- **B**. lig- *r*. | paro **B***H*. taro *r*. tauro **h***v*. | amplitudi **B**$^1$. -dinē **B**$^2$. 6 eximit **V**. exhi- **R**. | duabuſ **B**. 7 corollitico **B**. corali- **V***v.a.Brot.* 8 proxume **B**$^1$. -xime **B**$^2$. 9 alabam dicus **V**. 11 liquatur **B***v*. -tu **RFh**. 12 igni — p. 330, 9 dicuntur *om.* **VFRh**. | ad usum — 20 aegyptio *om.* **dL**$^1$. | lapiſ **B***S*. *om.* **a***v*. 12. 13 interſtinctuſ **B***H*. interci- **a***v*. interti- *G*. 13 africae **a***v*(*J*). -ca e **B***S*. 14 asscriptae (adsc- *v*) **a***v.a.S*. 15 naturali **B***G*. -rae alii (alia *v*) **a***v*. | circa ſyenen uero **B***v*. *om.* **a**. | ſyeniteſ **B***B*. simi- *v*. hisetites **a**. 16 antea **B***S*. -te **a***v*. | pyrrhopoecilon *v*. -phoecilion **B**. pyrropocilon **a**. 19 est et **a***v*(*D*). eſt **B***S*. 20 meſphereſ **B***J*. mestres **dT***H*. mitres **a***v*. mesphres *S cum Zoëga. cfr. § 69.* 21 et hoc **L***v.a.H.* | ipsum *om.* **a**. 21 *et* p. 330, 1 inſcriptum **Bd***H*. -tum est **La***v*(*D*).

scriptum in eo, etenim scalpturae illae effigiesque quas
65 videmus Aegyptiae sunt litterae. postea et alii excidere reges. statuit eos in supra dicta urbe Sesothes quattuor numero, quadragenum octonum cubitorum longitudine, Rhamsesis autem, quo regnante Ilium captum est, CXXXX cubitorum. idem ..... digressis inde, ubi fuit Mnevidis regia, posuit alium, longitudine quidem CXX cubitorum, sed prodigiosa crassitudine, undenis per latera cubitis.
66 **9.** opus id fecisse dicuntur $\overline{\text{CXX}}$ hominum. ipse rex, cum surrecturus esset vereretur que, ne machinae ponderi non sufficerent, quo maius periculum curae artificum denuntiaret, filium suum adalligavit cacumini, ut salus eius apud molientes prodesset et lapidi. hac admiratione operis effectum est, ut, cum oppidum id expugnaret Cambyses rex ventumque esset incendiis ad crepidines obelisci, extingui iuberet molis reverentia qui nullam habuerat urbis.
67 sunt et alii duo, unus a Zmarre positus, alter a Phio sine notis, quadragenum octonum cubitorum. Alexandriae statuit

---

§ 65: Tac. ann. II 60. — Strabo XVII 1, 22 p. 803. 27 p. 805. — § 67: cfr. Diodor. I 61. — cfr. Vitruv. VII praef. 12. Strabo

---

1 ſcalpturae **B**$^1$**dTL***G*. ſcvl- **B**$^2$**a***v*. 2. 3 excidere regeſ ſtatuit **B***S*. *om.* **dTLa***v*. 3 eoſ **B***S*. eorum **dTa**. orum **L**. regum *v*. | ſeſotheſ **B***S*. efotis **dL**. ſothis **a***v*. sochis *B*. 5 rhamſeſiſ **BL***S*. -ses is *U*. ramesesis **a**. ramisesis **d**. -ises *cod. Poll. v*. | autem is *v. a. S.* | cxxxx **B***S*. XL **La**. quadraginta **d**(?)*v*. 6 idemque **L***v. a. G.* | *lac. ego indicavi; excidit mensurae significatio* (D passus ad meridiem *vel tale quid*). | digreſſiſ **Ba**. -ssus **d***v*. D gressus *D cum Bursiano*. | mneuidis **d***v*. *cfr. Strabo XVII 1, 22. 27 (p. 803. 805).* mneuuidiſ **B**$^1$. inne- **B**$^2$. neuida **a**. 7 regia **Bd***v*. rex **a**. | quidem — 8 prodigioſa (-dioſa **B**$^1$) craſſitudine (croſſ- **B**$^2$) **B***S*. *om.* **dLa***v*. 8 undeniſ **BdTLa***S*. -ecenis *v*. -ecentenis *Brot.* | per latera **BdT***S*. -ra pedibus **L**. pedibus per latura (-tera *v*) **a***v*. | cubitiſ **BdTa***S*. -tis IIII **L***v*. 9 $\overline{\text{cxx}}$ *S*. cxx **BdT**. cxx. M **R**(?)*H*. xx. M *v*. 10 ſurrecturuſ **B***J*. subr- **RFdh***v*. | uerebaturque **B**. -erenturque *v. a. C.* 11 maiuſ **Bd***v*. matiriuſ **F**. matur- **R**. 14 opidum **BF**. 15 ad **BR***v*. ac **Vdh**. | crepidinis **VR**. 17 et *om.* **B***S*. | Smarre *v. a. Brot.* | a phio *ll. v* (*S*). a raphio **d** *cod. Poll. Brot.* ab eraphio *B*. 18 octogenum **B**. -onumque **L**.

unum Ptolemaeus Philadelphus octoginta cubitorum. ex-
ciderat eum Necthebis rex purum, maiusque opus in de-
vehendo statuendove *inven*tum est quam in excidendo. a
Satyro architecto aliqui devectum tradunt rate, Callixenus
a Phoenice, fossa perducto usque ad iacentem obeliscum
Nilo, navesque duas in latitudinem patulas pedalibus ex 68
eodem lapide ad rationem geminati per duplicem men-
suram ponderis oneratas ita, ut subirent obeliscum pen-
dentem extremitatibus suis in ripis utrimque; postea
egestis laterculis adlevatas naves excepisse onus; statutum
autem in sex talis e monte eodem, et artificem donatum
talentis L. hic fuit in Arsinoeo positus a rege supra
dicto munus amoris, coniuge eademque sorore Arsinoe.
inde eum navalibus incommodum Maximus quidam prae- 69
fectus Aegypti transtulit in forum, reciso cacumine, dum
vult fastigium addere auratum, quod postea omisit. et alii
duo sunt Alexandreae ad portum in Caesaris templo, quos
excidit Mesphres rex, quadragenum binum cubitorum.

Super omnia accessit difficultas mari Romam devehendi,

---

XVI 4, 5 p. 769. — § 68 extr.: cfr. Plin. XXXIV 148.

---

1. 2 exciderat eum *cod. Poll. Brot.* ceciderat (caec- **V**) eum *ll. D.* quem **h**. quem exciderat *v.* 2 nectabis *v. a. Brot.* -tanebis *U.* | opus fuit *v. a. Brot.* 3 inuētum est *D cum U 791.* multum eſt **B**. -to est (fuit *Brot.*) *r.* -to *v*(*S*). | exidendo **B**[1]. exed- **B**[2]. 3. 4 a ſatyro **B***v.* nat- *r.* 4 aliqui **B***v.* alio qui *r.* 5 phonice **d**. -cae **V**. | perducta **Rh***v. a. S.* | obiliſcum **B**. oboel- **V** (*item infra*). 6 e nilo *v. a. S.* | altitudinem **d**. -ne **R**. | pedalibus spatiis **L***v. a. G.* (laterculis *add. P. an* trabibus? *cfr. § 64*). 8 i& aut **B**[1]. 10 alleuataſ **BT***G.* -ta *v.* adleuatis *r.* | naueſ **B**[2]**T***G.* -uis *rS.* -ue *v. del. D cum Mario Matt.* | excepiſ **B**[1]. -cipi **B**[2]. | *dist. Brot.* | ſtatum **B**. 11 excisos autem sex tales *cod. Poll. v. a. Brot.* | artificem **Bh***v.* -cum *r.* 12 arſinoeo **B**[1]**VR**(*Gron.*)*H.* -noe **B**[2]*v.* -neo **dT***P.*

13 coniuge *ego.* in coniuge *ll. v* (*accusativos cum P posuerunt H Brot.*). 14 in commodum *Mahaffy in Athenaei nr. 3618* (*1897*) *p. 285.* | quidem *S. del. U 792.* 15 pharum *Mahaffy l. l.*

16 uoluit **B** (*in ras., ut videtur; ortum ex* uolt) *S. cfr. Frobeen p. 24.* 17 templum **B**[1]. 18 meſphreſ **B***S. cfr. § 65.* mestres **T***H.* -tires **Vdh**. -tyres **R**. mesphees *v.* 19 romam **Bh***v.* -ma *r.*

70 spectatis admodum navibus. divus Augustus eam, quae
priorem advexerat, miraculi gratia Puteolis perpetuis na-
valibus dicaverat; incendio consumpta ea est. divus Clau-
dius aliquot per annos adservatam, qua C. Caesar inpor-
taverat, omnibus quae umquam in mari visa sunt mira-
biliorem, in ipsa turribus Puteolis e pulvere exaedificatis,
perductam Ostiam portus gratia mersit. alia ex hoc cura
navium, quae Tiberi subvehant, quo experimento patuit
71 non minus aquarum huic amni esse quam Nilo. is autem
obeliscus, quem divus Augustus in circo magno statuit,
excisus est a rege Psemetnepserphreo, quo regnante Py-
thagoras in Aegypto fuit, LXXXV pedum et dodrantis
praeter basim eiusdem lapidis; is vero, quem in campo
Martio, novem pedibus minor, a Sesothide. inscripti ambo
rerum naturae interpretationem Aegyptiorum philosophia
72 continent. — **10.** (15) Ei, qui est in campo, divus
Augustus addidit mirabilem usum ad deprendendas solis
umbras dierumque ac noctium ita magnitudines, strato

---

§ 70 extr.: Suet. Claud. 20. cfr. Plin. XVI 201. 202. — § 71: cfr. Diog. Laert. VIII 1, 3.

---

1 spectatis — nauibus *ad seqq. referri vult Fröhner anal. crit. p. 16.* | eam quae **B** *cod. Poll. S.* eam quam **h**. eam *r. del. v.* 2 perpetui *U.* 3 dicauerat, sed **h** *v. a. S.* (*an* at?). | incendiae **RF**. 4 quā **B**² *Verc.* quae **V**. 5 uisa *ll. v* (*S*). -sae **h** *Lugd.* 5. 6 mirabilioreſ **B**. 6 in ipſa **B** *S.* in **R**. it **V**. *om.* **dh** *v.* | puteolis *ll. v* (*S*). -lano *C e XVI 202.* 7 oſtia **B**². | portuuſ **B**¹ *D.* | gratiam **B**¹. 8 tiberi **B**¹**d** *v.* -rii **B**². -ris *r.* | ſubuehant **BRdh** *G.* -ueant **V**. -ueherant **L**. -rent *Brot.* -hebant *v.* (alia .. cura .. quo *corrupta videntur; an* alta [*vel* lata] .. carina .. quod? *cfr. III 54*). | patuit **B** *G* (*S*). pati ſit *r.* palam fit (fuit *v*) **h** *Brot.* 9 amni **B**²**h** *v.* -niſ **B**¹. omnia **Fd**. cō ma **R**. 11 eſt **Bd** *G.* sit **R**. sed **V**. *del. v.* | psemetnepserphreo (ſpem&- **B**) **B** *JD.* -pherphreo *U.* semetn-pserteo *r.* semenps- **L** *S.* semneserteo *v.* 12 LXXXV **B** *S.* CXXV **Fh** *v.* XXCV **Rd**. LXXXII *Brot.* 13 pr&er **B**. | baſaim **B**¹.
14 pedibus **Bh** *Lugd.* ped. *G.* -dum *r v.* | minor a **R** *G.* -or aſ **B**. -or est a *v.* in oras **Vd**. | ſeſothide *ll. S coll. § 65.* -tide *v.* sesostride *B.* | inſcripti **B** *G.* -tus **h**. -tam *v.* -ribi *r.*
15 philosophia *ll. H* (-iae *B*). opere et (-ra *G*) philosophiae *v.* 18 ac noetium **V**. anno etiū **R**. | ita *ll. H. del. v.*

lapide ad longitudinem obelisci, cui par fieret umbra brumae confectae die sexta hora paulatimque per regulas, quae sunt ex aere inclusae, singulis diebus decresceret ac rursus augesceret, digna cognitu res, ingenio Facundi Novi mathematici. is apici auratam pilam addidit, cuius vertice umbra colligeretur in se ipsam, alias enormiter iaculante apice, ratione, ut ferunt, a capite hominis intellecta. haec observatio XXX iam fere annis non con- 73
gruit, sive solis ipsius dissono cursu et caeli aliqua ratione mutato sive universa tellure a centro suo aliquid emota (ut deprehendi et aliis in locis accipio) sive urbis tremoribus ibi tantum gnomone intorto sive inundationibus Tiberis sedimento molis facto, quamquam ad altitudinem inpositi oneris in terram quoque dicuntur acta fundamenta. — **11.** Tertius est Romae in Vaticano Gai et 74
Neronis principum circo — ex omnibus unus omnino fractus est in molitione —, quem fecerat Sesosidis filius Nencoreus. eiusdem remanet et alius centum cubito-

§ 74: cfr. Plin. XVI 201. — Diodor. I 59, 4. Herodot. II 111.

1 longitudinem **B***S*. magnit- *rv*. | obeliſcy **B**. oboelisci **V**. | fier& **B***v*. -re *r*. 1. 2 umbra brumae **B**$^2$**R***H*. -rarum ae **B**$^1$**V**. -ra romae *B*. -rarum romae **dT***v*. 2 confecto *v.a.H*. 3 decreſcere **VR**. 4 et ingenio **Th***v.a.S*. (*an* inuento? *cfr.* *XXXII 1*). | fecundi **T**. -do *v.a.S*. 5 noui **B***S*. non. L. **V**. ñ L **R**. *om*. **dT***H*. manilius **h***Brot*. manlius *v*. | mathematici iſ **B***S*. -cis *r*. -cus **h***v*. 6 in se **VRh***H*. ipſe **B**. in semet *cod.Poll.v*. | ipſam **B***cod.Poll.v*(*S*). -sa *rH*. | alias *ll.H*. -ia *Dal*. -ia atque alia *v*. | enormiter *ll.H*. incrementa *cod.Poll.v*.

7 iaculantem *v.a.H*. 8 obſeruatio **Bd***G*. deser- *r*. dierum obser- *v*. 9 ſoli **B**$^2$. | curſuſ **B**$^1$. 10 aliquit **B**$^1$. 11 dimota **h***v.a.Brot*. | aliſ **B**$^1$**VR***D*. | orbiſ **B**. 13 altitudinem **Bd***v*. actit- (-ne **V**) *r*. 14 inpoſiti oneriſ **BR**(*P*)*H*. -res **V** **dT**. -tae rei *v*. | dicantur **h***v.a.S*. | iacta **h***v.a.H*. 15 eſt *om*. **R**(?)*G*. | romae *om*. **h***v.a.G*. 16. 17 *dist*. *S*. 16 uſuſ **B**. 17 factus *H*. | est *om*. *v.a.G*. | in molitione (immo- **V**) **VRd** *G*(*S*). in immolat- **B**. imitat- **h***H*. in molitudine *v*. | quem *ll.G*(*S*). eius quem **h***v*(*H*). | sesosidis **VRd***S*. -odiſ **B**. -othidis *U coll. § 71*. -ostridis *v*. *cfr. Diod*. 18 nencoreuſ **B***U*. nonc- (ei' **R**) *r*. nunc- *v*.

rum, quem post caecitatem visu reddito ex oraculo Soli
sacravit.

75 **12.** (16) Dicantur obiter et pyramides in eadem
Aegypto, regum pecuniae otiosa ac stulta ostentatio, quippe
cum faciendi eas causa a plerisque tradatur, ne pecuniam
successoribus aut aemulis insidiantibus praeberent aut ne
plebs esset otiosa. multa circa hoc vanitas hominum il-
76 lorum fuit. vestigia complurium incohatarum extant. una
est in Arsinoite nomo, duae in Memphite, non procul
84 labyrintho, de quo et ipso dicemus, totidem ubi fuit
Moeridis lacus, hoc est fossa grandis, sed Aegyptiis inter
mira ac memoranda narrata. harum cacumina *cc cubita*
extra aquam eminere dicuntur. reliquae tres, quae orbem
terrarum inplevere fama, sane conspicuae undique ad-
navigantibus, sitae sunt in parte Africae monte saxeo
sterilique inter Memphim oppidum et quod appellari
5,48 diximus Delta, a Nilo minus IIII milia passuum, a Mem-
phi $\overline{\text{VII}}$ D, vico adposito quem vocant Busirin; in eo sunt
adsueti scandere illas.

77 (17) Ante est sphinx vel magis narranda, de qua

§ 75: cfr. Martial. spect. 1, 1. — § 76: Herodot. II 149. Diodor. I 52, 4. cfr. Plin. V 50. Pomp. Mela I 9, 55.

1 uiſui B. -so R. 4 pecunia B. | odiosa ac *Perizonius.* otiosae *Burmannus.* 7 plepſ B. | onerosa V. 8 incohatarum *ego.* incoat- B$^1$. inchoat- *rv.* 9 in arsinoite B$^1$T*B.* -ino itē B$^2$. -inote R. -ienote d. -inoe *v.* marsi note V. | duo VR. | procul a d*v.a.G.* 10 & B*v.* *om. r.* 11 sed *ll.v.* et *U e coni. J.* | aegyptiiſ B*S.* -tis V. -tus Rd*v.* 12 narrata h*S.* -atio B. -ato VdT. -at R*v* (*ad seqq. relatum*). | cc cubita *ego coll. Herod.* *om. ll.v.* *lac. indic. J,* L ulnas *excidisse ratus coll. § 87.* 13 extra aquam B*S.* extrema quā (quae dT*v*) *r*dT*v.* | treſ Bd*v.* res *r.* 14 inplebere V. implere R. | ſanae B. 15 montes ex eo Vdh. 17 delta a nilo BR*v.* delacam lo V. | IIII Vh*S.* illi B. quattuor Rd(?)*v.* | milia B$^2$*S.* m. V *C*(*D*). millia *r G.* milibus h*v.* | paſſum B. p. V*D.* 17. 18 ad memphim B. 18 $\overline{\text{VII}}$ D B*S.* VII. D *rv.* VII. M. D *H.* sex *G.* | uocantibus V. -ib; R. | buſirin Bd*v.* -rim *S.* irim Vh. uisirim R.
20 ante B*S.* -tea *r.* -te has *v.* *cfr. § 8.* | de *om.* h*v.a.S.* *an recte?* | qua BVdT*v*(*S*). quasi R*G.* quae h. *an* quia? *cfr. § 106.*

siluere, numen accolentium. Harmain regem putant in ea conditum et volunt invectam videri; est autem saxo naturali elaborata. rubrica facies monstri colitur. capitis per frontem ambitus centum duos pedes colligit, longitudo pedum CXLIII est, altitudo a ventre ad summam aspidem in capite, LXIS.

Pyramis amplissima ex Arabicis lapicidinis constat. 78
CCCLX milia hominum annis XX eam construxisse produntur. tres vero factae annis LXXXVIII, mensibus IIII.
qui de iis scripserint — sunt Herodotus, Euhemerus, 79
Duris Samius, Aristagoras, Dionysius, Artemidorus, Alexander polyhistor, Butoridas, Antisthenes, Demetrius, Demoteles, Apion —, inter omnes eos non constat, a quibus factae sint, iustissimo casu obliteratis tantae vanitatis auctoribus. aliqui ex iis prodiderunt in raphanos et alium ac cepas MDC talenta
erogata. amplissima septem iugera optinet soli. quattuor 80
angulorum paribus intervallis DCCLXXXIII pedes singu-

§ 78: Diodor. I 63, 9. (cfr. Herodot. II 124). — § 79: Diodor. I 64, 13. Herodot. II 125. Diodor. I 63, 4. Pomp. Mela I 9, 55. — § 80: (Herodot. II 127). Diodor. I 64, 7. Herodot. II 134.

1 ſiluere **B***S*. siluestre **VdT***G*. -stria **h***v*. siuestra **R**. *desunt fortasse aliqua.* | numen **Bd***G*. nam̄ **R**. mãmen **V**. sunt **h***v*. | harmain **B***S*. arm- *r*. amasin **h***v*. 3 rubrica **B***v*(*S*). lu- **Vd**. et lu- **Rh***B*. | facieſ **B***S*. capitis *rv*. | colitur — 4 frontem *om*. **h***v.a.S*. 4 ambitus per frontem **h***v.a.S*. 5 pedum CXLIII (CCXLIII **B**) eſt altitudo **B***v*. *om. r*. | summum **h***B*. 6 aſpidem **BR***v*(*S*). -de **V**. apsidem **dT**(*B*²*Gron.*)*H*. apicem **h***B*¹. | LXIſ **B***S*. LXII *rv*. 7 ampliſſimi **B**. | lapidicinis **V**(?) **dh***v.a.H*. *cfr. § 14.* 8 hominum millia **R***v.a.S*. hominum **VdTh**. 9 LXX IX **B**. | menſib. IIII **B***S*. mepte *r*. nempe **d**. et mensibus IIII *G* (*add.* nempe *v*). 10 hiiſ **B**². his **VRh**. | ſcripſerint **B***G*. -runt *rv*. | *dist. ego.* | eurhodotuſ **B**. | euchemerus **V**. euth- **R**. 11 dionisius **V**. 12 butoridaſ **B***S*. -iadas *r*. -ides *G*. -tarides *v*. 13 demoteleſ apion **B***v*. -thele (-lae **R**) raton (-thon **R**) *r*. 14 eos *om*. **B**. 15 iiſ **B***v*(*S*). his *rG*. 16 rhaphanoſ **B**. | allium **B**²**R***v.a.S*. | MDC **RdT**(*B*)*H ex Herodoto*. CCDC **V**. MD **B***S*. octingenta (*praem.* mille *v*) **h***v*. 17 septem *ll.*(*B*)*S*. octo *v*(*J*) *ex Herodoto*. 18 paribus — singulorum *om*. **B**. | DCCCLXXXIII **d***v.a.Brot.*(*S*).

lorum laterum, altitudo a cacumine ad solum pedes DCCXXV colligit, ambitus cacuminis pedes XVIS. alterius intervalla singula per quattuor angulos pedes DCCLVIIS comprehendunt. tertia minor quidem praedictis, sed multo spectatior, Aethiopicis lapidibus adsurgit CCCLXIII pedibus inter
81 angulos. vestigia aedificationum nulla exstant, harena late pura circa, lentis similitudine, qualis in maiore parte Africae. quaestionum summa est, quanam ratione in tantam altitudinem subiecta sint caementa. alii nitro ac sale adaggeratis cum crescente opere et peracto fluminis inrigatione dilutis; alii lateribus e luto factis exstructos pontes, peracto opere lateribus in privatas domos distributis, Nilum enim non putant rigare potuisse multo humiliorem. in pyramide maxima est intus puteus LXXXVI
82 cubitorum; flumen illo admissum arbitrantur. mensuram altitudinis earum omnemque similem deprehendere invenit Thales Milesius umbram metiendo, qua hora par esse corpori solet. haec sunt pyramidum miracula, supremumque illud, ne quis regum opes miretur, minimam ex iis, sed laudatissimam, a Rhodop*i*de meretricula factam. Aesopi fabellarum philosophi conserva quondam et contubernalis

§ 81: Diodor. I 63, 7. 8. — § 82: Plutarch. conv. sept. sap. p. 147[a]. — Diodor. I 64, 14. Herodot. II 134. Strabo XVII 1, 33 p. 808. Aelian. var. hist. XIII 33.

1 latitudo **h** *G*. | a cacumine (-nae **B**) — 2 cacuminiſ **B** *S*. a cacuminis *r*. a -ine **d T** *v*. 2 xviſ **B R** *S*. xvi sed **V**. xvs **d T** *H*. xxv *v*. 3 singulae **V R**. | pedeſ **B** *S*. pares **R d** *v*. *om*. **V**. partes **h**. | DCCXXXVIIS **V** (*om*. s **h** *v.a.S*). DCCCXXXVIIS **d** (*om*. s **R**). 6 interaedificationum **B**. in terra aed- *coni. J*. 7 circa **B** *S*. -cum *r v*. | lendis *P*. | ſimilitudinem **B V** *S*. 8 rationem **V**. 9 subuecta **h** *v.a.S*. | ſalem **B**. 10 cum **B d** *v*(*S*). con *r B*. | ac **V h** *v.a.S*. | fluminiſ — 12 ponteſ **B** *v*(*S*). fluminiſ — 11 factis **T** *H*. *om*. *r*. 12 peracto opere **B** *G*. opere *r*. *om*. *v*. | lateribuſ **B** *S*. -bus e luto (lucto **R**) factis *r*. *om*. *v*. 12. 13 distributos *v.a.H*. 14 XXCVI **B**. 15 admisso **V R**. 16 omnem qui **B**. -niumque **h** *v.a.S*. | similium **h** *v.a.S*. 18 ex (*pro* haec) **V h**. 19 opus **V d** (?) *G*. | ex iiſ (hiiſ **B**[2]. his *G*) ſed **B** (*G*) *S*. ex istis set *r D*. extitisse **d h** *v*. *de mendo cfr*. § *43*. 20 rhodopide *S*. -pede **B**. -pe **R h** *v*. rodoper **V**. 21 fabularum **R** *v.a.S*. *om*.**V**. | serua **R**. | condam **V**.

haec fuit, maiore miraculo, tantas opes meretricio esse conquisitas.

83 (18) Magnificatur et alia turris a rege facta in insula Pharo portum optinente Alexandriae, quam constitisse DCCC talentis tradunt, magno animo, ne quid omittamus, Ptolemaei regis, quo in ea permiserit Sostrati Cnidi*i* architecti structura ipsa nomen inscribi. usus eius nocturno navium cursu ignes ostendere ad praenuntianda vada portusque introitum, quales iam compluribus locis flagrant, sicut Ostiae ac Ravennae. periculum in continuatione ignium, ne sidus existimetur, quoniam e longinquo similis flammarum aspectus est. hic idem architectus primus omnium pensilem ambulationem Cnidi fecisse traditur.

84 **13.** (19) Dicamus et labyrinthos, vel portentosissimum humani inpendii opus, sed non, ut existimari potest, falsum. durat etiam nunc in Aegypto in Heracleopolite nomo qui primus factus est ante annos, ut tradunt, $\overline{\text{III}}$ DC a Petesuchi rege sive Tithoe, quamquam Herodotus totum opus XII regum esse dicit novissimique Psammetichi. causas faciendi varie interpretantur, Demoteles regiam Moteridis

§ 83: Isid. XV 2, 37 (XX 10, 10). cfr. Strabo XVII 1, 6 p. 791. Lucian. quom. sit hist. conscr. 62. — Suet. Claud. 20. — § 84: Herodot. II 148. Strabo XVII 1, 37 p. 811.

2 conquesitas **V**. consequitas **R**. conquisitas quaestu **h** *v. a. S.* 3 facta et in **B**. 4 phoro porto **V**. 5 talentis *om.* **B**[1]. 6 quo **B***S.* quod *rv.* | cnidii (gni- *B*) *S.* gnidi **B**. casidi *r.* cassidis *v.* 7 ſtructura **BVdh**(*B*)*S.* -rae **R**(?)*v.* | ipsa *ll.*(*B*)*S.* -sius *v.* 8 cursui **h** *Isid. v. a. Hack.* | portuuſque **B**[1]*D.* 9 locis *om.* **B**. | flagrant **Bh***v.* -ran *r.* 9. 10 ſicut (ut *H*) oſtiae **B**(*H*)*S.* sicueo sitae *r.* ut puteolis *B.* utpote uedsice **h**. ut potneosice *v.* 13 gnidi fecisse **R***v. a. S.* omni difficisse **V**. 14 & **B***v.* *om.* **RFdh**. | portentiſſimum **B**. 15 inpendii **BdT***H.* incendi *r.* ingenii *v.* 16 etiamnum **B***S.* | in **Bh***v.* *om. r.* | in **BFRh***v.* *om.* **d**(?)*JD.* 17 ante *om.* **R**. | ut ē **RF**. | $\overline{\text{III}}$. DC **RF**. $\overline{\text{IIII}}$. DC **dT**. ∞∞∞ DC **B** (*sine lineola S*). III M. DC *v.* 17. 18 peteſuchi **B***S.* -uci **RFd**. -uco *v.* 18 tithoe **B***v.* titho **V**. thito **R**. 19 XII **B***S.* *om. rv.* | psammetichi **dh***v.* pſamethichi **B**. spammetici **F**. spame- **R**. | causam **h***v. a. S.* 20 moteridiſ **B***S.* -turudis *r.* -ridis **d**. -therudis *v.* motaindis *U.* *an* motendis?

fuisse, Lyceas sepulchrum Moeridis, plures Soli sacrum
85 id exstructum, quod maxime creditur. hinc utique sumpsisse Daedalum exemplar eius labyrinthi, quem fecit in Creta, non est dubium, sed centensimam tantum portionem eius imitatum, quae itinerum ambages occursusque ac recursus inexplicabiles continet, non — ut in pavimentis puerorumve ludicris campestribus videmus — brevi lacinia milia passuum plura ambulationis continentem, sed crebris foribus inditis ad fallendos occursus redeundumque
86 in errores eosdem. secundus hic fuit ab Aegyptio labyrinthus, tertius in Lemno, quartus in Italia, omnes lapide polito fornicibus tecti, Aegyptius, quod miror equidem, introitu lapidis e Paro columnisque, reliqua e syenite molibus compositis, quas dissolvere ne saecula quidem possint, adiuvantibus Heracleopolitis, quod opus invisum mire spectavere.

87 Positionem operis eius singulasque partes enarrare non est, cum sit in regiones divisum atque praefecturas, quas vocant nomos, XXI nominibus eorum totidem vastis domi-

---

§ 85: Diodor. I 61, 3. Isid. XV 2, 36. Pomp. Mela I 9, 56. — § 86: Herodot. II 148. Isid. XV 2, 36. — § 87: cfr. Strabo XVII 1, 3 p. 787. 1, 37 p. 811. Herodot. II 148.

---

1 sepulcrum **B***v.a.J.* 2 exſtructum **B***v.* extremum *r.* 5 itinerum **B***v.* iterum *r.* 6 in *om.* **B.** 7 ludigriſ **B**$^1$. 8 lacineſ **B**$^1$. lagi- **B**$^2$. | sed milia *U.* | *an* continente? 8. 9 ſedere briſ **B**$^1$. sed *del. U.* 9 foribuſ **B***v.* -ris *r.* 10 eoſdem **Bdh***v.* eod- *r.* | aegyptio **d***v.* -to *ll.* 11 omniſ **B***D.* 12 *an* tectis? | quod **Bdh***v.* quo *r.* | mirer **Rh.** 13 lapidiſ **BRdT***S.* -de **V**(?)*H. del. G.* -deis **h***v.* | e paro *ll.v*(*S*). e pario **d**(?)*H. del. G.* | columniſque **B***G.* -nis domoque *S.* -nis (-mpnis **V**) *rv*(*HU*). | reliqua **B***S*(*J*). *cfr.* § *189.* -que **VdT.** -quis **R**(?)**h***G*(*U*). -quae *v.* | e **B**$^1$*G.* ex **B**$^2$. *om. r.* erant *v.* | syenite **R**(?)*H*(*U*). -tae *v*(*S*). ſtenite **B**$^1$. ſie- **B**$^2$*r. del. G.* 15 quod **Bh***S.* quid **V.** qui id **Rd**(?)*v.* | inuiſum **B***B.* in usu **dTh.** in uisu *v.* in uso *r. locus nondum sanatus.* 16 ſpectauere **B***U. cfr.* § *69. 33. XXXV 169.* infect- **R.** infeſt- **Vd***v.* (*de mendo cfr. XXXV 41*). suspectauere *CFW Müller p. 28.* 18 atque in **Rd**(?)*v.a.S.* 19 uocant **Bh** *v*(*S*). -aui *rH coll. V 49.* | XXI *J.* XXL **B***S.* XVI *rv.* XXVII *U e Strab.*

bus adtributis, praeterea templa omnium Aegypti deorum
contineat superque Nemesis XL aediculis incluserit pyra-
mides complures quadragenarum ulnarum senas radice
ἀρούρας optinentes. fessi iam *e*undo perveniunt ad via-
rum illum inexplicabilem errorem, quin et cenacula clivis 88
excelsa, porticusque descenduntur nonagenis gradibus; intus
columnae porphyrite lapide, deorum simulacra, regum sta-
tuae, monstrificae effigies. quarundam domuum talis est
situs, ut adaperientibus fores tonitrum intus terribile exi-
stat, maiore autem in parte transitus est per tenebras.
aliae rursus extra murum labyrinthi aedificiorum moles;
pteron appellant. inde aliae perfossis cuniculis subterra-
neae domus. refecit unus omnino pauca ibi Chaeremon, 89
spado Necthebis regis, D ante Alexandrum Magnum annis.
id quoque traditur, fulsisse trabibus spinae oleo incoctae,
dum *in* fornices quadrati lapides adsurgerent.

---

§ 88: Isid. XV 2, 36. — § 89: cfr. Plin. supra § 67. XIII 63.

---

1 omniū **hv**. -ia *ll.* 2 super quae *U.* | nemeſiſ *ll. J.* -ses **hv**. Amenemesis *U.* | XL **B***S.* XI **r**. quindecim **v**. | *dist. U.*
3 quadrangenarum **B**$^1$. quadrin- (i *in ras.*) **B**$^2$. quadrig- (-nerum **V**$^1$) **V**. *cfr. Herod.* | binarum **B**. | sanas **F**. senagi **R**. senos *v. a. H.* 3. 4 radice aruraſ **B**$^1$*S.* a radice rura **B**$^2$. radicem uras (oras **R**) **RF**. -icum oras **dT***H.* -ce muros **v**. 4 eundo **v**. fundo *ll.* 5 cliuiſ **BRdT***Brot.* diuis **Vh**. prius **v**.
6 porticuſque **B***v*(*D*). -cus eiusque **r**. -cus quoque **h***Brot.* | ascenduntur *v. a. Brot.* 7 columnae *U.* -na (-mpna **V**) *ll. S.* -na de **h**. -nae de **v**. 8 monstrificae **B***Isid.* **v**(*S*). -ferae **r***H.* | domuum **Th***S.* -mv̄um **B**$^2$. -mum **r**. -morum **v**. 9 tonitrum **B***D. cfr. II 192. XXV 21.* -uum **r***Isid.* **v**. 11 extremarum **Vd**. 12 pteron **Bhv**(*S*). iteron **Vd**. -ren **R**. itron *Brot.* 13 refecit **Bhv**(*S*). ficit **V**. fecit **R***Brot.* | chaeremon (-rem- **B**$^2$) **B***S.* circummon **r***H.* circam- *G.* ex monte **v**. 14 necthebis *ll. Brot.* et thebis **dh**. nectabis *G.* -tanebis *U coll. § 67.* thebis **v**. | regiſ **B***G. om.* **r**. rex **v**. | D *ll. S*(*J*). L *U. del.* **v**. | annis **VRdh***S. om.* **B**. annis quinquagenis *Brot.* -is quingentis **v**.
15 *an* fulcra fuisse e? | olei **V**. 16 dum in *ego.* dum *ll.* **v**. *cfr. XXIV 59. XIII 123.* | lapideſ **B**. -dis **v**. lapic **V**. lopi **R**. lopic **d**. | adſurgerent **Bv**. adurg- **Rd**. adus gerunt **V**.

90 Et de Cretico labyrintho satis dictum est. Lemnius similis illi columnis tantum CL memorabilior fuit, quarum in officina turbines ita librati pependerunt, ut puero circumagente tornarentur. architecti fecere Zmil*i*s et Rhoecus et Theodorus indigenae. exstantque adhuc reliquiae eius,
91 cum Cretici Italicique nulla vestigia exstent. namque et Italicum dici convenit, quem fecit sibi Porsina, rex Etruriae, sepulchri causa, simul ut externorum regum vanitas quoque Italis superetur. sed cum excedat omnia fabulositas, utemur ipsius M. Varronis in expositione e*a* verbis: Sepultus sub urbe Clusio, in quo loco monimentum reliquit lapide quadrato quadratum, singula latera pedum tricenum, alta quinquagenum. in qua basi quadrata intus labyrinthum inextricabile, quo si quis introierit sine glomere lini,
92 exitum invenire nequeat. supra id quadratum pyramides stant quinque, quattuor in angulis et in medio una, imae latae pedum quinum septuagenum, altae centenum quinquagenum, ita fastigatae, ut in summo orbis aeneus et petasus unus omnibus sit inpositus, ex quo pendeant exapta

§ 90: cfr. Plin. XXXV 152. XXXIV 83. — § 91: Isid. XV 2, 36.

1 *an* et *delendum*? | de aegyptio et cretico labyrinthis **h** *v.a.S.* | lemniuſ **B** *v.* -ium **RFd**. Samius *coni. Hirt coll. XXXIV 83.* 2 illi **B***S.* illis *rv.* | ut **Bdhv**. *om. r.* 4 & ornarentur **B**$^1$. orn- **B**$^2$. | zmilis *J.* -lus **VRdhv**. miluſ **B**. smilis *S.* | rhoecuſ **B***S.* rholus *rv.* 5 indigenae **B**$^2$*S.* -na **VR***v.* -gnae **B**$^1$. | *an* exstant quoque? 6 extent **V**. exſtant **B**. 7 porſina **B***S.* -inna *r.* -enna **dh**(?)*H.* -ena *v. cfr. XXXIV 29.* 8 sepulchris **Vd**. -cri **R**(?)*v.a.S.* 9 italis **VRdT***U.* ab ita- **h***v.* taliſ **B***S.* | superaretur *v.a.H.* 10 ea *ego.* ex *ll. om.* **d***S.* eius **h***v*(*J*). | urbiſ **B**$^1$. 11 sepultus est inquit *v.a.U.* 12 quadratum **Bd***Brot. om. rv.* 13 trecenum **V**. lata tric- *v.a.Brot.* 13. 14 inque **d**(?)**h***v.a.S*(*U*). 14. 15 inextricabilem **R**(?)**h***v.a.D.* 15 introierit **B***Isid.S.* improperet (inp- **V**) *rv.* 18 imae **B***S.* ime *r.* in uno (imo *v*) **h***v.* 19 centum **Rd***v.a.S.* 19. 20 faſtigatae **Bdh***v*(*H*). -giatae *r Verc. cfr. nota ad XIX 70.* 20 in **Bh***v. om. r.* 21 excepta **h***v.a.H.*

catenis tintinabula, quae vento agitata longe
sonitus referant, ut Dodonae olim factum. supra 93
quem orbem quattuor pyramides insuper singu-
lae stant altae pedum centenum. supra quas uno
solo quinque pyramides. quarum altitudinem Var-
ronem puduit adicere; fabulae Etruscae tradunt eandem
fuisse quam totius operis ad eas, vesana dementia, quae-
sisse gloriam inpendio nulli profuturo, praeterea fatigasse
regni vires, ut tamen laus maior artificis esset.

(20) Legitur et pensilis hortus, immo vero totum 94
oppidum Aegyptiae Thebae, exercitus armatos subter edu-
cere solitis regibus nullo oppidanorum sentiente; etiam-
num hoc minus mirum quam quod flumine medium op-
pidum interfluente. quae si fuissent, non dubium est
Homerum dicturum fuisse, cum centum portas ibi prae-
dicaret.

**14.** (21) Graecae magnificentiae vera admiratio exstat 95
templum Ephesiae Dianae CXX annis factum a tota Asia.
in solo id palustri fecere, ne terrae motus sentiret aut
hiatus timeret, rursus ne in lubrico atque instabili funda-
menta tantae molis locarentur, calcatis ea substravere
carbonibus, dein velleribus lanae. universo templo longi-
tudo est CCCCXXV pedum, latitudo CCXXV, columnae

---

§ 94 extr.: Homerus *I* 381. — § 95: cfr. Plin. XVI 213. Liv. I 45, 2. — Diog. Laert. II 8, 19. — Strabo XIV 1, 22 p. 640. Vitruv. VII praef. 16.

---

1 tintinnabula **Rdh***v.a.S.* 2 dodonae **B***v.* eodone **d.** -dene *r.* 3 piramides **V.** pyramydeſ quarum **B** (*cfr. infra v. 5*). 3. 4 ſingulaſ **B.** 4 stint **R.** exstant *v.a.S.* | altae **B***v.* -ta **h.** alie **d.** ale **R.** ele **V.** 5 quinque **Bdh***v.* quis neque *r.* 6 eandem **B***v.* ead- *r.* 7 ad eas *ll.J.* adeo **h***v.* | uae-ſana **B***JD.* 10 ortus **V.** 11 subter **VRdT***G.* ſub terra **B***D.* subito **h***v.* *cfr. § 104.* 12 opidanorum **BV.** 15 ibi **Bd***v.* ubi *r.* 17 graecae *ll.v*(*S*). -ciae *C.* *om.* **a***G.* 18 diana **V.** | cxx **BT***S.* ccxx *rv.* | a **Bh***v.* *om. r.* 19 paluſtri **Bdh***v.* plau- *r.* 20 meret **R.** 21 locarentur **Bh***v.* cola- *r.* | tante (ante **h***v*) calcatis **VRdh***v.a.G.* 23 cccxxv **B.** | ccxxv **B***S.* ccxx **a***v.* cxx *r.*

CXXVII a singulis regibus factae LX pedum altitudine,
ex *i*is XXXVI caelatae, una a Scopa. operi praefuit
96 Chersiphron architectus. summa miraculi epistylia tantae
molis attolli potuisse; id consecutus ille est aeronibus
harenae plenis, molli clivo super capita columnarum exaggerato, paulatim exinaniens imos, ut sensim opus in
loco sederet. difficillime hoc contigit in limine ipso, quod
foribus inponebat; etenim ea maxima moles fuit nec sedit
97 in cubili, anxio artifice mortis destinatione suprema. tradunt in ea cogitatione fessum nocturno tempore in quiete vidisse praesentem deam, cui templum fieret, hortantem, ut viveret: se composuisse lapidem. atque ita postera luce apparuit; pondere ipso correctus videbatur. cetera eius operis ornamenta plurium librorum instar optinent, nihil ad specimen naturae pertinentia.
98 **15.** (22) Durat et Cyzici delubrum, in quo millum
aureum commissuris omnibus politi lapidis subiecit artifex, eboreum Iovem dicaturus intus coronante eum marmoreo Apolline. translucent ergo iuncturae tenuissimis capillamentis lenique adflatu simulacra refovent, et praeter

1 a singulis — 2 XXXVI **Ba***v*. *om*. *r*. 2 iis *v*. iſ **Ba***D*. | XXXVII **a**. | una a ſcopa **Bh***v*. una scopa *r*. a scopa **a**. uno scapo *U cum Winckelmanno*. 3 chersiphron *G*. chereſi- **B**. cresiphro *r*. -pheon **dT**. -ichon **a**. ctesiphon *v*. | ſummam **B**¹. | miracula **d**(?)**h***v*.*a*.*S*. | epyſtilia **B**. 4 moleſ **B**¹. | ille eſt **B***S*. est ille *rv*. *om*. **a**. | aeronibus **Rd***H*. ero- **BTa**. hero- **V**. pero- *B*. bero- *v*. 5 arena **Rdh***v*.*a*.*S*. | melle **V**. | cliuo *ll*.(*B*)*H*. puluino *v*. 5. 6 ex aegy//erato **B**¹. 6 imos — 7 loco *om*. **a**. 6 opuſ **B***H*. otus *r*. totum *v*. 6. 7 in loco **B***cod*. *Poll*. *S*. in colo **dT**. in cole *r*. in colle **h***v*. in cubili *B*(*H*). *del*. *G*. 7 insedere et **a**. insideret *v*.*a*.*H*. 8 maxime **VR**. 9 anxio **Ba***v*. anno *r*. | artifice **B***G*. -ci *rv*. -ces **a**.
11 fiebat **d**(?)**h***v*.*a*.*S*. 12. 13 poſtera luce **B***S*. -erat ut **Vd**. -era ait **R**. -ero die **h***v*. 13 ipſo correctuſ **B***B*. -eptus **Ra***v*. incorruptus **Vh**. | *post* cetera *desinit* **V**. 15 ſpeciemen **B**¹. -ciem **dh***Lugd*. 16 millum *J coll*. *XXXIII* 23. milium **B**. in illud **d**. illud **R**. illut **V**. illum **a**. filum **h***v*. 17 politis **a**. poſilici **B**. 18 eburneum *v*.*a*.*H*. | coronantem **B**. | cum **B**. eo **Fd***v*.*a*.*B*. 19 translucet **RFdT***H*. | iuncturae **B***G*(*S*). pu- **F**. pictura **Rdh***H*. -re **a**. -rae *v*. | tenuſſimiſ **B**.
20 adflatus **F**. -tos **R**. | refouent & **B***S*. -te **Rdh***v*. -tem **F**.

ingenium artificis ipsa materia ingenii quamvis occulta in
pretio operis intellegitur. — (23) Eodem in oppido est 99
lapis fugitivus appellatus; Argonautae eum pro ancora usi
reliquerant ibi. hunc e prytaneo — ita vocatur locus —
saepe profugum vinxere plumbo. — Eadem in urbe iuxta
portam, quae Thracia vocatur, turres septem acceptas
voces numeroso repercussu multiplicant. nomen huic
miraculo Echo est a Graecis datum. et hoc quidem lo- 100
corum natura evenit ac plerumque convallium; ibi casu
accidit, Olympiae autem arte, mirabili modo, in porticu,
quam ob id heptaphonon appellant, quoniam septiens
eadem vox redditur. Cyzici et buleuterium vocant aedificium amplum, sine ferreo clavo ita disposita contignatione, ut eximantur trabes sine fulturis ac reponantur. quod item Romae in ponte sublicio religiosum est, posteaquam Coclite Horatio defendente aegre revolsus est.

(24) Verum et ad urbis nostrae miracula transire 101
conveniat DCCCque annorum dociles scrutari vires et sic quoque terrarum orbem victum ostendere. quod accidisse totiens paene, quot referentur miracula, apparebit; universitate vero acervata et in quendam unum cumulum coiecta non alia magnitudo exurget quam si mundus alius

---

§ 99: cfr. Strabo XII 8, 11 p. 575. Liv. XLI 20, 7. — Dio Cass. LXXIV 14 extr. — § 100: Plutarch. de garr. p. 502.

---

1 ingenii *ll.S.* ingeriei *J.* *om.* **h***v*(*D*). 3 argonaute **B**[1]. -ta **F**. -na ut **R**. | eo **h***v.a.D*. 4 relinquerant **R**. 5 plumbum **F**. -bam **R**. 6 thracia **R***v*. trachia **dT**. -cia **BFa**. 7 repercuſſum **B**[1]. | uocem nomen **R**. nomenque *v.a.S.* 9 ac **B***S*. ad **RF**. at **d**. et *v*. 11 heptaphonon **B**[1]*v*. //epta- **B**[2] (**dh**). eita- **F**. ita- **R**. 12 buleutemū **R**. 13 *dist. U 794.*
13. 14 continatione **RF**. 14 ut et **F**. ita **a**. | eximantur **B***v*. existim- *r*. -mentur **d**. | futuriſ **B**. 15 in pontem **F**. | ſublicio **B**[1]**ah***v*. ſupl- **B**[2]. publicanio *r*. | religioſum **Bah***v*. reg- *r*. 16 cocliti **B**. | horatio **Rd***v*. or- *r*. 18 noſtra e// **B**.
19 nongentorumque **dh***v.a.Brot.* | et **Ba***v*. id *r*. 21 quot **B**[2]**Rd***v*. quod *r*. 22 aceruatae **B**[1]. 23 exurget **B** *v*(*S*). -git **F**. exsurgit **RdTa***H*.

102 quidam in uno loco narretur. nec ut circum maximum
a Caesare dictatore exstructum longitudine stadiorum trium,
latitudine unius, sed cum aedificiis iugerum quaternum,
ad sedem CCL, inter magna opera dicamus: non inter
magnifica basilicam Pauli columnis e Phrygibus mirabilem
forumque divi Augusti et templum Pacis Vespasiani Imp.
Aug., pulcherrima operum, quae umquam vidit orbis?
non *e*t tectum di*r*ibitori ab Agrippa facti, cum theatrum
ante texerit Romae Valerius Ostiensis architectus ludis
103 Libonis? pyramidas regum miramur, cum solum tantum
foro exstruendo HS |M| Caesar dictator emerit et, si quem
inpensa move*a*t captis avaritia animis, HS |CXLVIII| domo
104 empta Clodius, quem Milo occidit, habitaverit. quod equidem non secus ac regum insaniam miror; itaque et ipsum
Milonem HS |DCC| aeris alieni debuisse inter prodigia animi
humani duco. sed tum senes aggeris vastum spatium,

---

§ 102: Suet. Caes. 39. Dion. Hal. III 68. — cfr. Plin. XXXV 13. Cic. ad Att. IV 16, 14. — Suet. Aug. 29 init. Plin. XXXIV 84. XVI 201. — § 103: Suet. Caes. 26. — § 104: cfr. Plin. III 67. Dion. Hal. IX 68. — Liv. VI 4, 12. — Dion. Hal. III 66. Cassiod. var. III 30. — Dio Cass. XLIX 43.

---

1 narretur **Ba***v*(*S*). -rraretur **RdT***H*. nasceretur **F**. | nec ut **FdTa**(*B*)*S*. ne ut **B***J*. nam ut **R**(?)**h***v*. *an* ne uel (et)?
4 CCLX millium *v.a.Brot.* | non inter **B**[2]**a***S*. nonne ter **R**. non ter **B**[1]**Fd**. nonne inter **h***v*. 5 e **Ba***v*. et *r*. 6 eorumque **B**. forum **a**. | templum **Bah***v*. diui *r*. 7 uidit — 8 et (ut **B**) tectum **B***S*. *om. rv*. 8 diribitori *S e coni. S*. dilib- **B**. ultori *r*. pantheum (-eon *v*) ioui ultori **h***v*. | factiſ **B**. -tum **dh***v.a.S*. 9 oſtienſiſ **Bdh***v*. -tensis *r*. *cfr. § 125*. 11 HS **Rda***v*. he. **B**. hy **F**. | |M| *J*. ∞ **B**. li **RF**. *om.* **a**. millies **d**(?)*G*. mille ducentis *v*. | quem **B***S*. quidem *rv*. quis **a**. 12 inpenſa **BF***U*. -sae **Rdh***v*. inspiciente **a**. | moueat *ego*. -ent *ll.v*. -et **a***U*. | captiſ **BRdh**(*B*)*S*. -tos *v*. capitis **Fa**. | animiſ **Ba** (*B*)*S*. -mi *r*. -mos *v*. | |CXLVIII| **B**(**F**?)*J*. CXLVIII *S*. centies et quadragies octies (**Rd**?)*G*. CXLVII milibus *v*. 12. 13 domo empta **B***v*. domo emit a *r*. *om.* **a**. 13 clonius **Rd**. 14 et *om.* **B***S*. 15 HS |DCC| (**Fa**?)*D*. H. DCC. **B**. sestertium septingenties **R**(?)*G*. -rtia DCCM *v*. 16 duco **RFdh***v*(*U*). dico **Ba***S*(*J*) *coll. § 102. cfr. nov. luc. p. 101; de mendo etiam XVIII 337. IX 183.* | tum **B***S*. tunc *rv*. | spatium et **d**(?) *v.a.D*.

substructiones Capitolii mirabantur, praeterea cloacas, opus
omnium dictu maximum, subfossis montibus atque, ut
paullo ante retulimus, urbe pensili subterque navigata 94
M. Agrippae in aedilitate post consulatum. permeant 105
conrivati septem amnes cursuque praecipiti torrentium
modo rapere atque auferre omnia coacti, insuper imbrium
mole concitati vada ac latera quatiunt, aliquando Tiberis
retro infusus recipitur, pugnantque diversi aquarum im-
petus intus, et tamen obnixa firmitas resistit. trahuntur 106
moles superne tantae non succumbentibus cavis operis,
pulsant ruinae sponte praecipites aut inpactae incendiis,
quatitur solum terrae motibus, durant tamen a Tarquinio
Prisco annis DCC prope inexpugnabiles, non omittendo
memorabili exemplo vel magis, quoniam celeberrimis rerum
conditoribus omissum est. cum id opus Tarquinius Priscus 107
plebis manibus faceret, essetque labor incertum maior an
longior, passim conscita nece Quiritibus taedium fugienti-
bus, novum, inexcogitatum ante posteaque remedium in-
venit ille rex, ut omnium ita defunctorum corpora figeret

---

§ 107: Cass. Hemina ap. Serv. ad Verg. Aen. XII 603 (Peter fragm. hist. Rom. p. 70). Liv. I 56, 2. Cic. Verr. V 19, 48.

---

1 substructiones insanas *v.a.D.* | capitolii **Bh***B*. -ptiosi *rv.* | mirabuntur **B**. | opuſ **B***S*. opum **a**. -umum **Fd**. operum **Rh***v*. 2 omnium **Bah***v*. -ibus *r*. | dictu $B^2$**ah***v*. -tum *r*. | suffossis **RFdah***v.a.S*. ſubfoſſa **B**. 4 agrippae **B***S*. -ppa *rv* (*praem.* a *G*). | permeant **B***S*. -nti **da**. -maneant **R**. -nti **F**. per meatus *v*. 5 conriuati **d***S*. corr- **B***G*(*D*). conriuatis (corr- *v*) *rv*. | amnibus cursu **h***v.a.G*. 6 coactis **h***v.a.G*. | inſuper **B***v*. su- *r*. 7 latere $B^1$. -re$^s$ $B^2$. 8 infusi *v.a.S*. | recipitur **BdTh***S*. -pitis *r*. -piunt (*add.* fluctus *v*) **a***v*. 8. 9 impetuuſ $B^1$*D*. 9 intus *om.* **B***U 796*. | reſtitit **B**. 10 superne *J*. -nae **B***S*. internae *rv*. | cauis *S cum Reinesio*. cautiſ **B**. causis *rv*. *cfr.* § *108*. 13 DCCC **d***v.a.H*. 14 memorabile $B^1$**Fa**. | uel eo magis **h***v.a.S*. *cfr.* § *77*. 16 faceret **Bh***v*. fecerit *r*. | maior an **Ba***S*. an *r*. *om.* **h***v*. 17 longior an periculosior **h***v.a.S*. | concita **Fah**. 18 nouvm $B^2$. -uom $B^1$. -uum (-uom *S*) et *rv*. | ante **BFa***v*(*S*). -tea **Rdh**(?)*C*. | remediis **RF**. 18. 19 menienit **R**. meminit **F**. 19 figeret **Bdh***v*. frigere *r*. ingeret **a**.

cruci spectanda civibus simul et feris volucribusque la-
108 ceranda. quam ob rem pudor Romani nominis proprius, qui saepe res perditas servavit in proeliis, tunc quoque subvenit, sed illo tempore *vi* post vitam erubescens, cum puderet vivos, tamquam puditurum esset extinctos. amplitudinem cavis eam fecisse proditur, ut vehem faeni large onustam transmitteret.

109 Parva sunt cuncta, quae diximus, et omnia uni comparanda miraculo, antequam nova attingam. M. Lepido Q. Catulo cos., ut constat inter diligentissimos auctores, domus pulchrior non fuit Romae quam Lepidi ipsius, at, Hercules, intra annos XXXV eadem centensimum locum
110 non optinuit. computet in hac aestimatione qui volet marmorum molem, opera pictorum, inpendia regalia et cum pulcherrima laudatissimaque certantes centum domus posteaque ab innumerabilibus aliis in hunc diem victas. profecto incendia puniunt luxum, nec tamen effici potest, ut mores aliquid ipso homine mortalius esse intellegant.

111 Sed omnes eas duae domus vicerunt. bis vidimus urbem totam cingi domibus principum Gai et Neronis, huius quidem, ne quid *de*esset, aurea. | nimirum sic habitaverant illi, qui hoc imperium fecere tantum, ad devin-

§ 108 extr.: Strabo V 3, 8 p. 235. — § 111: cfr. Plin. XXXIII 54. Suet. Nero 31 init. 34. Martial. spect. 2, 4. — Val. Max. IV 4, 7.

1 crucibus **h***v.a.S.* | ſimul ciuibuſ **Ba***S.* 2 propiuſ **B** *v.a.B.* 3 proeliſ **B**[1]. 4 illo in *U.* | ui post uitam *ego.* in (*del.* **B**[2] *U*) poſt uitam **B***J.* inposuit iam (tamen **a**. tum *G*) **rdTah***v.* 5 uiros **Rdh**. 6 eam **B***v.* ea **r**. *om.* **a**. | proditur — 7 transmitteret *om.* **a**. 6 faeni **B***S.* feni **F**. foeni **R dh***v.* 7 honuſtam **B**. 8 una **B**[1]**R**. uno **a**. 11 ad **B***D.* 12 hercule **Rdh***v.a.S.* | intrannoſ **B**. 13 optinuit **Ba***v.* cont- **r**. | haec **B**. 15 domos **d**(?)*v.a.S.* 16 huc **B**[1]. 17 incendio **B**[1]. | offici **B**. 18 mortaliuſ **BT***v.* -ibus **a** (*deinde deficiens usque ad § 126*). -ralius **Rdh**. -liis **F**. 19 omniſ **B***S.* | domuuſ **B**[1]*D.* | his **R**. 20 tutam **R**. 21 deesset *v.* eſſet **Bdh**. esse **r**. | aurea — p. 347, 1 genteſ **B***v.* repertum **r**. 21. 22 habitauerant **B***U.* -runt *S*(*J*). -arunt *v.* 22 tantum **B***S.* -tas *v.* | *dist. Bergk I 26.* 22 *et* p. 347, 1 uincendas *v.a.S.*

cendas gentes triumphosque referendos ab aratro aut foco
exeuntes, quorum agri quoque minorem modum optinuere
quam sellaria istorum! subit vero cogitatio, quota portio 112
harum fuerint areae illae, quas invictis imperatoribus decernebant publice ad exaedificandas domos; summusque illarum honos erat, sicut in P. Valerio Publicola, primo consule cum L. Bruto, post tot merita et fratre eius, qui bis in eodem magistratu Sabinos devicerat, adici decreto, ut domus eorum fores extra aperirentur et ianua in publicum reiceretur. hoc erat clarissimum insigne inter triumphales quoque domos.

Non patiar istos duos ne hac quidem gloria famae 113
frui, docebimusque etiam insaniam eorum victam privatis opibus M. Scauri, cuius nescio an aedilitas maxime prostraverit mores maiusque sit Sullae malum tanta privigni
potentia quam proscriptio tot milium. in aedilitate hic 114
sua fecit opus maximum omnium, quae umquam fuere humana manu facta, non temporaria mora, verum etiam aeternitatis destinatione. theatrum hoc fuit; scaena ei triplex in altitudinem CCCLX columnarum in ea civitate, quae sex Hymettias non tulerat sine probro civis amplis-

---

§ 112 extr.: Dion. Hal. V 39 extr. Plutarch. Popl. 20. — § 113: cfr. Plin. XXXVII 11. — § 114 med.: cfr. Plin. supra § 7. XVII 6. infra § 189.

---

1 ab aratro — 2 modum **B***v*. *om.* *r*. 3 celaria **h**. cella- *v.a.H.* | subit (-iit **B***S*) uero **B***v*. subituquo **d**. -tuque *r*. *an* subit utique? 5 exaedificandaſ **B***v*(*S*). aed- (ed- **F**) *rH*. 6 P. **F***Brot*. L. *rv*. 7 L. **B***v*. M. *r*. | poſt tot **Bd***v*. posito *r*. | frater **B**. 9 aperientur **B**¹. 9. 10 publicum **Bd***v*. -cocom **F**. pulico **R**. 10 reicerentur **Rd**. | clarissimum —trium[phales] *om.* **Rdh**. 12 patiar iſtoſ **B***S*. -iaris post *r*. -iemur *v*. | duos *J cum Bergkio I 27*. duoſ neroneſ **B**. duos gaios uel duos nerones *rv*. *del.* *U*. 14 opibuſ **Bh***S*. operibus *rv*. | m. ſcauri **Bh***v*. isauri *r*. 15 mores ciuiles **h***v.a.S.* | maiuſq. (malu- **B**¹) ſit **B***v*. maius ciues id *r*. | ſyllę **B***v.a.Brot.* | priuignae **R**. 17 suae **RF**. 18 uero **R**. 19 deſtinationem **B**¹. -nes **RF**. 20 in **B***G*. *om.* *rv*. | altitudinem **B***G*. -ne *rv*. | nea (*pro* in ea) **B**. 21 hymetiaſ **B**. him- **F**. 21 *et* p. 348, 1 amplissi **F**.

simi. ima pars scaenae e marmore fuit, media e vitro, inaudito etiam postea genere luxuriae, summa e tabulis
6 inauratis; columnae, ut diximus, imae duodequadragenum
115 pedum. signa aerea inter columnas, ut indicavimus,
34, 36 fuerunt $\overline{\text{III}}$ numero; cavea ipsa cepit hominum $\overline{\text{LXXX}}$, cum Pompeiani theatri totiens multiplicata urbe tantoque maiore populo sufficiat large $\overline{\text{XXXX}}$ sedere. relicus apparatus tantus Attalica veste, tabulis pictis, cetero chorag*io* fuit, ut, in Tusculanam villam reportatis quae superfluebant cotidiani usus deliciis, incensa villa ab iratis servis concremaretur HS $|\overline{\text{CCC}}|$.

116 Aufert animum et a destinato itinere degredi cogit contemplatio tam prodigae mentis aliamque conectit maiorem insaniam e ligno. C. Curio, qui bello civili in Caesarianis partibus obiit, funebri patris munere cum opibus apparatuque non posset superare Scaurum — unde enim illi vitricus Sulla et Metella mater proscriptionum sectrix? unde M. Scaurus pater, totiens princeps civitatis et Mariani sodalicii rapinarum provincialium sinus? cum iam ne ipse quidem Scaurus sibi par esse posset, quando

---

1 ima **B** *C*. imam **F**. iam **R d h** *v*. | e *om*. **B**. | mediae uitro **B**. 2 ſummam e $B^1$. -mae *v. a. H*. 3 duodecī quadragenum $B^2$. 5 $\overline{\text{III}}$ *S*. III **B**. tres *r*. tria milia *v*. | numero $B^2$**h***v*. -rum *r*. | $\overline{\text{LXXX}}$ *S*. LXXX **B**. LXXX milia *r*(?)*v*.
7 $\overline{\text{XXXX}}$ **B** *S*. XL milia (*v*. millibus *Hack*.) *r*(?)*v*. | ſedere *ll. C* (*SD*). sed et *Ven*. (*G*). (milium) sedi *U cum B*. sede *J coll. § 102*. | relicuſ $B^1$*S*. -iquſ $B^2$. -iquus *rv*. 8 choragio *C cum Budaeo*. chora **B**. corago *r*. cura *v*. 10 aeratiſ **B**.
11 hy **F**. *cfr. § 103*. ad HS *v. a. Brot*. | $|\overline{\text{CCC}}|$ *J*. ccc **B**. $\overline{\text{CCC}}$ *S*. millies (**R d**?) *Lugd*. M *v*. 12 auferat $B^1$. aut fert **F**. | a deſtinato $B^1$**h***v*. ab eſt- $B^2$. ab deſt- *D*. ab estimato (aest- **F**) *r*. | degredi $B^1$*J*. digr- $B^2$*v*. decredi **F**. -eti **R**.
13 aliaque **R F**. | connecti **h** *v. a. S*. 13. 14 maiore **B**. 14 c. curio **h** *v*. cicu- **R F d**. cu- **B**. 15 obit **B** *D*. *cfr. XXXIII 131*. | funebri **B** *v*. -ris *r*. 16 possit **R F**. 17 ſylla $B^2$ *v. a. Brot*. | metella **d** *v*. metalla **B**. mit- *r*. 17. 18 proſcriptionum ſectrix **B d** *v*. -one sectis *r*. 19 mariani **B d T** *S*. -itani *r*. -ianis *v*. | sodalitii **R T**. -tiis *v. a. S*. | rapinarum **B** *v*. -rumque *r D*. | prouincialium **B** *v*. -cia (-tia **F**) itum *r*. 20 iam ne **B** *v*. ſane **R**. lanae **F d**. | ſibi par eſſe **B** *S*. sibi parasse *r*. comparari sibi *v*. | poſſet **B** *v*. -sse *r*.

hoc certe incendi illius praemium habuit convectis ex
orbe terrarum rebus, ut nemo postea par esset insaniae
illi — ingenio ergo utendum suo Curioni et aliquid ex- 117
cogitandum fuit. operae pretium est scire, quid invenerit,
et gaudere moribus nostris ac verso modo nos vocare
maiores. theatra iuxta duo fecit amplissima ligno, cardi-
num singulorum versatili suspensa libramento, in quibus
utrisque antemeridiano ludorum spectaculo edito inter
sese aversis, ne invicem obstreperent scaenae, repente
circumactis — ut constat, post primos dies etiam seden-
tibus aliquis —, cornibus in se coeuntibus faciebat amphi-
theatrum gladiatorumque proelia edebat, ipsum magis aucto-
ratum populum Romanum circumferens. quid enim miretur 118
quisque in hoc primum, inventorem an inventum, arti-
ficem an auctorem, ausum aliquem hoc excogitare an su-
scipere an iubere? super omnia erit populi sedere ausi
furor tam infida instabilique sede. en hic est ille terra-
rum victor et totius domitor orbis, qui gentes, regna
diribet, iura exteris mittit, deorum quaedam immortalium
generi humano portio, in machina pendens et ad pericu-
lum suum plaudens! quae vilitas animarum ista aut quae 119
querella de Cannis! quantum mali potuit accidere! hauriri
urbes terrae hiatibus publicus mortalium dolor est: ecce

---

3 ergo **BT***G*. erat *r*. ergo suo erat *v*. | utendum **BT***v*. pute- **Fd**. pude- **Rh**. | suo—3. 4 excogitandum *ll.*(*v*)*S*. *del. G*.

3 & aliquid (-uit **B**[1]) **B***S*. et (ex **R**) aliquo *r*. que aliud **h***v*. eique aliud *B*. 5 uerſo **B***S*. nostro **Rd***v*. uestrum **F**.

6 ampliſſima **B***S*. -me **F**. -ma e **Rdh***v*. 7 uerſitali **B**.

8 edito **Bdh***v*. -tio **R**. aedicio **F**. 9 obſtreperent **Bdh***v*. -pere *r*. | ſcaenae **B***v*. gere *r*. 10 conſtat **BFdh***U*. contra stat **R**. -tra starent *B*. constiterant *v*. | poſt primoſ **B***U*. post trinos **dT**. positrimos **F**. postremos **R**. -emo **h***v*. 10. 11 dies etiam (& &iam **R**. et aet- **F**) sedentibus *ll.U*. iam die discedentibus (descend- *C*) *v*(*H*). 11 aliquis *ll. U*. -uibus **h**. tabulis *v*. | et cornibus **h***v.a.S*. 12 proelia **Bd***S*. proaelia **F**. pel **R**. spectacula **h***v*. 16 an iubere *ll.J*. parere an iubere *v*. | auſi **Bh***v*. aut si *r*. 18 gentes et **R**(?)**h***v.a.S*. 19 dirib& **B**[1]*G*. -rig& **B**[2]. -riperet *rv*. | externis **d**(?)**h***v.a.S*. | mittit *om.* **R**. mitteret **h***v.a.G*. 21 istarum **Rd**. 22 quaeq. rella **B**[1]. quaerela **B**[2]. 23 dolorem ecce **R**.

populus Romanus universus, veluti duobus navigiis inpositus, binis cardinibus sustinetur et se ipsum depugnantem spectat, periturus momento aliquo luxatis machinis!
120 et per hoc quaeritur tribuniciis contionibus gratia, ut pensiles tribus quatiat, in rostris quid non ausurus apud eos, quibus hoc persuaserit! vere namque confitentibus populus Romanus funebri munere ad tumulum patris eius depugnavit universus. variavit hanc suam magnificentiam fessis turbatisque cardinibus et amphitheatri forma custodita novissimo die diversis duabus per medium scaenis athletas edidit raptisque e contrario repente pulpitis eodem die victores e gladiatoribus suis produxit. nec fuit rex Curio aut gentium imperator, non opibus insignis, ut qui nihil in censu habuerit praeter discordiam principum.

121 Sed dicantur vera aestimatione invicta miracula. Q. Marcius Rex, iussus a senatu aquarum Appiae, Anienis, Tepulae ductus reficere, novam a nomine suo appellatam cuniculis per montes actis intra praeturae suae tempus adduxit; Agrippa vero in aedilitate adiecta Virgine aqua ceterisque conrivatis atque emendatis lacus DCC fecit, praeterea salientes D, castella CXXX, complura et cultu magnifica, operibus iis signa CCC aerea aut marmorea inposuit, columnas e marmore CCCC, eaque omnia annuo spatio. adicit ipse aedilitatis suae conmemoratione

§ 121: Frontin. de aqu. urb. Rom. I 7. — cfr. Plin. XXXI 41 sqq. — Dio Cass. XLIX 43, 3.

4 quaeritur **BdT***v*. apperi- **F**. per- **R**. | tribuniciiſ **B**² *G*(*S*). -ciſ **B**¹ *D*. in trib- *rv*(*H*). 5 quatiat **B***S*. qualia et *r*. faceret. Qualia (-lis *C*) hic *v*. | *dist*. *J*. 6 uera **R**(?)*v.a.J*. 7 tumultum **B**. 9 amphitheatrum **B**. 10 diuersis **RF dTh***v*(*Brot.*). uerſiſ **B***J*. diuisis *C*. *del*. *G*(*U*). 11 e **B***v*. *om*. *r*. 12 e **Bd***v*. se *r*. 15 uera **Bh***v*. uero *r*. | Q. **Fh***S*. quae *r*. quae Q. *v*. 16 Rex fecit. is iussus *v.a.S*. | appiae **B***v*. nithe **R**. nite **F**. | anieniſ **Bh***v*. ali- *r*. 17 tepulae **Bh***G*. tegulae *r*. -la *v*. | refugere **B**. 20 ceteris **R**(?)*v.a.S*. | lacuuſ **B**¹ *D*. 21 salientes *C cum Budaeo*. pſallenteſ **B**. sapientes (-tis **F**) *r*. fontes *v*. | D **B***S*. cui **Fh**. CVI **R***Brot*. CV *v*. | CXX **Rh**. | c̄clura **R**. conc- **F**. | etiam **h***v.a.S*. 23 columnate **B**. 24 ipse in **h***v.a.S*.

et ludos diebus undesexaginta factos et gratuita praebita balinea CLXX, quae nunc Romae ad infinitum auxere numerum. — Vicit antecedentes aquarum ductus novis- 122
simum inpendium operis incohati a C. Caesare et peracti a Claudio, quippe a XXXX lapide ad eam excelsitatem, ut omnes urbis montes lavarentur, influxere Curtius atque Caeruleus fontes et Anien nov*u*s, erogat*i*s in id opus HS |$\overline{\text{MMM}}$| D. quod si quis diligentius aestumaverit ab- 123
undantiam aquarum in publico, balineis, piscinis, euripis, domibus, hortis, suburbanis villis, spatia *a*quae venientis, exstructos arcus, montes perfossos, convalles aequatas, fatebitur nil magis mirandum fuisse in toto orbe terrarum. — Eiusdem Claudi inter maxim*e* memoranda equi- 124
dem duxerim, quamvis destitutum successoris odio, montem perfossum ad lacum Fucinum emittendum inenarrabili profecto impendio et operarum multitudine per tot annos, cum aut conrivatio aquarum, qua terrenus mons erat, egereretur in verticem machinis aut silex caederetur quantaque intus in tenebris fierent, quae neque concipi animo nisi ab iis, qui videre, neque enarrari humano sermone

§ 122: Suet. Claud. 20 init. — § 124: Suet. Claud. 20.

2 quae nunc **B***v*(*S*). quae **Fdh**. que **R**. nunc *Brot*. (*errore*). 4 incohati *ego*. -oathi **B**. -oatio **R**. inchoatio **F**. -ti *v*. *cfr*. *XXXIV 148*. *XXXV 105*. 5 claudi **B**[1]. | xxxx **B***S* (*post* lapide *v*). *om*. *r*. | ut in **R**(?)*v*.*a*.*S*. 6 omnibus *Ven*. | lauarentur **Bd***v*(*S*). -retur *r*. leuarentur *Verc*. 7 caerulaeuſ (car- **B**[1]) **B**. | & anien **B***S*. et ante (-to **R**) *r*. et anio *Brot*. *om*. *v*. | nouus *Brot*.(*U*). nouos *ll*.*S*. *om*. *v*. | erogatis *D*. -atoſ **B**. -at *r*. -ata **h***v*. -atum *G*. 8 |$\overline{\infty\infty\infty}$| D **B***D*. |$\overline{\text{MMMD}}$| *J*. $\overline{\text{MMMD}}$ *S*. LŪ. D. **F**. $\overline{\text{LV}}$. $\overline{\text{D}}$. **Rd**(?)*H*. LV. D. **T**. ter milies *G*. quingenta LV milia *v*. 9 quarum **RF**. | balneiſ **B**[2]*v*.*a*.*Hack*. 10 spatia aquae *ego*. -ia quae **F**. -iaque **dTh***D*. -ia **B***S*. -ioque **R**(?)*v*. -iaque aquae *Fröhner anal*. *crit*. *p*. *20*. | aduenientis *v*.*a*.*S*. 11 arcuuſ **B**[1]*D*. | perfoſſoſ **Bd***v*. -ssū *r*. 13 maxime *G*. -ma *ll*. (*add*. ac) *v*. *cfr*. *IX 183*. 15. 16 profectv **B**[2]. -tum **h**. 16 impendi (-dio **B**[2]) d& **B**. 18 uertice **R**(?)*v*.*a*.*S*. | macinif **B**[1]. | cedereetur **B**[2]. 18. 19 quantaque **B***S*. omniaque *rv*(*D*).

125 possunt! nam portus Ostiensis opus praetereo, item vias per montes excisas, mare Tyrrhenum a Lucrino molibus seclusum, tot pontes tantis inpendiis factos. et inter plurima alia Italiae ipsius miracula marmora in lapicidinis crescere auctor est Papirius Fabianus, naturae rerum peritissimus, exemptores quoque adfirmant compleri sponte illa montium ulcera. quae si vera sunt, spes est numquam defutura luxuriae.

126 **16.** (25) A marmoribus degredienti ad reliquorum lapidum insignes naturas quis dubitet in primis magnetem occurrere? quid enim mirabilius aut qua in parte naturae
100 maior inprobitas? dederat vocem saxis, ut diximus, respondentem homini, immo vero et obloquentem. quid lapidis rigore pigrius? ecce sensus manusque tribuit illi.
127 quid ferri duritia pugnacius? pedes *ei* inpertivit et mores. trahitur namque magnete lapide, domitrixque illa rerum omnium materia ad inane nescio quid currit atque, ut propius venit, adsilit, tenetur amplexuque haeret. sideritim ob id alio nomine vocant, quidam Heraclion. magnes

§ 125: Suet. Claud. 20 extr. — § 127: Nicand. fragm. 101 (O Schneider p. 128). Th. lap. 4 extr. Isid. XVI 4, 1.

1 portuuſ **B**$^{1}$*D*. | ostensis **R**. -sus **F**. *de mendo cfr. § 102.* | praeterea **B**. | item **F***v*. inter *r*. 2 per **B***S*. e et **F**. & **Rdh**. inter *v*. | montiſ **B**$^{1}$*S*. | exciſaſ **B***v*. -itas **R**. -ita **F**. | tyrreniū **R**. 4 ipsius *ll.S. om. v.* | miracula marmora **B***S*. marmora (-ris h) miracula **Rdh**. *de* **F** *non constat.* miracula, ipsa marmora *v*. | lapidiciniſ **BFd***v.a.H*(*D*). 8 defutura **B***S*. -ra de *r*. -ram **h***v*. | luxuriae **Bd***S*. -am **h***v*. luxoria *r*. 9 a **h***v*. E **B**. *om. r.* | degredienti (-te **F**) **B**$^{1}$**RF***J*. digr- **B**$^{2}$**dh***v*. 10 lapide **RF**. -dem *v.a.C.* | in igneſ **B**$^{1}$. | magnitem **B**$^{1}$. *cfr. § 128. 129.* 11. 12 natura eo maior **B**. 13 immo uero **Bda***v*. im more **R**. in////re **F**. | obloquentem **Bda***v*. ob id lo- *r*. 14 ſenſuuſ **B**$^{1}$*D*. 15 pedes ei *S e coni. J.* -deſ & **B**. cedet sed (sed et **a**) *r***dTa**. sed cedit et **h***v*. | inpertiuit (imp- **a**) **RFdTa***S*. pert- **B**. patitur **h***v*. | & *ll.S. om. v.* | moriſ **B**. 16 namque *ll.v*(*D*). *om.* **h***Brot.* | a magnete **h***v.a.S.* 17 ad *om.* **Fa**. | aut (*pro* ut) **B**$^{1}$. 18 adſilit **B***S*. assistit (ads- **F**) *rv*. | teneturque **h***H*. -que et *v*. | amplexuque (amplie- **B**$^{1}$) *ll.S.* com- **h***H*. que *del. v.* 19 appellant **h***v.a.S.* | heraclion **B***S*. -leon **dh***B* (-adion *v*). -leen **F**. -lian **a***D cum U 797.* eraclem en **R**.

appellatus est ab inventore, ut auctor est Nicander — in Ida, *ut* reper*io*, namque et passim inveniuntur, in Hispania quoque —; invenisse autem fertur clavis crepidarum, baculi cuspide haerentibus, cum armenta pasceret. quinque genera magnetis Sotacus demonstrat: Aethiopi- 128
cum et a Magnesia Macedoniae contermina ab E*u*boea Iolcum petentibus dextra, tertium in Hyetto Boeotiae, quartum circa Alexandriam Troadem, quintum in Magnesia Asiae. differentia *est* prima, mas sit an femina, proxima in colore. nam qui in Magnesia Macedonica reperiuntur rufi nigrique sunt, Boeoti vero rufi coloris plus habent quam nigri. is, qui *in* Troade invenitur, niger est et feminei sexus ideoque sine viribus, deterrimus autem in Magnesia Asiae, candidus neque attrahens ferrum similisque pumici. conpertum tanto meliores esse, quanto sint magis caerulei. Aethiopico palma datur pondusque argento 129
rependitur. invenitur hic in Aethiopiae Zmiri; ita vocatur regio harenosa. ibi et haematites magnes sanguinei coloris sanguinemque reddens, si teratur, sed et crocum.

---

§ 128 extr.: Isid. XVI 4, 2. Diosc. V 147.

---

2 in india *Isid.v.a.B.* | ut reperio *ego* (*cfr. XXXV 12*). reperto (repto **F**) *ll.* -tus **h***v.* | inuenitur **h***v.a.S.* | in **Bd***J.* ut in *rv*(*D*). 4 baculique *Isid.* et baculi **h***v.a.S.* 5 magnitiſ **B**$^1$. 6 & a **B***S.* e **R**(?)*G.* et **Fdha***v.* | magnesiacum **h** *v.a.G.* | e macedonia ei *B.* | ab euboea *ego.* (*de mendo cfr. XXXII 18*). abo ebone **BR**. -nae **F**. abebonie **d**. -noea *v.a. B.* ebone **a**. a Boebe *S.* ab Eione Bolben *J.* Boebeida *B.* -beium *D.* 7 iolcum *S.* iolanū **B**. locatum *rv.* lacum *B*(*JD*). | hy&to **B***S.* -etio *r.* hyrtio **dT**. hyrietico *H.* ethio **a**. echio *v.* | boeoetiae **B**$^1$. 9 differentia est *ego.* -tiam **B**$^1$ **RFd**. -tia **B**$^2$**ha***v.* | prima **Bh***v.* -am *r.* | maſ ſit **Bha***v.* an sit *r.* | am **R**. | proxima **Bdh***v.* -am *r.* 10 namque **BR**. 11 boeoti **B***S.* -tius **dh***v.* boetius **F**. -tus **R**. obedientius **a**. | habet **dh***v.a.S.* 12 //iſ qui **B***v.* qui **h**. *om. r.* | in *v. om. ll.S. cfr. CFWMüller p. 21.* 13 ſexuuſ **B**$^1$*D.* 14 aſiae **B***v. om. ll.* 15 confertum **B**. comperto **a**. | sunt **h***v.a.S.* 16 aethiopico (-thip- **B**) **Bd***G.* -icis **h***v.* -ia **R**. aetiophi. CC. **F**. et etiopia **a**. | palma **B***S.* in summa *r.* laus summa *v.* 17 zimiri *v.a.S.*

in adtrahendo ferro non eadem haematiti natura quae magneti. Aethiopici argumentum est, quod magneta quo-
130 que alium ad se trahit. omnes autem hi oculorum medicamentis prosunt ad suam quisque portionem, maximeque epiphoras sistunt. sanant et adusta cremati tritique. alius rursus in eadem Aethiopia non procul m*ag*n*e*s ferrum omne abigit respuitque. de utraque natura saepius
2, 211 20, 2 diximus.

(26) Lapidem e Syro insula fluctuari tradunt, eundem comminutum mergi.

131 **17.** (27) In Asso Troadis sarcophagus lapis fissili vena scinditur. corpora defunctorum condita in eo absumi constat intra XL diem exceptis dentibus. **Mucianus** specula quoque et strigiles et vestes et calciamenta inlata mortuis lapidea fieri auctor est. eiusdem generis et in Lycia saxa sunt et in oriente, quae viventibus quoque adalligata erodunt corpora.

132 (28) Mitiores autem servandis corporibus nec absumendis cher*n*ites ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt, Parioque similis candore et duritia, minus

---

§ 130: Diosc. V 147. Pl. iun. 84, 15. — cfr. Plin. XXXIV 147. — cfr. Plin. II 233. Isid. XVI 4, 10. — § 131: cfr. Plin. II 211. Th. de igne 46. Diosc. V 141. Isid. XVI 4, 15. Cels. V 7. — § 132: Th. lap. 6. Isid. XVI 4, 24. — Th. lap. 7. — Cels. IV 31 p. 158, 18. Diosc. V 141.

---

1 ferro **Ba***G*. -rru **F**. -rrū **Rdh***v*. | haematitae **R**(?)**dT** *v.a.S*. 2 magniti **B**[1]. 4 ſuam **Bdh***v*. euam *r*. ea **a**. | portionū **R**. 6 in eadem in **RF**. | magnes *U 798 ex Isid.* mons *ll.D*. mons gignit lapidem theameden qui **h***v*. 7 repoſuitque **B**. respuit **a**. 9 lapidem — 18. 19 absumendis *om.* **a**.
9 syro *ll.*(*P*)*D*. sichro **h**. scyro *v coll. Eustath. ad Dionys. perieg. 521. sed cfr. index et II 233.* | insula *ll.*(*P*)*D*. -la integrum **h**(?)*v ex Isid.* | fluctuari *ll.G*(*S*). -re **h***v*(*H*). fluitare *P*.
11 aſſo **Bd***v*. asa *r*. 14 & **Bd***v*. *om. r*. | ſtrigileaſ **B**. | inlata **B***S*. ill- **Th***v*. in lana *r*. 15 mortuis *del. G*. cum mortuis *coni. S. sed cfr. II 163. VI 127. XXXVII 182.* | eiuſdem **B***S*. eius *rv*. 16 et oriente **R**. 18 mitior est **d**(?)*v.a.S*. | mitiores — p. 355, 4 reperiuntur *videntur pertinere ad finem § 133* (*post* lomento). *cfr. index.* 19 chernites *B e Theophr.* chemi- *ll.v. cfr. XXXVII 191.* chiri- **a**.

tantum ponderosus, qui porus vocatur. **Theophrastus** auctor est et tralucidi lapidis in Aegypto, quem Chio similem ait. fortassis tunc fuerit, quoniam et desinunt et novi reperiuntur.

Assius gustatu salsus podagras lenit, pedibus in vas ex eo cavatum inditis. praeterea omnia crurum vitia in iis lapicidinis sanantur, cum in metallis omnibus crura vitientur. eiusdem lapidis flos appellatur, in farinam 133 mollis ad quaedam perinde efficax. est autem similis pumici rufo. admixtus cerae Cypriae mammarum vitia sanat, pici autem resinaeve strumas et panos discutit. prodest et p*h*thisicis linctu. cum melle vetera ulcera ad cicatrices perducit, excrescentia erodit et a bestiarum morsu repugnantia curationi suppurata siccat. fit cataplasma ex eo podagricis mixto fabae lomento.

**18.** (29) Idem **Theophrastus** et **Mucianus** esse 134 aliquos lapides, qui pariant, credunt; **Theophrastus** et ebur fossile *e* candido et nigro inveniri et ossa e terra nasci invenirique lapides osseos.

Palmati circa Mundam in Hispania, ubi Caesar dictator Pompeium vicit, reperiuntur idque quotiens fregeris. sunt 135

---

§ 133: Diosc. V 141. — § 134: Th. lap. 37. — § 135: cfr. infra § 158. Strabo VIII 5, 7 p. 367. — Isid. XVI 4, 31. 33. 34.

---

1 tamen h*v.a.S.* | ponderoſum **B**. | poruſ **Ba***v*. to- *rv*. 2 tralucidi **B**[1]*J*. transl- *rH*. -dos *v*. | lapides *v.a.H.* | quem **BdTa***H*. quam *r*. inueniri quos *v*. | chio **Ba**(*P*)*H*. phio **FdT**. phito **Rh**. ophitae *B*. -ionitae *v*. 3 simile **RF**. -les *v.a.H.* | ait quod *v.a.S.* 5 asius **RFd***v.a.Verc.* | gustu **h***v.a.S.* | uaſ **Ba***S*. uase *rv*. 6 cauato **h***v.a.S.* 8 uitientur *v*. uicie- **a**. uitia- **B**. uide- *r*. | *de v*. appellatur *cfr. XXXI 92.* | farinam redigendam *v.a.G.* 9 *an* molitus? (*cfr. Fröhner anal. crit. p. 16*). 10 aeri (eri **h**) cyprio **h***v.a.S.* 12 phthisicis *v*. pthi- *ll*. | Unctu **B**[2]. lenetu **F**. linctus **a**. 13 a **B***S*. ad *rv*. 14 morſu **B***S*. -us *r*. -us utilis *v*. | curationiſ **B***D*. -ni ac *v.a.S.* 17 pariant **Bda***v*. -ient *r*. | et *om*. **h**. auctor est et **d**(?)*v.a.S.* 18 e *ego*. *de dictione cfr. XXXVII 151. 176. om. ll.v.* | inueniri **BFda**. colore inueniri **R**(?)**h***v*. uarium *D*. | et ossa — 19 inueniri[q.] *om*. **B**. 18 e **Rdh***v*. *om*. **Fa**. 20 cir **B**[1]. circi **a**. | mundam **B**[1]**ha***v*. myn- **d**. min- **RF**. mutinam **B**[2].

et nigri, quorum auctoritas venit in marmora, sicut Taenarius. Varro nigros ex Africa firmiores esse tradit quam in Italia, e diverso albos Coranos duriores quam Parios, idem Luniensem silicem serra secari, Tusculanum dissilire igni, Sabinum fuscum addito oleo etiam lucere. idem molas versatiles Volsinis inventas; aliquas et sponte motas
136 invenimus in prodigiis. (30) nusquam hic utilior quam in Italia gignitur lapisque, non saxum, est. in quibusdam vero provinciis omnino non invenitur. sunt quidam in eo genere molliores, qui et cote levantur, ut procul intuentibus ophites videri possit, neque est alius firmior, quando et lapidis natura ligno similiter imbres solesque aut hiemes non patitur in aliis generibus atque aliis. sunt et qui lunam non tolerent et qui vetustate robiginem trahant coloremve candidum oleo mutent.

137 **19.** Molarem quidam pyriten vocant, quoniam plurimus sit ignis illi, sed est alius spongiosior tantum et alius etiamnum pyrites similitudine aeris. in Cypro eum reperiri volunt metallis, quae sint circa Acamanta, unum argenteo colore, alterum aureo. cocuntur varie, ab aliis

§ 137: Isid. XVI 4, 5. cfr. Diosc. V 142. — Cels. V 11.

1. 2 taenariuſ **Bd***v*. gena- *r*. ianua- **a**. 3 & (*pro* e) **R**. | coranoſ **B***Isid. v*(*S*). -nios **h**. coronas *r*. tornis *G*. | duritioreſ **B**. 4 lunienſem **B***J*. lume- **F**. lumne- **a**. lune- **Rdh***v*. | ſerra ſeri **B**$^1$. ſerrari **B**$^2$. | tisculanum **RF**. tusculano **a**. 5 item **d**(?)**h***G*. 6 uolsiniis **R**(?)*G*. -nae *v*. 7 hic *ll. G*. autem **h**. autem hic *v*. *an* his (*sc.* molis)? 8 italias **RF**. | signitur **R**. 9 prouincias **R**. -ntias **F**. 10 mollioreſ **Bda***v*. meli- *r*. | lauantur **B**$^1$. leuigantur *v.a.S*. *de mendo cfr. § 154, ceterum § 52. 139 et XIII 81. XVII 101. XX 20. XXXI 57.* 11 ophitae **R**(?)*v.a.S*. | possint **h***v.a.S*. 12 naturae **B**$^1$. | ut lignum *v.a.S*. | imbre **RF**. 13 aliis atque aliis generibus **h** *v.a.S*. 14 tolerent **Bd***v*. tulerint **F**. -runt **a**. telerin' **R**. 15 coloremue **Bh***v*. -mue & **RFd**. -mque **a**. | oleum uitent (utenus **R**) **RdT**. 16 corallium lapidem quidam **h***v.a.G*. 17 aliuſ **Bda***v*. alnus *r*. | ſpongioſior — 18 aliuſ **B***S*. *om. rv*. 17 tantum **B***S*. *an* tactu? 18 etiannum **B**$^1$. 19 uolunt et in metallis **R**(?)**h***v.a.S*. | ſint **B**. sunt *rv*. | acamanta **RFd** **T***S*. -menta **B**. -mania **a**. -iam *v*. acarnaniam **h***G*. 20 uarie **Bda***C*. -ae *v*. uiriae *r*.

iterum tertiumque in melle, donec consumatur liquor, ab
aliis pruna prius, dein *in* melle, ac postea lavantur ut
aes. usus eorum in medicina excalfacere, siccare, 34,106
discutere, extenuare et duritias in pus vertere. utuntur
et crudis tusisque ad strumas atque furunculos. pyri- 138
tarum etiamnum unum genus aliqui faciunt plurimum
ignis habentis. quos vivos appellamus, ponderosissimi
sunt, hi exploratoribus castrorum maxime necessarii. qui
clavo vel altero lapide percussi scintillam edunt, quae
excepta sulpure aut fungis aridis vel foliis dicto celerius
praebet ignem.

(31) Ostracitae similitudinem testae habent. usus 139
eorum pro pumice ad levandam cutem. poti sanguinem
sistunt et inliti cum melle ulcera doloresque mammarum
sanant. — Amiantus alumini similis nihil igni deperdit.
hic veneficiis resistit omnibus, privatim Magorum. —
(32) Geoden ex argumento appellant, quoniam conplexus 140
est terram, oculorum medicamentis utilissimum, item mam-
marum ac testium vitiis. — (33) Melitinus lapis sucum
remittit dulcem melleumque. tunsus et cerae mixtus

---

§ 138: Isid. XVI 4, 5. — § 139: cfr. Plin. XXXVII 151. 177. Diosc. V 164. Isid. XVI 4, 25. — Diosc. V 155. Geopon. XV 1, 33. Isid. XVI 4, 19. — § 140: Diosc. V 168. cfr. ib. 150. Isid. XVI 4, 26.

---

1 donec — 2 melle *om.* **a**. 2 dein in *J.* dein *ll.v.* 4 diſcutere **Bda***v*. -sumere *r*. | humorem extenuare **h***v.a.S.* | & *ll.v(D)*. *del. H.* | in puſ **B**(*P*)*S.* intus **a**. innius **R**. in inius **F**. nimias **h***v*. | uertere *ll.S.* mollire **h***v*. 5 e (*pro* et) **B**. | tuſſiſq. **B**$^1$**a**. tunſ- **B**$^2$*S.* 5. 6 pyritarum — 8 sunt *om.* **a**. 6 &iannum **B**$^1$. | unum **Bd***v*. una *r*. 7 ignis habentis (-ti **d**$^1$) **d**$^2$**T**. -nis habent ii **B***S.* -nis hapenti *r*. habent (-ns *v*) ignis **h***v*. *de structura cfr. § 147.* | appellamus et **R**(?)**h***v.a.S.* 8 hii **B**$^3$. ii **B**$^2$ *in ras. S.* iſ **B**$^1$. 9 scintillas *Isid.***h***v.a.S.* 10 exceptae *Isid.***h***v.a.S.* | folliſ **B**. | celerim **R**. 11 praebet **Ba***Isid.S.* -bent *G.* trahent *r*. -hunt **dTh***v*(*H*). 12 oſtracite **B**. 13 lauandam **B**$^1$**dT**. leuigandam *v.a.S.* | potii **B**$^1$. 16 ueneficiſ **B**$^1$*D.* 17 geoden **B***H.* ceo- **a**. gaeo- *v*. geomer *r*. 19 melitines **h**. -tites *v.a.S e Diosc.* 20 melleumque **Ba***S.* melliu- (-eliu- **F**) *r*. -itumque **h***v*. | tunſuſ **B***S.* tusus *rv*. (*dist. H*). | caere **BF**.

eruptionibus pituitae maculisque corporis medetur et faucium exulcerationi, epinyctidas tollit, volvarum dolores in-
141 positus vellere. — (34) Gagates lapis nomen habet loci et amnis Gagis Lyciae. aiunt et in Leucolla expelli mari atque intra XII stadia colligi. niger est, planus, pumicosus, levis, non multum a ligno differens, fragilis, odore, si teratur, gravis. fictilia ex eo inscripta non delentur; cum uritur, odorem sulpureum reddit; mirumque, accen-
142 ditur aqua, oleo restinguitur. fugat serpentes ita recreatque volvae strangulationes. deprendit sonticum morbum et virginitatem suffitus. idem ex vino decoctus dentibus medetur strumisque cerae permixtus. hoc dicuntur uti Magi in ea, quam vocant axinomantiam, et peruri negant,
143 si eventurum sit quod aliquis optet. — (35) Spongitae lapides inveniuntur in spongeis et sunt marini. quidam eos te*c*olithos vocant, quoniam vesicis medentur, calculos rumpunt in vino poti. — (36) Phrygius lapis gentis habet nomen; est autem glaeba pumicosa. uritur ante vino perfusus, flatus follibus, donec rufescat, ac rursus dulci vino extinguitur ternis vicibus, tinguendis vestibus tantum utilis.

---

§ 141: Diosc. V 145. Isid. XVI 4, 3. Solin. 22, 11 (19). Prisc. 581 sqq. Geopon. XV 1, 32. — § 142: Nicand. ther. 37 c. schol. Orphei Lith. 479. Damig. 20. Diosc. V 145. Isid. XVI 4, 3. cfr. Plin. XXX 14. — § 143: Diosc. V 162. Seren. 595. cfr. Plin. XXXVII 184. — Diosc. V 140. Isid. XVI 4, 9.

---

2 epinyctidas **d***v*. epynuct- **B**. epinit- **a**. -dis *r*. 3 uellere **B***S*. -ri *rv*. *an* in uellere? *cfr. nota ad XXVIII 248*. | habet **Ba**(**h**)*v*. *om. r*. 4 gacis **F**. gangis **a**. gagatis **h***v.a.B*. | leucola *B*. -cocolla **T***v*. *cfr. V 96. 131*. 7 inſcripta **Bd***v*. in inscr- *r*. scr- **a**. 9 oleo ex **B**$^1$. oleo ex eo **B**$^2$. 11 item **RF***v.a.G*. 13 ea **B***v*. eam *r*. | axinomantiam **Bdh***B* (necyom- *v*). -ntiant **F**. -nciant **R**. | & **Ba***G*. id *r*. | periuri **B**$^1$. 14 euenturum (-torum **F**) **RFdha***v*(*D*). uent- **B***S non apte coll. XVII 233 et Liv. IX 12, 1*. | ſpongitae (span- **a**) **Ba***S*. -iae *rv*. 15 natiui **h***v.a.S*. 16 tecolithos *G* (cysteo- *v*). tego- (-tos **B**) **Bdh**. -thus *r*. | uesicae **dh***v.a.S*. 18 uri **B**. 19 perfuſuſ **Bdh***v*. -so *r*. | flatus *ego*. -tur **B***S*. -turque **da***v*(*D*). -tusque *r Isid*. | rufescat *ll.v*(*S*). rube- **h**(?)*Dal*. 20 terniſ **Bha***S*. ext- *r*. et hoc trinis (ternis *H*) *v*.

**20.** (37) Schistos et haematites cognationem habent. 144
haematites invenitur in metallis, ustus minii colorem imitatur, uritur ut Phrygius, sed non restinguitur vino. adulteratu*m* haematiten discernunt venae rubentes et friabilis natura. oculis cruore suffusis mire convenit. sistit pro- 145
fluvia mulierum potus. bibunt et qui sanguinem reiecerunt cum suco Punici mali. et in vesicae vitiis efficax bibitur et in vino contra serpentium ictus. infirmiora omnia eadem in eo, quem schiston appellant. *oculorum vitiis* commodior croco similis, peculiaris explendis ulc*e*rum lacunis in lacte muliebri, procidentesque oculos praeclare cohibet. haec est sententia eorum, qui nuperrime scripsere;
(38) Sotacus e vetustissimis auctoribus quinque genera 146
haematitarum tradit praeter magnetem. principatum dat ex iis Aethiopico, oculorum medicamentis utilissimo et iis, quae panchresta appellat, item ambustis. alterum androdamanta dicit vocari, colore nigrum, pondere ac duritia insignem, et inde nomen traxisse praecipueque in Africa repertum; trahere autem in se argentum, aes, ferrum.
experimentum eius esse in cote ex lapide basanite — 147

§ 144: Diosc. V 143. cfr. Solin. 30, 34. Plin. XXXVII 168. — § 145: Diosc. V 144. Orphei Lith. 666 sqq. Damig. 9. cfr. Isid. XVI 4, 18. — § 146: Isid. XVI (8, 5) 4, 17.

1 scistos **a**. scisichos **R**. -ihos **F**. | haematites **d***v*. hem- **BF**. emathi- **R**. haec emati- **a**. | habet **Ra**. 2 uſtuſ **Bda***v*. ost- **F**. host- **R**. | mini **B**$^1$*S*. 3 et (*pro* ut) **RF** *Ven.* 3. 4 adulteratum *H cum Salm.* -tur **BRda***v*. -tor **F**. -tus **h** (*add.* schisto *v.a.S*). 4 haematiten **B**$^2$*v*. -ite (hem- **Fa**) *r***a**. | friabiles **Fd**. -lis est *v.a.H.* feriabilis **a**. fragiliſ **B**$^2$. 5. 6 profluuiam **F**. -ium **Rh***v.a.S.* 6 potuſ — ſanguinem **Ba***v*. *om. r.* 8 ictuuſ **B**$^1$*D*. 8. 9 infirmior ad omnia haec (*om. Ven.*) eadem *v.a.S.* 9 in eo *ll.S.* est *v*. | quem **dT***v*. que **B**. quam *r*. | scisthon **R**. ſciſton **B**$^2$. | oculorum uitiis *ego coll. § 152 et Diosc.* in iis (his **B**$^2$**R**) *ll.* (*praem.* sed) *v*. 10 commodior **Ba***v*. -otior (-omo- **R**) *r*. | peculiarius **h***v.a.S.* | explendiſ **B***S*. -dit **Fd**. -det **R**. -pendit **a**. -plendet (spl- *v*) proficit **h** *v*. | ulcerum *D cum U 801. cfr. § 152. 156 et Diosc.* oculorum *ll.v.* 11 lacrymis **h***v.a.S.* 15 hiſ **B**$^2$**R** (*item infra*). 16 panchreſta (-char- **B**$^1$) **Bd***v*(*H*). -cresta *r Dal.* | appellant **dh***v.a.S.* 17 dicitur **B**. | nigrum **B***S*. -ro *rv*.

reddere enim sucum sanguineum —, et esse ad iocineris vitia praecipui remedii. tertium genus Arabici facit, simili duritia, vix reddentis sucum ad cotem aquariam, aliquando croco similem. quarti generis hepatiten vocari, quamdiu crudus sit, coctum vero miltiten, utilem ambustis, ad omnia utiliorem rubrica; quinti generis schiston, hae-
148 morroidas reprimentem in potu. omnes autem haematitas tritos in oleo III drachmarum pondere a ieiunis bibendos ad vitia sanguinis. idem schiston et alterius generis quam haematiten tradit, quem vocat anthraciten; nasci in Africa nigrum, attritum aquariis cotibus reddere ab ea parte, quae fuerit ab radice, nigrum colorem, ab altera parte croci. ipsum utilem esse oculorum medicamentis.

149 **21.** (39) Aëtit*ae* lapides ex argumento nominis magnam famam habent. reperiuntur in nidis aquilarum,
10, 12 sicut in decumo volumine diximus. aiunt binos inveniri, marem ac feminam, nec sine iis parere quas diximus aquilas, et ideo binos tantum; genera eorum quattuor: in Africa nascentem pusillum ac mollem, intra se velut in alvo habentem argillam suavem, candidam. ipsum fria-

§ 149: Isid. XVI 4, 22. Solin. 37, 15. — cfr. Diosc. V 160. Solin. 37, 14. Prisc. 985. 986.

P 2 praecipui **Bd***v*. -ue *r*. | tertium — p. 361, 7 generis *om*. **a**.
X 4 hepatiten **B***S*. ela- (aela- **F**) *r*. | uocare **B**[1]. 5 quan-
—ı crudū (-du **B**[1]) **B**. | miltiten **B***C*. -liten *r*. -tem **h***v*.
ubricae **B**. 6. 7 haemoroidaſ **B**. 7 in potu **B***S*. in
lere m *rv*. *an* potu *vel* in potione? 8 tritoſ **B***v*. -tas *r*. |
habet *ll*.*v*. 9 idem auctor **h***v*.*a*.*S*. | & *ll*.*S*. *del*.*B*. esse *v*.
leucol 0 quem (quā **R**) uocant **Rdh***v*.*a*.*S*. | anthraciten **dh***G*
in ins 3). -chiten (int- **R**) **RF**. andracithen **B**. 11 attritum
item **R** tertium **F**. at̄ ciū **R**. | aquariſ **B**[1]*D*. 12 quae — 13
(necyom n. **B**[1]. (*suppl. ead. man. in marg.*). 13 parte *del*. *G*. |
14 e **R**. 14 aetitae *H*. -ite **B**. -ites **R***v*. aethi- **F**. (lapis
*coll*. *XVI* *v*.*a*.*G*). | ex **Bd***G*. et *r*. etiam **h***v*. 16 decumo
-iae *rv*. 17 marem et **dh***v*.*a*.*S*. marmae **RF**. | iis **dh***v*. iſ
tego- (-tos *r*. 18 binoſ **Bd***v*. -nas *r*. | quattuor **B***v*. quabi-
19 pertqua bibitur *r*. 19 ſe **Bh***S*. senet **F** (*ortum ex*
**da***v*(*D*). -tu se et (ac *v*) **R***G*. semet **d***D*. | in *om*. **Rh**. 20
20 terniſ **Bh**ao *r*. 20 *et* p. 361, 1 fragilem **B**[2].

bilem feminei sexus putant, marem autem, qui in Arabia nascatur, durum, gallae similem aut subrutilum, in alvo habentem durum lapidem. tertius in Cypro invenitur 150 colore illis in Africa nascentibus similis, amplior tamen atque dilatatus; ceteris enim globosa facies. habet in alvo harenam iucundam et lapillos, ipse tam mollis, ut etiam digitis frietur. quarti generis Taphiusius appellatur, nascens iuxta Leucada in Taphiusa, qui locus est dextra navigantibus ex Ithaca Leucadem. invenitur in fluminibus candidus ac rotundus. huic est in alvo lapis, qui vocatur callimus, nec quicquam terren*i*. aëtitae gravidis adalligati mulieri- 151 bus vel quadripedibus pelliculis sacrificatorum animalium continent partus, non nisi parturiant removendi; alioqui volvae excidunt. sed nisi parturientibus auferantur, omnino non pariant.

(40) Est et lapis Samius in eadem insula, ubi terram 152 laudavimus, poliendo auro utilis, in medicina oculorum 35,191 ulceribus cum lacte quo supra dictum est modo et contra 145 veteres lacrimationes. prodest et contra vitia stomachi potus, vertigines sedat mentesque commotas restituit.

§ 151 extr.: Isid. XVI 4, 22. Solin. 37, 15. Prisc. 986. Damig. 1. cfr. Diosc. V 160. Geopon. XV 1, 30. Plin. XXX 130. — § 152: Diosc. V 172. Isid. XVI 4, 13.

1 quem feminei *v.a.S.* | ſexuuſ **B**[1]*D*. 2 naſcatur **B***S*. -citur *rv*. | galle **B**[1]. -lliae **B**[2]. | ſubrutilium **B**[1]. 7 frietur **RFd***G*. frig&ur **B**[1]. fric&ur **B**[2]**h***v*(*D*). *cfr. § 166. XXXIV 117, 121. XXXVII 60. XII 49. 65. 92.* | taphiusius **h** *v*. thapi- *ll*. 8 leucada **Fda***S*. -dam **Rh**. -dem *v*. leuchaba **B**. | in taphiusa qui (-uſ aeq. **B**) locus *ll.v*(*S*). ubi est mons capius (taphius *H*) qui locatus **h***H*. | dextra **RFdh***v*. -tera **a**. extra **B***D*. 9 ex ithaca (itacha **B**) **B***S*. ex hac (hat **F**) ad *ll.v*. ad **h***H*. | leucadam **Rha**. | in *om*. **B**[1]. 10 callimuſ **Bd** **a***v*. calamus *r*. 11 terreni *ego*. -ent (torr- **a**) *ll*.**da**. tenerius **h** *v*. teretius *S e coni. J*. (*cfr. supra* argillam *et* harenam). | grauitis **R**. omnes grauidis **h***v.a.S*. 12 pelliculiſ **Ba***v*. -la *r*. fellicolis **d**. | sacrificati uteri **h***v.a.G*. 13 contin& **B**. | partuuſ **B**[1]*D*. | alioquin **B**[2]**T***v.a.Bas*. 14 excidunt *ll.C*(*S*). -dium fit **dT***v*(*H*). | omni **RF**. 15 pariant (-rea- **B**[1]) **BF**[1]*S*. -riunt *rv*. 19 lacrumationeſ **Bd**. | ſthomathi **B**. 20 mentes **R**(?)**h***G*.

quidam et morbis comitialibus utiliter dari putant et ad urinae difficultates. et acopis miscetur. probatur gravitate, candore. volunt et partus contineri adalligato eo. —
153 (41) Arabus lapis, ebori similis, dentifriciis adcommodatur crematus. privatim haemorroidas sanat cum lanugine linteorum aut super linteolis inpositis.

154 (42) Non praetermittenda est et pumicum natura. appellantur quidem ita erosa saxa in aedificiis, quae musaea vocant, dependentia ad imaginem specus arte reddendam, sed ii pumices, qui sunt in usu corporum levandorum feminis, iam quidem et viris, atque, ut ait Catullus, libris, laudatissimi sunt in Melo, Nisyro et
155 Aeoliis insulis. probatio in candore minimoque pondere et ut quam maxime spongiosi aridique sint, teri faciles nec harenosi in fricando. vis eorum in medicina extenuare, siccare, trina ustione ita, uti torreantur carbone
34,106 puro, totiens vino restinguantur albo. lavantur deinde ut cadmia et siccati conduntur quam minime uliginoso loco.

---

§ 153: Diosc. V 148. cfr. Isid. XVI 4, 11. Plin. XXXVII 145. — § 154: cfr. Plin. epist. I 9, 6. Ovid. ars am. I 506. Martial. ep. XIV 205. V 41, 6. Catull. 1, 2. 22, 8. — § 155: Th. lap. 21. Diosc. V 124.

---

3 uolunt *ll.S.* uuluas **h***v*. | eo tradunt **h***v.a.S.* 4 arabius *v.a.G.* | adcommodatur (-omo- **B**) **Bda***v*. -tus **R**. -tos **F**. 5 haemoroidaſ **B**. 6 aut ſuper **B***S*. insuper *r v*. *cfr. XVII 76 et nota ad XXX 107. an* & insuper? | impositis **Rha**. -tus **d***D*. 8 quidem **Bda***B*. -dam *r* (*praem.* lapides) *v*. | ita (*S.* et ita *G*) eroſa ſaxa in (samin **RF**) *ll.***a***G*. et cetera saxa erosa annis in *B*. ita erosi amne **h** (*add.* in) *v*. | aedificiiſ **B**$^2$**a***v*. -ciſ **B**$^1$*D*. ae (e **F**) diffusis *r*. 8. 9 musea **Rdh** *v.a.J. cfr. XXXVII 14.* 9 ſpecuuſ **B**$^1$*D*. 10 ii **d***S*. io **F**. hi **Ba**. hic **R**. et ii *v*. 10. 11 lauandorum **B**$^1$**dTh**. leuigand- *v.a.S.* 11 tā **R**. 12 laudatiſſimiſ **B**. | sunt *om.* **R**. | in syro **dT**. scyro *v.a.H. cfr. Theophr.* 14 & ut **B***v*. & *r*. ut **T**. | ariq. **B**$^1$. -idi **a**. | ac teri **d**(?)*v.a.S.* eri **FR**. | facile **B**$^1$. 15 *an* friando? *cfr. Theophr.* 16 trina — 17 lauantur *om.* **a**. 16 trina (tertia *H*) uſtione **B***G*. tur in austri natione (nit- **F**) *r*. in austro (in ustrina ter *v*) siccantur **h***v*. | ut **R**(?) *v.a.J. de* uti *cfr. nota ad XXXI 7.* | torreant **B**. -tur et (ac *v*) **h***v.a.S.* 17 aluo **B**. *om.* **R**. | labantur **F**. alb- **R**. 18 ſiccatiſ **B**.

usus farinae *ex* *ii*s oculorum maxime medicamentis: ul- 156
cera purgant eorum leniter explentque, cicatrices emendant. — (Quidam a tertia ustione refrigeratos potius quam restinctos terere malunt ex vino). — adduntur et in malagmata capitum verendorumque ulceribus utilissimi. fiunt ex *ii*s et dentifricia. Theophrastus auctor est potores in certamine bibendi praesumere farinam eam, sed, nisi universo potu inpleantur, periclitari, tantamque refrigerandi naturam esse, ut musta fervere desinant pumice addito.

22. (43) Auctoribus curae fuere lapides mortariorum 157
quoque, nec medicinalium tantum aut ad pigmenta pertinentium. Etesium lapidem in iis praetulere ceteris, mox Thebaicum, quem pyrropoecilon appellavimus — aliqui 63
psaranum vocant —, tertium ex chalazio chrysiten, medicis autem ex basanite. hic enim lapis nihil ex sese remittit. ii lapides, qui sucum reddunt, oculorum medicamentis utiles existimantur; ideo Aethiopici ad ea maxime probantur. Taenarium lapidem et Phoeniceum et haema- 158
titen iis medicamentis prodesse tradunt, quae ex croco

---

§ 156: Diosc. V 124. Th. H. IX 17, 3. Isid. XVI 3, 7. — § 157: Isid. XVI 4, 36. (cfr. Plin. XXXVII 189). — § 158: cfr. Plin. supra § 135. Diosc. V 152.

---

1 ex iis *ego*. eius *ll.v*. 2 purgant **Bdav**. -gat **R**(?)**h** *Verc*. pugnant **F**. | expletque *Verc*. | cicatrices et **R**(?)**h***v.a.D*. (*dist. D*). 2. 3 emendat **R**(?)*Verc*. 3—4 *uncos ego posui; pertinere videntur verba post* loco (*p. 362, 18*). 3 a **B***S*. *om*. *rv*. 4 terrere **B**$^1$. | & in **Bda***S*. etiam **F**. etiam ad **R**(?)**h***v*.
5 utilissima **d**(?)*v.a.S* (*ad seqq. relatum*). 6 iiſ *v*(*S*). iſ **B**$^1$(**Fa**?)*D*. his *rC*. | ad (*pro* et) **h**. *om*. **d**(?)*v.a.S*. | auctor **B** **a***G*. autem auctor *rv*. 7 bibendo **B**$^1$. 8 uniuerſo *ll.v*(*S*). immenso **h***Verc*. *locus adhuc corruptus videtur*. | tantumq. **B**. -taque **F**. (*an* ſiccandi? *cfr. Theophr*.). 12 ne (*pro* nec) **B**. *om*. **h**. 13 etesium *ll.H*. eth- **T** (*add*. que) *v*. ephesiumque *G*. | mox et **dh***v.a.S*. 15 pſaranum **B***S*. -ronum **Fd**. -nium **Rh***v*. -ron **a**. | tertium — p. 364, 4 faciunt *om*. **a**. | & (*pro* ex) **B**. | chryſiten **d***v*. -tem **B**. -te **R**. dirysitae **F**. 15. 16 medici autem et basaniten *cod. Poll. v.a.S*. (*hic desinit* **R**). 17 hii **B**$^2$. ii autem **h***v.a.S*. 19 tenarium lapide m (-dē **B**$^2$) **B**. | phoeniceum **B***S*. poenicum **dh***v*. pen- **F**.

componantur; ex alio Taenario, qui niger est, et ex Pario lapide non aeque medicis utilem, potioremque ex alabastrite Aegyptio vel ex ophite albo. est enim hoc genus ophitis, ex quo vasa et cados etiam faciunt.

159 (44) In Siphno lapis est, qui cavatur tornaturque in vasa vel coquendis cibis utilia vel ad esculentorum usus, quod et in Comensi Italiae lapide viridi accidere scimus, sed in Siphnio singulare quod excalfactus oleo nigrescit durescitque natura mollissimus. tanta qualitatium differentia est, nam mollitiae trans Alpis praecipua sunt exempla. in Belgica provincia candidum lapidem serra, qua lignum, faciliusque etiam secant *tant*um ad tegularum et imbricum vicem vel, si libeat, quae vocant pavonacea tegendi genera.

160 (45) Et hi quidem sectiles sunt, specularis vero, quoniam et hic lapidis nomen optinet, faciliore multo natura finditur in quamlibeat tenues crustas. Hispania hunc tantum citerior olim dabat, nec tota, sed intra c̄ passuum circa Segobrigam urbem, iam et Cypros et Cappadocia et Sicilia et nuper inventum Africa, post-

---

§ 159: Th. lap. 42. Isid. XVI 4, 35. — § 160: Isid. XVI 4, 37. (cfr. Strabo XII 2, 10 p. 540).

---

1 tenario **F**. taenareo **B**. | et **Fdh***v*. *om.* **B**. 2 non eq. **B**. | potioremque **B***S*. -orem **F***v*. -or est **d**. | alabaſtrite **Bd***v*. labasaente **F**. 3 aegypto **F**. | ophite **h***v*. opithe **B**. phite **Fd**. | ophitiſ **Bh***v*. -hotis **Fd**. 4 ex *om.* **h**. eo **F**. 5 ſipno **B**. syphino **a**. -phno *v.a.C.* 6 uel *om.* **h***v.a.S.* | cocendiſ **B**[1]. quoque- **F**. | esculentorum (desc- **F**) **Fdh***v*(*D*). -toſ **B***S* (*ortum fortasse ex* -tor̄). excolendorum **a**. 7 & **B***S*. *om.* *rv*. | conmenſi **B**. comm- **a**. | uiridi **B***G*. -de **a**. uendi **Fh**. *del. v.* 8 siphnio **h***G*. -no *v*. ſipnio **B**. sitnio **Fd**. sithinio **a**. 9 natura *om.* *SJ* (*errore*). | moliſſimuſ **B**[1]. | qualitatum **B**[2]**dh***v.a.J.* 10 et trans *v.a.S.* | alpiſ **B**[1]**a***v*(*S*). -peſ **B**[2]*C*. latis **Fdh**. 12 secant tantum *ego*. ſecantiū **Bda***v.a.B.* sicc- **F**. secant **h**(?)*B*. (secant. sunt et schisti lapides, quibus utuntur *Habets*). | at **B**. | tegularem **F**. regularum **a**. 13 ad quae **h***v.a.J.* 14 tegendi (-ntii **F**) **Fha***v*. leg- **B**. 16 lapidis *ll.S.* -pis **d**(?) **h***v*. 17 funditur **B**[1]. | quamlibet **dh***v.a.S.* 18 c̄ *ego*. c **BFd***D cum U 803*. c. milia **ah***v*. 19 passuum **h***v*. -ſſum **B**[1]. -us *rD*. | ſegobrigam **B***J*. -icam **Fd***v*. sebogic- **a**. *cfr. III 25.*

ferendos tamen omnes Hispaniae, Cappadocia amplissimos
magnitudine, sed obscuros. sunt et in Bononiensi Italiae 161
parte breves, macula complexu silicis alligata, quorum
tamen appareat natura similis. puteis in Hispania effo-
ditur e profunda altitudine, nec non et saxo inclusus sub
terra invenitur extrahiturque aut exciditur, sed maiore
*ex* parte fossili natura, absolutus in se caementi modo,
numquam adhuc quinque pedum longitudine amplior.
umorem hunc terrae quadam anima crystalli modo gla-
ciari et in lapidem concrescere manifesto apparet, quod
cum ferae decidere in puteos tales, medullae in ossibus
earum post unam hiemem in eandem lapidis naturam
figurantur. invenitur et niger aliquando, sed candido 162
natura mira, cum sit mollitia nota, perpetiendi soles
rigoresque, nec senescit, si modo iniuria absit, cum hoc
etiam in caementis multorum generum accidat. invenere
et alium usum in ramentis squamaque, Circum maxi-
mum ludis Circensibus sternendi ut sit in commenda-
tione candor.

(46) Nerone principe in Cappadocia repertus est 163

---

§ 161: Isid. XVI 4, 37. — § 163: Isid. XVI 4, 23. (cfr. Suet. Domit. 14).

---

1 et Cappadociae *v.a.S.* | ampliſſimoſ **B***S.* -mae **a**. mellissimos **Fd**. moll- **T**. mollissimis et amplissimae *v*. 2 magnitudinis **a***v.a.S.* | obscuris *v.a.S.* | & **Bd***v*. *om.* *r*. 3 macula **B**. -losae **F**. -se **dh**. -si **a***v*. | *dist. ego.* | alligata *ego*. -tae **B**. -te *r*. -ti *v*. *de dictione cfr.* *XXXII 66.* | quorum **h***v*. quarum *ll*. 5 e **B***S*. et **a**. *om.* **Fdh***v*. 6 extrahiturque (exiturque **F**. *an* eruiturque?) aut exciditur **Fd***S* (*plurali numero* **h***v*). *om.* **B**. *in* **a** *lacuna usque ad* repertus *in v. 20.* 6. 7 maiore ex *ego*. -rae **B**[1]. -re *rS*. -ri *v*. 7 in ſe caementi **B***S*. in sem- **Fd**. in segm- **T**. segm- *v*. 9 humorem **B** *v.a.S.* | quadam anima **BFdT***S*. quidam autumant **h***v*. | cryſtelli **B**[1]. crustalli **F**. 10 manifeſto **Bd***v*. -te **h**. -tae **F**. 12 uam **B**[1]. | eandem **BTh***G*. ead- **Fd***v*. | natura **d***v.a.G.* 13 figurantur **BT***v*. -rarunt **Fd**. | candida **B**. 14 naturam **F**. 14. 15 solis rigorisque *v.a.H.* 15 ///// nec **B**. | iniuria **B***v*(*S*). -riam **F**. -ria in **T**. -ria non **dh***H*. | abſit **B** *v*(*S*). arsit **FdTh***H*. 17 squamaque *S*. -ma quae **B**. quamque **Fd**. quoque **h***v*.

lapis duritia marmoris, candidus atque tralucens etiam qua parte fulvae inciderant venae, ex argumento phengites appellatus. hoc construxerat aedem Fortunae, quam Seiani appellant, a Servio rege sacratam, amplexus aurea domo; quare etiam foribus opertis interdiu claritas ibi diurna erat alio quam specularium modo tamquam inclusa luce, non transmissa. — In Arabia quoque esse lapidem vitri modo tralucidum, quo utantur pro specularibus, Iuba auctor est.

164 (47) Nunc ad operarios lapides transisse conveniat primumque cotes ferro acuendo. multa earum genera: Creticae diu maximam laudem habuere, secundam Laconicae e Taygeto monte, oleo utraeque indigentes. inter aquarias Naxiae laus maxima fuit, mox Armeniacae, de
54 quibus diximus. ex oleo et aqua Ciliciae pollent, ex
165 aqua Arsinoiticae. repertae sunt et in Italia aqua trahentes aciem acerrimae effectu, nec non et trans Alpis, quas passernices vocant. quarta ratio est saliva hominis proficientium in tonstrinarum officinis. Laminitanae ex Hispania citeriore in eo genere praecipuae.

166 (48) E reliqua multitudine lapidum tofus aedificiis

§§ 164. 165: Isid. XVI 3, 6. cfr. Plin. XVIII 261. — § 166: Isid. XIX 10, 6. — cfr. Plin. XIV 120.

3 quam — 4 appellant *om.* a. 3 ſeiani B *B coll. VIII 197* (*D*). seiam dh*v*(*G*). *cfr. XVIII 8.* si iam F. 4 appellant BFd*v*(*G*). -atione dicebat h*B*. 5 opertiſ BdT*H*. ap- *rv.* clausis *Isid.* | indura F. 6 haud alio *v.a.H.* 8 utuntur dh*v.a.S.* 10 operarum F. 11 aquendo B[1]. 12 creticae (-iae a) diu Bda*v*. -ca aedium F. 13 e taygeto *v.* & aug- B. e tagg- Fd. et ayeto a. | utraeque Bh*v*. -raque FdTa. 14 maxima Bha*v*. -marum Fd. | armeniacae Bda*v*. armis eniaese F. 15 ciliciae Bdh*v*. cel- F. cal- a. 16 arſinoiticae Ba*S*. -oeticae h*v*. arxinoitice F. | repertae ah*v*. -ta *r.* 17 acerrimae a*D*. -ma *r.* -me d. -mo h*v*. 18 omnis F. 19 in *om.* a. quae in *v.a.G.* | tonſtrinarum (toſt- B[1]) B*v*. lust- Fd. *om.* a. | officiniſ B*v*. -ciis Fdh. -cinas a. *add.* inutilis est (*del. G*) fragili mollitia *v.a.D.* | laminitanae B*S*. *cfr. III 6. 25.* flam- h*v*. -tante Fd. *in* a *lac. usque ad* aedificiis (*v. 21*). 21 e B*H*. *om.* FdTh*v*. | multitudo h*v.a.H.* | tofuſ B*H ex Isid.* totus dT. -tis F. -tum h. in totum *v.*

inutilis est mortalitate, mollitia. quaedam tamen loca non alium habent, sicuti Carthago in Africa. exestur halitu maris, friatur vento, everberatur imbri. sed cura tuentur picando parietes, quoniam et tectori*i* calce eroditur, sciteque dictum est ad tecta eos pice, ad vina calce uti, quoniam sic musta condiunt. alia mollitia circa Romam 167
Fidenati et Albano. in Umbria quoque et Venetia albus lapis dentata serra secatur. hi tractabiles in opere laborem quoque tolerant, sub tecto dumtaxat; aspergine et gelu pruinisque rumpuntur in testas, nec contra auram maris robusti. Tiburtini, ad reliqua fortes, vapore dissiliunt.

(49) Nigri silices optimi, quibusdam in locis et ru- 168
bentes. nonnusquam vero et albi, sicut in Tarquiniensi Anicianis lapicidinis circa lacum Volsiniensem et in Statoniensi, quibus ne ignis quidem nocе*at*. *i*idem et in monimentis scalpti contra vetustatem quoque incorrupti permanent; ex iis formae fiunt, in quibus aera funduntur.

---

§ 167: Vitruv. II 7, 1. 2. — §§ 168. 169: Vitruv. II 7, 3. 4. Isid. XIX 10, 12. 13.

---

1 morositate *v.a.G.* | mollitia **Ba***S.* -tiae *G.* *om.* **FdTh***v.* | quaedam — 18 aera funduntur *om.* **a**. 2 sicut **h***v.a.S.* | in africa — 3 uento *om.* **dTh**. 2 exeſtur **B**¹*S.* -tuſ **B**². efertur **F**². -tum **F**¹. exercetur *cod.Poll.v.* | halitum **F**. 3 friatur **B**¹*D cum U 804.* -tum **F**. fricatur **B**²*v.* | euerberatur **B***S.* uerb- (-tor **F**) **Fdh**. et uerb- *v.* 4 tectorii *G.* -ri **B**¹**Fd***S.* -ria **B**²*v*(*D*). | calx *v.a.G.* | eroditur **B**²*D.* rod- **B**¹*v.* prod- **FdTh**. 5 tecteos pice **d**. tecta spiccae **F**. 7 fidenasti **F**. -anti **d**. | umbri **d**. liguria **h***v.a.S.* | quoque umbria *v.a.S.* 8 opere **Bh***v.* -ra **Fd**. 8. 9 labore **F**. in hoc **h**. 9 tolerant **Bd***v.* laborant **Fh**. 10 prunisque **Fd**. | contra humores et auram *v.a.S.* 13 optimi — lociſ **B***v.* *om.* **Fdh**. | et *om.* **d**. 14 albi **B***v.* ibi **Fdh**. | in *om.* **d**. 15 lapicidinis **d**(?)*H.* lapidici- **BFh***v*(*D*). | latiam **F**. 15. 16 statoniensi **Th***B.* -tionenſi **B**. -tonensi (stra- *v*) **F**(*v*)*D.* -sem **d**. *cfr. II 209. XIV 67; contra III 52 et codd. Vitr.* 16 igniſ **B**¹**Fh***Isid. Vitr.v.* -neſ **B**²**dT***S.* | noceat *ego.* -ceſ **BFdT***S.* -cet **h***v.* | iidem *v.* idem **B***D.* *om.* **FdTh**. | in **Bh***v.* hi **FdT**. 17 monumentiſ (-nim- **B**¹*S*) **BFdTh***H.* -ta *v.* | scapti **F**. ſcvlpti **B**²*v.a.G.*

169 est et viridis lapis vehementer igni resistens, sed nusquam copiosus et, ubi invenitur, lapis, non saxum, est. e reliquis pallidus in caemento raro utilis, globosus contra iniurias fortis, sed structurae infidelis, nisi multa suffrenatione devinctus. nec certior fluviatilis, semper veluti
170 madens. (50) remedium est in lapide dubio aestate eum eximere nec ante biennium inserere tecto, domitum tempestatibus. quae ex eo laesa fuerint, subterraneae structurae aptentur utilius; quae restiterint, tutum est vel caelo committere.

171 (51) Graeci e lapide duro aut silice aequato struunt veluti latericios parietes. cum ita fecerunt, isodomon vocant genus structurae; at cum inaequali crassitudine structa sunt coria, pseudisodomon. tertium est emplecton; tantummodo frontibus politis reliqua fortuita conlocant.
172 alternas coagmentationes fieri, ut commissuras antecedentium medii lapides optineant, necessarium est, in medio quoque pariete, si res patiatur; si minus, utique a lateribus. medios parietes farcire fractis caementis

---

§ 170: Vitruv. II 7, 5. Isid. XIX 10, 14. — § 171: Vitruv. II 8, 5. 6. 7 — § 172: Vitruv. II 8, 7. 1.

---

1 uiridiſ lapiſ **Bhav**(*D*). lapis uiridis **d**. lapis **F**. uiridis silex *H ex Isid*. uiridis *SJ*. (*an* talis *pro* lapis?). 3 e *om*. **B**. | reliquiiſ **B**$^2$. | fallidus **F**. | caemento (cem- *v*) **Ba***G*. crem- **Fdh***Ven*. 4 ſed **B***S*. sed ad **h***v*. sed contra (-ra in **a**) *r*. | ſtructurae **B***S*. -ra *r*. -ras **d**. -ram **h***v*. | nisi *om*. **B**. 6 rubro *H e Vitr*. | aeſtate eum **Bha***v*. est ante eum **d**. state cum **F**. 8 subterraneae *S*. -naeę **B**$^2$. -nae **B**$^1$. -nea est **a**. -nea in **d**. (in subt- **h***v*). -teraniae in **F**. 8. 9 ſtructurae **B***S*. -ra **Fdh***v*. tracturae **a**. 9 aptentur **Bha***S*. (-tantur **T***v*). capt- **Fd**. | quae **h***v*. que **Fda**. q. **B**. | reſiſterent **B**. 11 graeci (gre- **B**) e **Bh***v*. gretie **F**. gratie **d**. -iae **a**. | silicc **F**. | aequo **FT***v.a.G*. equo **d**. *om*. **h**. | construunt **h***v.a.S*. 12 iſodomon **B***G*. -mos *v*. isidomos *r*. 13 ad **F**. *om*. **a**. 14 ſ̃ (*pro* ſunt) **B**. | coria **B***S*. *cfr. Vitr*. cona **dh**. *om*. *rv*. | pseudisodomon *v*. //// ſeudiſ- **B**. pseudips- **dh**. absseudips- **F**. *om*. **a**. 15 fortuita **B**$^2$. -to **B**$^1$**Fdh***v*. -tu **a***D*. (ita ut sunt nata cum materia *Vitr*.). 16 coavgmentationeſ **B**$^2$. aug- **ah**. 18 patiatur **B***v*(*S*). -itur *rG*. 18. 19 utique alteribus (-rius **h**) **Fh**.

diatonicon vocant. reticulata structura, qua frequentissime
Romae struunt, rimis opportuna est. structuram ad normam et libellam fieri, ad perpendiculum respondere
oportet. **23.** (52) cisternas harenae purae asperae v 173
partibus, calcis quam vehementissim*ae* II construi, fragmentis silicis non excedentibus libras; ita ferratis vectibus calcari solum parietesque similiter. utilius geminas esse, ut in priore vitia considant atque per colum in proxima*m* transeat pura aqua.

(53) Calcem e vario lapide Cato censorius inprobat; 174
ex albo melior. qua*e* ex duro, structurae utilior; quae ex fistuloso, tectoriis; ad utrumque damnatur ex silice. utilior eadem effosso lapide quam ex ripis fluminum collecto, utilior e molari, quia est quaedam pinguior natura eius. mirum aliquid, postquam arserit, accendi aquis. —
(54) Harenae tria genera: fossicia, cui quarta pars calcis 175
addi debet, fluviatili aut marinae tertia. si et testae tusae tertia pars addatur, melior materia erit. ab Appennino

---

§ 173: Vitruv. VIII 7 (6), 14. 15. — § 174: Cato 38, 2. Vitruv. II 5, 1. Pallad. I 10, 3. Isid. XVI 3, 10. (cfr. Vitruv. II 4, 2). — § 175: Vitruv. II 5, 1. (Pallad. I 10, 1. 2. 3). II 6, 5.

---

1 diatonicon $J^2$ *coll. Vitr.* -nichon B. -toichon *S cum* $J^1$. diemedion F. -mechon d. diamicton *H cum P.* diothecon a. dictyotheton *v* (*ad seqq. relatum*). | reticulata BTa*H*. -atam *v*. -la Fd. | structuram h*v.a.H*. | qua — 2 structuram *om.* a. | qua BT*H*. que Fd. quam h*v*. 2 opportuna est BFdT*H*. -nam *v*. 3 libella $B^2$. 4 oportet et h*v.a.S*. | et asperae *v.a.J. om.* h. | quinque *ll.v*. 5 quam h*v.a.H*. | uehementissimae *v*. -me (uehent- F) *ll*. | duabus (duobus a) — 5. 6 fragmentis (fracm- B) Ba$L^2$*v*(*J*). *om.* Fdh$L^1$. [construi conuenit $L^2$*v.a.J*(*D*)]. 6 excidentib, B. ced- d. 7 calcari Bdh*v*. -cati a. -ciari F. 8 in *om.* B*SJ*. | proximam *C*. -ma d. -mas *ll.v. om.* h. 9 maxime pura h*v.a.S*. 11 alio F. | melior. quae *H*. -or qua $a^1$T. -or quam *rv*. 12 pistuloso Fd. 13 ex effosso *v.a.S*. 14 *an* uilior? (*cfr. Vitr. II 4, 3 extr. de pinguitudine*). | e *om.* F. 14. 15 natura eiuſ B*v*. -rae uis dT. -ra ē *r*. 15 aliquit $B^1$. 16 qui (*pro* cui) $B^1$. 17 marinae Ba*v*. -na dh. -rma F. | ſi et B*v*. sit et *r*. si h.

ad Padum non invenitur fossicia, nec trans maria. —
176 (55) Ruinarum urbis ea maxume causa, quod furto calcis sine ferumine suo caementa componuntur. intrita quoque ea quo vetustior, eo melior. in antiquorum aedium legibus invenitur, ne recentiore trima uteretur redemptor; ideo nullae tectoria eorum rimae foedavere. tectorium, nisi quod ter harenato et bis marmorato inductum est, numquam satis splendoris habet. uliginosa et ubi salsugo
177 vitiet testaceo sublini utilius. in Graecia tectoriis etiam harenatum, quo inducturi sunt, prius in mortario ligneis vectibus subigunt. experimentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohaereat; contra in albario opere, ut macerata calx ceu glutinum haereat; macerari non nisi ex glaeba oportet. Elide aedis est Minervae, in qua frater Phidiae Panaenus tectorium induxit lacte et croco subactum, ut ferunt; ideo, si teratur hodie in eo saliva pollice, odorem croci saporemque reddit.

§ 176: Vitruv. VII 2, 1. 3, 6. (Pallad. I 15). VII 4, 1. — § 177: Vitruv. VII 3, 10. 6. 2, 1. Pallad. I 15. — cfr. Plin. XXXV 54. 57.

1 padum **Ba***v*. earum **FdT**. *om.* **h**. | non *om.* **B***SJ*. *sed cfr. Vitr.* | trans *om.* **h***v.a.G*. | marina **dh***v.a.G*. 2 furto **Ba***v*. fulto **FdTh**. 3 intrita — 6 ideo *om.* **a**. 4 ea **B***S*. et a **Fd**. *om.* **h***v*. | quod **B**[1]. | antiquorum **B***S*. *cfr. XXV 147.* -quarum **dh***v*. anquarum **F**. 5 retentiore **F**. recenſi- **B**. 6 indeo **B**[1]. deo **F**. | nulla **adh***v.a.S*. | tectoria eorum **B**[1]**Fd***v*. -riorum **B**[2]. -ria **a**. 7 niſi quod **B***S*. quod (que quod *v*. que *G*) nisi **r***v*. quidem nisi (ubi **h**) **dTh***H*. | per **B**. | & biſ marmorato **Ba***v*. *om.* **Fdh**. 8 numquam **B***S*. non **r***v*. | uliginoſa et **Ba***v*. -osae **F**. 9 uitiet *ego*. -tiat *B*. -tia **Fdh***v* (*ortum ex* uiti&). -tia. at **B**. | teſtaceo ſublini **B***v*. -eosum lini **d**. -ta sublimi **a**. -cio silini **F**. | graecia **Fdha***v*(*D*). greciae (grae- *S*) **B***S*. | tectoriiſ **Bdh***v*. -ris **F***D*. -turis **a**. 10 quod **h***v.a.S*. 11 experimento **F**. 11. 12 ſubigiendo **B**[1]. 12 rutro **B***v*. rubró **a**. ultro **FdTh**. | contra — 15 phidiae *om.* **a**. 13 glutinum **FdhL***Vitr.v*(*D*). -na **B***S*. 14 ex (*H.* a *v*) glaeba **FdhL***H*(*D*). glaeba **B***S*. -bam *J*. *an* eximia glaeba? (glaebae calcis optimae *Vitr.*). | in Elide aedes *v.a.S*. 15 patenus **h**. paneus *vel* pannaeus *v.a.H*. | lacte et **Fdha** *v*(*D*). late e **B***S*. lacte e *J*. *an* tale e? 16 ferunt **Bd***v*. -rent **r**.

(56) Columnae eaedem densius positae crassiores videntur. 178 genera earum quattuor: quae sextam partem altitudinis in crassitudine ima habent, Doricae vocantur; quae nonam, Ionicae; quae septimam, Tuscanicae; Corinthiis eadem ratio quae Ionicis, *s*et differentia, quoniam capitulis Corinthiarum eadem est altitudo, quae colligitur crassitudine ima, ideoque graciliores videntur; Ionicis enim capituli altitudo tertia pars est crassitudinis. 179 antiqua ratio erat columnarum altitudinis tertia pars latitudinum delubri. in Ephesiae Dianae aede, quae prius fuit, primum columnis spirae subditae et capitula addita, placuitque altitudinis octava pars in crassitudine et ut spirae haberent crassitudinis dimidium septimaeque partes detraherentur summarum crassitudine. praeter haec sunt quae vocantur Atticae columnae quaternis angulis, pari laterum intervallo.

**24.** (57) Calcis et in medicina magnus usus. eligitur 180 recens nec aspersa aquis. urit, discutit, extrahit incipientesque serpe*ntium* ulcerum impetus coercet; aceto et rosaceo mixta atque inlita, mox cera ac rosaceo temperata perducit ad cicatricem. luxatis quoque cum liquida resina

---

§ 178: Vitruv. III 2 (3), 11. IV 1, 6. 8. 7, 2. 1, 1. — § 179: Vitruv. IV 1, 1. 11. 1. 7, 2. 1, 7. (III 5, 1. IV 12). Isid. XV 8, 14. — § 180: Diosc. V 132. eupor. I 200. Pl. iun. 78, 9—12. Marc. 4, 58. Pl. iun. 81, 19. Marc. 15, 59.

---

1 eaedem $B^2$T*S*. ead- $B^1$. aed- *r*. heed- dL. in aede h*B*. cedere *v*. 3 crassitudine dLa*v*. -nem (croſſi- $B^2$) *r*. | ima *ll.v*. una h. nimia dL. 4 corinthiis dh*v*. -this Fa*D*. -thi B. 5 set *vet. Dal.* et *ll.v*. 5. 6 capituliſ B*Bas*. -laris *rv*. 6 corinthearū B. 7 croſſitudine $B^2$. | ima *v*. imae *ll.* nimia dL. | ionicis — 8 crassitudinis *om.* a. 7 ionici *B*. 8 altitudo B*v*. -ito F. -i ut dL. | parſ eſt B*B*. prestet FdL. praestat *v*. | croſſitudiniſ $B^2$. 10 quae — 14 praeter *om.* a. 10 quae B*S*. qua FdL. de qua *v*. | fuit sermo *v.a.S*. 11 ſpirae B*v*. -inae Fdh. 12 occulta ua B. | ut *om.* B. 13 partis dh*v.a.G*. 13. 14 detraherentur B*G*. -hentibus Fdh*v*. 14 crassitudini *B*. | has h*v.a.S*. 15 angutiſ B. 19 serpentium *ego*. -pere *ll.v*. *cfr. Pl. iun. et Marc.* | impetuuſ $B^1$*D*. 20 mixta — roſaceo B*S*. *om. rv*. *cfr. Pl. iun. et Marc.* 21 perducit Fha*v*. -ulcta B. -uxit dL.

aut adipe suillo ex melle medetur, eadem compositione et strumis.

181 (58) Maltha e calce fit recenti. glaeba vino restinguitur, mox tunditur cum adipe suillo et fico, duplici lenimento. quae res omnium tenacissima et duritiam lapidis antecedens. quod malthatur, oleo perfricatur ante.

182 (59) Cognata calci res gypsum est. plura eius genera. nam et e lapide coquitur, ut in Syria ac Thuriis, et e terra foditur, ut in Cypro ac Perrhaebia; e summa tellure et Tymphaicum est. qui coquitur lapis non dissimilis alabastritae esse debet aut marmoroso. in Syria durissimos ad id eligunt cocuntque cum fimo bubulo, ut celerius urantur. omnium autem optimum fieri compertum est e
183 lapide speculari squamamve talem habente. gypso madido statim utendum est, quoniam celerrime coit; tamen rursus tundi se et in farinam resolvi patitur. usus gypsi in albariis, sigillis aedificiorum et coronis gratissimus. exemplum inlustre *est*, C. Proculeium, Augusti Caesaris familiaritate subnixum, in stomachi dolore gypso poto conscivisse sibi mortem.

---

§ 181: Pallad. I 17, 3. (41, 1). — § 182: Th. lap. 64. 65. 69. Isid. XVI 3, 9. — § 183: Th. lap. 66. 67. Isid. XVI 3, 9. — cfr. Diosc. V 133.

---

3 malta **F**. 4 ficu **dhv**.*a.S*. *an* pice? *cfr. Pall. I 17, 3.* 5 lenimento *S e coni. J.* lenam- **B**. linam- **Fv**. liniam- **adThL***Brot*. linim- *coni. H.* | tenaciſſime **B**. 6 malthatur **dv**. -tharum **B**. -tatur **r**. | perfricatur **Bha***G*. -igatur **F**. -ficitur **dLv**. 7 cognata **B***B*. -nita *rv*. 8 et e **FdLa***G*. & **Bh**. e *v*. | cocitur **B**[1]. | in *om.* **F**. si in **a**. | thuriiſ *v*. -ris *U.D*. turis **d**. -inis **h**. | & **Bv**. *om. r*. 9 ut **Bhav**. *om.* **FdL**. | perraebia **B***S*. -rhaebis *v*. 10 et *om.* **h***S*. | tympha//icum **B***B*. *cfr. XXXV 198 et Theophr.* tymeiacum **F**. ymeicum **dL**. hymeti- *v*. thimeialicum **a**. 11. 12 durissimos **adLv**. -muſ **Bh**. -rosissimos **F**. 12 ad—13 urantur *om.* **a**. 12 at **B**[2]. | eligunt **Bdv**. fli- **L**. fri- **F**. | cum **B***S*. *om.* **FdLhv**. 14 ſpeculiari **B**[2]. -laris **a**. -lare **F**. 15 coit **BdL***Brot*. copii **F**. coqui **a**. siccatur **h**. coit ac siccatur *v*. 16 tundi iſe **B**[2]*D*. -diſ **B**[1]. -dit **F**. -di **B**[2]**dLav**. 16. 17 albariſ **B**[1]*D*. 17 coroniſ **Ba** *Isid.v*. cornis **FdhL**. 18 inluſtre est *ego*. -trem **BFdL**. -tre **ahv**. | gaium **B***S*. | caeriſ **B**[1]. caesaris in **FL**. 18. 19 familiarem (*om.* subnixum) **hv**.*a.G*. 19 in maximo **hv**.*a.S*.

**25.** (60) Pavimenta originem apud Graecos habent elaborata arte picturae ratione, donec lithostrota expulere eam. celeberrimus fuit in hoc genere Sosus, qui Pergami stravit quem vocant asaroton oecon, quoniam purgamenta cenae in pavimentis quaeque everri solent velut relicta fecerat parvis e tessellis tinctisque in varios colores. mirabilis ibi columba bibens et aquam umbra capitis infuscans; apricantur aliae scabentes sese in canthari labro. 184
figura differt, cum soleat v scribere pro u, s pro f, *a* pro a litteramque i in mucrones fastigare et e lineola per transversum ducta in e, uncis appictis i in e, u in o transfigurare. compendia quoque scripturae largius adhibuit, in iis XXXII 56 *r* litterae *t* superscriptum, ut *inponuntur* fieret ex *inponunt*, rarissime alibi in B usurpatum. eundem verisimile est ad XXXII 101—103, 105. 106 in margine adscripta sigla *No* lineas punctis aliquot interruptas deorsum duxisse, ut lectoris mentem ad argumentum adverteret. quare fortasse rectius erat hanc manum in commentario peculiari sigla denotare, nisi compluribus locis dubitatio relinqueretur. sane enim nonnulla recte vidit, quae videre non difficile erat, distinguendi notas recte posuit, falso positas erasit, litterulas addidit aut sustulit, in litteris syllabisve dispertiendis aliquando verum assecutus est. multo saepius vero turpiter erravit erratisque suas coniecturas superstruxit non minus stultas quam audaces atque adeo monstrificas, quarum exempla praeter XXXIV 108 *sicce sane duret* (pro *sic eexatetur et* B¹) et ea, quae obiter iam commemoravimus, hic afferre non attinet. plerumque enim ipsa absurditate satis coarguitur. praeterea haud dubie agnoscitur orthographiae aliquot mutationibus, quas mira perseverantia et attentione per omnes libros persecutus est, minima quidem ex parte iustas. velut paucissimis exceptis constanter mutavit quartae declinationis terminationes *uus* in *us*, tertiae *is* in *es* (*omnis* : *omnes*), secundae *i* et *is* in *ii* et *iis* (*mini* : *minii*, *vitis* : *vitiis*, hoc quidem fortasse convenienter cum ipsius Plinii doctrina: cfr. Charis. 78, 4. 122, 6. 141, 6; in B¹ quoque persaepe geminatum est *i*, ut librarios pro arbitrio variavisse appareat). ex pronomine *is* vel *iis* fecit *his* vel *hiis* itemque finxit etiam *hisdem*. semper posuit *uu* pro *uo*, ut in *uolso*, *uolnera*, *uiuom*, *relinquont*, *i* pro *u* in superlativis et in verbis *existumare* vel *aestumare*; idem substituit *alioquin* (alioqui), *renum* (renium), *iecur* (iocur), *locusta*, *rotundus* (lucusta, rutundus), item *iocundus* (iucundus), *epistola* (epistula), sed invicem *rubigo* (robigo), *penna* (pinna), *linea* (linia) — quamquam in hac voce ne B¹ quidem sibi constat —, *spongia* (spongea), *adeps* (adips), *sylla* vel *silla* (Sulla), *inclitus* (inclutus), *dipondio* (dupundio), *interimo*, *perimo*, *intelligo* (interemo, peremo, intellego), *distillationes* (destillationes), *darii*, *medea* (Darei, Media), *conicere* (coicere), *tricesima* (tricensima), *translucere*, *translatus* (tralucere, tralatus), praenomina *G.* et *Gn.* pro *C.* et *Cn.*, *cons.* pro *cos.*, *gummi* (cummi), *laminis* (lamnis), *figulina* (figlina), *sculpere*, *sculptura* (scalpere, scalptura), *scepia* (saepia vel sepia), *crossior* vel *grossior* (crassior), alia minuta. e medicis vocabulis mutavit *tenesmum* in *tenasmum*, *splenicos* in *spleneticos*, *spasticos* in *spasmaticos*, e ceteris quasi odio quodam motus *plebei* in *plebis*, *aereus* in *aeneus*, *feruminari* in *eluminari* vel aliud quid, *friabilis* in *fragilis*.

Neque has correctiones fere perpetuas neque fortuitos levesve errores priorum manuum in commentario omnes adnotandas duxi, ne discrepantium lectionum moles in infinitum cresceret; plures tamen quam superiores editores dedita opera lectorum oculis subieci, ne praestantissimum quoque librum vitiis scatere ignorarent neve litterulam in eo scriptam mutare pro sacrilegio haberent. ita profecto res est: ubicumque deficientibus aliis veri notis ac vestigiis ex sola fide librorum pendet iudicium, sine controversia codici B principatum concedi necesse est; ceteris locis diligenter ponderatis argumenti, fontium testimoniorumque, elocutionis, palaeographicae probabilitatis momentis quaerendum est, unde quoque loco sit proficiscendum ad inveniendam rationem eam, qua dissentientes scripturae et inter se et cum loci necessitatibus facillime concilientur. de B quoque valere quod dictum est, codicibus cum ratione et iudicii libertate obtemperandum, non serviendum esse, quamquam per se patet, tamen non ab re sit admonuisse adversus eos, qui non permensi vastam mendorum silvam cum vaga codicum veneratione ad unum aliquem locum accedant.

Ceterum qui lectionis varietatem in commentario perlustraverit, is cum B non raro consentire inveniet vetustissimas editiones, dissentientibus codicibus reliquis, quotquot adhuc nobis cogniti sint. unde luculenter apparet primis editoribus alia eaque meliora et pleniora subsidia suppeditavisse, quorum memoria ad nos iam non propagata sit. ponam exempla aliquot insignia e libro XXXVI tantum collecta. ac maxime quidem ad persuadendum efficaces sunt reliquorum codicum l a c u n a e in B et in editionibus aequaliter expletae: § 3 *immo*. 11 *et Athenis — Hipponactis* (duo fere versus). 35 *idem Polycles et Dionysius*. 45 *in templis — intellegebantur*. 56 *laudatur*. 61 *et sine ullo — Cappadocia*. 77 extr. *pedum CXLIII* (*CCXLIII* B) *est altitudo*. 111 *aurea — devincendas gentes* (tres fere versus), et paulo post *ab aratro — minorem modum* (duo versus). 117 init. *ergo* (post *ingenio*). 122 *XXXX*. 128 *is qui*. 155 *ut quam*. 168 *optimi quibusdam in locis*, et paulo post *idem*. nec minus conspicuae sunt lectiones, quas vix putandum sit e coniectura emendatas esse: § 3 *beatior* (*uiator*). 17 init. *eiusdem* BG. (*ipse* r. *ipsius* v). 22 *propter* (*graviter*). 44 *tractatu subit* (*structu subita*). 46 *mirarer* BG. (*mire sit*). 67 *a satyro* (*natyro*). 76 *et ipso* (*ipso*). 84 extr. *exstructum* (*extremum*). 89 *regis* BG. (*rex* v. om. r). 98 *iuncturae* BG. (*puncturae* vel *picturae*). 100 *heptaphonon* B¹. (*eitaphonon* vel *itaphonon*); ibid. *eximantur* (*existimantur*). 112 *subit vero* (*subituque* vel *subituquo*); ibid. *exaedificandas* (*aedificandas*). 113 *M. Scauri* (*isauri*); ibid. *maiusque sit* (*maius cives id*). 117 *scaenae* (*gere*). 121 *Appiae* (*nithe* vel *nite*); ibid. extr. *quae nunc* (*que* vel *quae*).

125 *excisas* (*excitas* vel *excita*). 149 *quattuor* (*qua bibitur*). 168 *albi* (*ibi*). 184 *oecon* (*decon* vel *de quo*). 204 *exemplum* (*exemplar*).

Ad hanc rem paulo accuratius circumscribendam nonnullius momenti sunt etiam haec. non adhibitum esse in vetustis editionibus codicem aliquem artissimo cum **B** propinquitatis vinculo iunctum, documento sunt non modo detruncatus in omnibus illis finis operis, quem solus **B** servavit, verum etiam expletae in solo **B** lacunae, quas editiones cum ceteris codicibus communes habent, velut in libro XXXVI, unde exempla desumimus, § 102 *vidit orbis non et* (*ut* **B**) *tectum*, 137 *spongiosior tantum et alius*, 180 *mixta atque inlita mox cera et rosaceo.* rursus vero in **VFR**(**dh**) exstant lacunae, quas **a**v congruenter aut similiter cum **B** expleverunt: § 141 *habet.* 145 *potus bibunt et qui sanguinem.* 186 *facile* (*facili* v.**a**.G). 189 *in calidis reliqua albario* **B**S. *in reliquas* (*reliquis* v) *albariae* (*albaria* v) **a**v. explevit alias simul **L²** (partim e codice cum **a** cognato correctus), ut § 173 *duabus construi* (*convenit* add. **L²**) *fragmentis* **BaL²**v et 190 *hic cursu insaluber potu* **B**S. *hic currit insalubris* (*insalubri* **a**G) *potu* **L²a**v, vel solus **L²**, ut § 193 *aliud torno teritur* **BL²**v. expleverunt interdum etiam **d**, qui in ultimis libris ad archetypum paulo minus mutilatum (vel correctum) quam **V**(**F**)**R** redire videtur, et alii codices recentiores: § 62 extr. *igni funditurque* — 66 init. *fecisse dicuntur* **BLad**v (sed 63 *circa Syenen vero* om. **a**, 63 *ad usum vitri* — 64 *nomine Aegyptio* om. **d**). 171 *coria* **B**v. *cona* **dh**Polling. 30 *Mausoleum — Artemisia factum* **B** Polling. v. unde colligitur quod aliis quoque indiciis constat, exemplaria a primis editoribus praecipue adhibita cum codicis **a** potissimum familia communi origine cohaesisse. in his etiam § 81 *peracto fluminis inrigatione dilutis alii lateribus e luto factis exstructos pontes peracto opere lateribus* plene ut in **B** scripta legebantur et sic edita sunt a veteribus (nisi quod ante Gelenium falso deleta erant ultima verba *peracto opere lateribus*); in codicum **VRdh** archetypo librarius a priore *peracto* transiluerat ad alterum continuavitque *peracto opere lateribus*, hinc iterum aberrans ad prius *lateribus* scripsit *e luto factis* et cognito errore, sed non correcto, regressus ad alterum *lateribus* perrexit scribere *in privatas domos*, quo factum est, ut verba *fluminis — pontes* interciderent.

---

Nunc transeamus ad huius voluminis locos quosdam dubios brevi adnotatione sive explanandos sive retractandos et, si fieri poterit, ad emendationem propius adducendos.

LIBRI XXXI § 3 verba *eaedem* (aquae) *cadentes omnium terra enascentium causa fiunt* laborant quadam ambiguitate

dicendi, quae facile tollatur, si scribatur *causae fiunt*, quoniam *E* ante *F* saepe vel omissum vel adiectum esse constat: de simili plurali numero cfr. XVII 99 *eiusdem rei praebere causas.* — § **6** *dignum memoratu* palaeographica ratione unice commendatur (*dignu* **V**. *digno* **E**): de parataxi structurae cfr. Müller de stilo p. 35 nr. 3, ubi simillima sunt exempla XII **111** *clarumque dictu* et XIV **132** *rarum dictu.* — § **30** an *guttae* ⟨e⟩ *lapide?* quod scripsi *conchatis* (vel etiam *concauis*, si malis) pro *coricis* ut orto e *concis*, factum est, ut *ideo*, *nam* haberent explicatum. *Coryciis* illi, quod vulgatum est, obstat quod statim sequitur *at in Corycio*, pro quo *corintio* mendo eodem fictum est quo XXXVII 166 in quibusdam codd. (itemque apud Damiger. 15 et Vincent. Bellov. spec. nat. c. 70) *corintho* vel *coritho* pro *coryco.* nunc vero antrorum genere universo memorato distinguuntur deinceps diversae species. — § **39** mirum unde ortum sit illud *pertinentia* (**VR**), ex quo fecit **d** *pertinent qua*, pro *pertinet* (**E r**). an fuit olim *pertinens*, corruptum postea in *pertinent?* — § **44** vide ne in *certiorpe* (**VR**) lateat *certioreque.* — § **49** a litteris propius abest *extinguetur* (cfr. infra § 57 *si cuniculo veniet*), quoniam *i* et *e* facilius solebant confundi. — § **66** *choleram calida infusa* fortasse recte *v. a. D*: in **E r** permutatae sunt terminationes (*cholera calidam*), in reliquis *s* ante *c* additum (*choleras calidam*). — § **107** *in Clitis* potuerit non pro nomine proprio accipiendum esse, sed pro *inclutis* (sc. aquis), de quo adiectivo cfr. III 131. IV 115. VI 4, nisi forte *clitis* natum est e *quis*, mutilato ex *aquis.* — § **109** *rigantur* scripsi mutatione multo minus violenta, quam primo aspectu videtur; nam cum *ſ* et *r*, item *c* et *g* saepissime confusa sint, facile credideris scripto semel *ricantur* proclive fuisse fingere *ſiccantur.* quod qui servare volet (etsi sententiarum ordini vix convenit), proxime ante debebit *sidente* vel *sedente* reponere pro *cedente*: cfr. V 57. — § **110** *magnus et v i t r o usus*: dativum hunc potuisse poni CFWMüllero concedendum est, sed duram esse structuram ac velut quaesitae ambiguitatis negari non potest. quodsi reiecerimus Sillигii illud *in vitro*, haud scio an adrideat *magnus* ⟨eius⟩ *et vitro usus.* — § **111** *nitrariae*, quod *H* scripsit pro *nitrarias* (**VRdT**), perquam dubium est nec tamen satisfacit sententiae, cui melius consulere voluerunt edd. vett. fingentes *nitrariae egregiae* ex *nitri egri* (**a r**): deest certe laudis mentio, quae opponatur voci *deteriores.* sed vitio affectum videtur potius *solebant*, quippe cuius verbi tempus quoque inperfectum alienum sit ab huius loci argumento. quid, si scribatur *nitrarias* .. *c e l e b r a n t*: *esse circa Memphin deteriores?* — § **118** *initiis* (**E r v**) qua ratione de canis morsu dici possit, non assequor. saltem *initio* (sc. cum aceto inlinitur) dicendum erat, neque enim advocanda sunt alienae structurae exempla XXI 124 (salubres) *initiis epiphorae* et

XXXIV 114 (excellentis remedii) *contra initia glaucomatum et suffusionum.* ad *inlitis* autem supplendum est *hominibus.* quamquam intellectu facilius et dilucidius sit *inlitu.* — § 120 *infunditur urceis* frustra conatus est *J* ita defendere, ut idem valeret quod *inspersum potioni aquae* (XXVIII 202). quod non admonitus vix quisquam sic intellexerit, nec Plinius ullo loco nomen *urcei* notione tali posuit. praeterea medicamenta corporis alicui parti infundendi apud medicos certa ratio est, ut fere clysteribus id fiat vel strigili (XXIX 135) vel cornu (XXIII 44) aliove instrumento eoque plurimis locis non nominato. itaque de morbo aliquo cogitandum esse cum prioribus credo. *uentris* (*v*) quidem quo confirmarem, non inveni. pro *uesicae*, quod e Marcello posui, potest etiam *lienis* conici ex eodem auctore 23, 56, corruptum illud primo in *uneis*, deinde in *urceis.* — § 122 fortasse *podagris in balneis utile* (sc. est sic perungui).

LIBRI XXXII § 4 non necesse est credere quod *D* credidit, correctorem B[2] voluisse *uires* pro *ut res*; si vero voluit, temere verba attrectavit, nam *ut res est* et argumento convenit et stilo Pliniano: cfr. XXXVI 48. — § 6 extr. *uique*, quod Gronovius coniecit, blanda specie eo magis commendatur, cum in B exstet scriptura *ui//qu//e*; sed verbose admodum dicitur *de ulla potentia naturae uique et effectu in remediis.* si recte perspexi, B[1] scripserat *uiſquae*, unde adsumpta ex *naturae* vicina vocali *e* emergit *eiusque*, ut praemissa universa naturae potentia significetur singillatim 'etiam' medicus eius effectus. potest vero etiam *usqua* i. e. *usquam* in archetypo scriptum fuisse, cui suspicioni reliquorum codicum scriptura (*ut quae*) magis favere videtur. — § 21 si *constat* (B V) pro vero habeas, conicere liceat *ita persuasione gentium constat*: de *ita* et *ista* confusis cfr. vol. IV p. 479 ad XXIII 40. — § 86 locus nondum ex dubitatione exemptus sic quoque constitui potest: *datur et suspiriosis, sed cum hemina vini. additur his* (sc. sanguini et vino) *etiam hordeacia farina.* — § 89 extr. reieci distinctionem, qua *J* scripsit *detrahit idem fel, pituitas sanguinemque vitiatum*, fallaci sanitatis specie, nam pro felle in tali usu dicendum erat *bilem*, ut § 95 multisque locis aliis, nec bimembre asyndeton hoc loco agnosci poterat. quod conieci *felle*, perinde dictum volui ac XXIV 82 *sanguinem urina detrahat*; probabilius vero sit *detrahit idem* (sc. sucus) *felli pituitas sanguinemque vitiatum*: cfr. § 96 *fellis pituitae* (ubi nunc praefero *pituitae atque* pro *pituitaeque*) et XI 192 *pessimum sanguinis est in materia fellis.* ceterum renium pituitae memorantur § 103 et XXII 83. — § 45 in verbis *carnibus earum* et *sucus earum* stellas marinas intellegi ex argumento et ex indice libri apparet, quamquam antecedit mentio stellae marinae singulari numero positae. prius quidem *earum* neglegentiae cuidam

Plinii tribui licet, alterum vero non modo abundat, sed propter adiectum participium *decoctarum* ne tolerabile quidem est. quod si delere nolumus, necesse erit corrigere *sucus stellarum*, iam a 'vet. Dal.' propositum. obiter moneo suaderi scriptura **B**[1], ut *discoctarum* pro vero habeatur. — § **53** vehementer dubito num recte se habeat *recentes seu cinere*; nullum enim formae, quae est *seu*, exemplum novi apud Plinium praeter XXII **111** *animi asperitas seu potius animae* — nam XXXVII **149** interpolatione correctoris **B**[2] invectum est *nucis seu glandis* pro *nucis iuglandis* —, cum *sive* plus centum locis constanter usurpatum inveniatur. collatis autem locutionibus simillimis, ut § 90 *recentes salsive* et § 56 *crudae vel coctae* aliisque permultis, item exemplis a Frobeenio p. 26 sqq. de particulae *sive* usu collectis fieri vix potest quin § 53 deleto *s*, quod ex voce *recentes* adhaesit, *recentes vel cinere* praeferendum ducamus. eadem de causa § **125** *sive* geminandum esse conieci; non minus probabile est *sive* post *recentis* natum esse ex *uel*. altero vero loco XXII **111** *sive* (pro *seu*) *potius*, ut in correctione nominis synonymi, videtur iustam rationem habere: nisi vero *seu potius animae* pro glossemate habendum est. — § **59** offensioni est *tribuatur illis* (sc. ostreis), proxime antecedente *de iis*. sed ne constat quidem *illis*, cum **B** habeat *illi*. fuit fortasse *illi* ⟨animali⟩: amat certe Plinius huius vocis singularem numerum apponere ad nomina plurali numero posita, ut IX 178 *talparum vita*, *subterranei animalis*, X 188 *salamand·ae*, *animal lacertae figura*, *stellatum*, V 42 *scorpiones*, *dirum animal Africae*, VIII 224 *glires* . . *semiferum et ipsum animal*, XII 73 *caprasque*, *maleficum frondibus animal* et paulo liberius IX 86 (de polypis) *brutum* . . *animal*, VIII 207 (de suibus) *animalium hoc maxime brutum*, II 156 (de vitulis marinis) *hoc solum animal*, XXVIII 150 (de cervis) *eiusdem animalis*, 153 (de capris) *ex eo animali*. — § **62** *quaeque* . . *in nostro aevo fuit*: coniunctivum in huius modi enuntiatis relativis sollemnem esse exposui nov. luc. p. 42 sqq. *fuit* ita vindicari potest, ut *quae* scribatur pro *quaeque*. — § **68** de futuro *tinguent* cfr. etiam XXIII 103. XXX 108. — § **86** in alcyoneo describendo Plinium a Dioscoride V 185 tantum dissensisse, quantum nunc videatur, difficile est credere. obscurae dubiaeque sententiae et mirae dictionis est *tertium candidioris vermiculi*, cum Diosc. planis verbis dicat σκωληκοειδὲς τῷ τύπῳ καὶ τῇ χρόᾳ πορφυρώτερον ὅ τινες Μιλήσιον καλοῦσι. an potius *tertium* ⟨forma⟩ *lanuginosi vermiculi*? quae praecedunt magis consentiant sic conformata: *cinereum*, *spissum*, ⟨piscium⟩ *odoris asperi*, *alterum molle*, *levius* (κοῦφον) *et odore fere algae*. — § **87** qua depravatione in **B** ortum sit illud *quis* pro *uis*, inexplicabile dixeris. nam si conicias *minus probabile. estque vis eorum* e. q. s., discedas a consuetudine Plinii, qui *vis eorum* et similia in principio enuntiatorum ponere solet omissa

copula. — § **90** fortasse *decoctarum* ⟨in⟩ *aceto* et § **113** *decoctae* ⟨ex⟩ *oleo*: cfr. vol. IV p. 481. — § **93** *tetheaque similis ostreo in cibo sumpta* ferri nequit; nam tethea ubique (§ 99. 117. 151) neutro genere dicuntur nec § 99 ita describuntur, ut ostreo similia putari debeant. aptius cum eo comparantur propter similitudinem in cibo sumendi: itaque *similit'* i. e. *similiter* scribendum erit cum Alex. Benedicto in ed. Verc. a. 1507. de adverbio hoc dativum asciscente cfr. XI 86 *similiter his*, XXXVI 136 *ligno similiter*, XXXVII 72 *plumis similiter*. — § **98** propter mendosum *cinereſ* ($\mathbf{B}^1$), cui succurrere voluit $\mathbf{B}^2$ corrigendo *muricis*, inauditum illum pluralem, de quo monui vol. IV p. 496 ad XXX 34 et 73, hoc loco invexit *S*, quem secuti sunt *JD*. ortum vero est mendum pravo librariorum more litteram *s* praefigendi litterae *c* — sequitur enim *causticam* —; ceteris codicibus non est propagatum. neque *cineres* omnino usquam neque *muricis cineres* a Plinio sic commemorati sunt, sed *muricum cinis* § 68. 78. 82. 89. 106. 127. 129. XXIII 83 atque adeo ipsae *murices* semper plurali numero (§ 84. 95. 129. V 12. IX 102. 125. 160. 164. XIX 24. XXII 3) praeter § 149 et IX 80, causa utroque loco facile perspicua. idem illud *cineres* frustra *J* e coniectura Plinio obtrusit § **111** pro *cinere et ex*, ubi paene ridiculum est quasi uno spiritu continuari nulla causa variati numeri *cancri marini cinis ex oleo, item fluviatilis triti ustique cineres oleo subacti*. ceterum si verba recte se haberent, simplicissimum profecto erat contractione orationis dicere *cancri marini vel fluviatilis cinis ex oleo*, ut § 119. quaesita eius longitudine non potest non moveri suspicio vitiatum esse *et ex oleo*, eaque cum confirmetur a Diosc. II 12 ϲὺν μέλιτι ἑφθῷ (cfr. etiam infra § 126), probabilius reponetur *cinere ex melle subacto*. — § **106** (panos discutit) *scorpio in vino decoctus ita ut foveantur ex illo*: offendit structura suspecta eadem, de qua dixi vol. IV p. 482 ad XXIV 23. *fovere* enim *ex aliqua re* non credo recte dici, nam XXXIV 122 (misy) *erodit et callum fistularum ex aceto foventium*, qui locus videtur similis esse, sed alieni generis est, verba *ex aceto* ad subiectum *misy* pertinent, *foventium* autem quasi absolute positum est, ut XXII 156 et participia *perunctorum* XXXI 119. XXX 124, *perunctis* XXII 71. XXVII 52. XXXI 115. XXXII 76. 113. 114. 138. XXXVII 143, *perunctos* XXV 118, *peruncto* XXIII 144. 148. XXVIII 253. XXXII 28 (*perunguendis* XXVIII 141), *inunctis* XXV 144, *collutis* XXV 165, *inlitis*, *inlito*, *habentes* vel verba finita in enuntiatis *si* (*ut*) *perunguantur aegri* XXXII 40. 113 et infinitivus *perunguique prohibens* XXIV 186 vel ablativi creberrimi *inlitu*, *fotu*, *suffitu*, *potu*, al. accedit quod ambigue dicitur *ex illo*, quod non minus ad scorpionem quam ad vinum referri potest, cum re vera intellegatur vinum, in quo scorpio decoctus sit. quare pro *ex illo* mihi probatur *eo uino*, ut infra

§ 114 *oleoque eo perunguant.* eadem ratione supra § **79** *cerebro caniculae in oleo decocto adservatoque, ut* [*ex*] *eo dentes semel anno colluantur* debebam cum **B**[1] praepositionem *ex* omittere; nam *colluere* quoque ablativum, non *ex*, adsciscere magna exemplorum copia demonstratur, ex qua unum ponam, quia simillimum est: XXIV 120 extr. *rubi .. radice decocta in vino .., ut colluantur eo oris ulcera et sedis foveantur.* itaque XXXI **117** traiecto *si* sic distinguendum erit: (nitrum) *prodest dentium dolori ex vino cum pipere, si colluantur*, et XXIV **18** *dentes quoque conluere ex aceto in dolore timuerim* (de cedri suco agitur) inseri opus est *eo* aut ante *conluere* aut ante *ex aceto.* sic in aequali structura *perunguendi* adiecto ablativo plene dicitur XXIII 124 *si quis eo* (fici cinere) *cum oleo perunguatur*, itemque XXIV 148 *aro e laureo oleo*, XX 74 *suco totius* (cichorii) *cum oleo*, ib. 109 *asparago trito ex oleo*, 171 *foliis tribus ex oleo*, 223 *trita cum oleo qualibet earum* (malvarum). quam ob rem etiam infra § **120** rectius erat cum **B** scribere *tremulos* (adiuvat) *castoreo si ex oleo perunguantur*, nam *castoreum* adsimulatum est ad praecedentium verborum formam, et dicendum erat *castoreum si* ⟨eo⟩ *ex oleo.* superest unus ex locis mihi cognitis, in quo praepositio cum ipso verbo *perunguendi* iungatur ac ne ellipseos quidem subsidium artificiosum adhiberi queat: XXII **65** *infantes quoque exulcerati perunguuntur ex iis* (adianti generibus) *cum rosaceo et vino.* quae si recte se haberent, omnino non intellegeretur, cur *ex iis* opus esset, cum multo et simplicius et rectius diceretur *iis.* attamen *ex* suam rationem habet, neque enim ipsis herbis crudis infantes perungui possunt, sed suco scilicet vel decocto earum: itaque pro *ex iis* conicere licet *elixis*, probabilius vero est *perunguuntur* ⟨iure⟩ *ex iis*, omissae voculae causa evidenti e litteris vicinis. tolerabile ellipseos genus agnoscitur XXXI 104 *multi et hydropicos sale curavere fervoresque febrium cum oleo perunxere*, ubi verbis eodem enuntiato comprehensis arteque copulatis tacite intellegitur *sale* in altero quoque membro. etiam pronominis demonstravi ablativum per se solum suppleri non inauditi usus est. sed ad hunc ablativum non positum, sed suppressum, referre additamentum, quale est *ex oleo* vel *cum vino*, hoc est iustos eius usus fines usque adeo transire, ut depravationis suspicio oriatur, praesertim si alia momenta accedant. XXVIII **140** extr. *et inungui* (axungiam) *putant utile, quaeque serpant inlinere cum resina*, ubi propter passivi et activi formas temere variatas iam conieci dubitanter *inlini* (*inlinire* **Rdx***v.a.S*), puto *inlini ea* potius scribendum esse. XXII **58** autem aut activi infinitivus *mollire* ponendus est, ut idem subiectum sit *tricoccum*, aut *placere si in* scribendum pro *placere et in* (*si* corrupto primo in *est*, mox in *et*) hoc modo: *si decoquatur* (tricoccum), *invenio cibis placere*; *si in lacte, iucundius*

*alvum molliri et, si decocti sucus bibatur, efficacissime exinaniri.* — ibid. § 106 insolenter dicitur (panos) *concoctos emittere.* apposite vero ad rem Plin. iun. p. 79, 20 *aperit* (ut Plinius ipse XXX 75) et Marc. 32, 15 *dissolvi*. 'emittuntur' *umor* XI 149, *liquor* VI 43, *aqua* IX 69. 88, *lac* XIII 58, *sucus* XII 56, *sudor* VII 78, *sanguis* XI 221. XXV 56, *medulla* X 57: hoc loco nihil aliud emitti potest nisi *sanies*, ut XXX 136 extr. an *e concoctis* vel *concoctorum* ⟨saniem⟩ *emittere*? — § 107 structurae gratia ante *pusulas* inserui *ad*; addiderant *discutiunt* edd. vett. simplicius fortasse nec magis audacter correxeris *pusulis*. — § 114 pro *atque* scripsi *aeque* i. e. clam, ut proxime ante. sed vide ne simul rectius scribatur singulari numero *rana aeque adalligata et rubeta*, ut § 138. 118. *ranae* semel vitiose scripto factum est, ut *rubetae* accommodaretur, neglecto quod sequitur *iocur eius*. — § 141 de verbis *in lucernam addito* ob similitudinem et argumenti et mendi cfr. aptissime XXXV 175 extr. *addens in calicem vini*. — § 146 *minimae* B. *minima* b: an *lacertarum minimae*? cfr. nota ad XXX 53. — ibid. *orneoscopos*, quod B exhibet, vix potest fortuito errori librarii Graece nescientis tribui. cur non recte se habeat, cum catalogum hunc piscium Plinius ex alio fonte hauserit quam quae § 69 prodidit de *uranoscopo*? — § 150 cum Birtio recepi *quaedam* pro *que*, quia *quaedam* ante *pelamydes* mutilatum esse non inprobabile visum est. sed fortasse satis est leniore medela verba sic transposuisse: *phycis, quae saxatilium*; memoriae enim errore ordinem continuorum verborum permutatum esse permultis locis constat, quod quidem quam facile etiam attente scribenti accidere possit in transcribendo alieno contextu, suo quemque exemplo satis expertum esse arbitror. — § 152 cum eodem Birtio posui *animalia* pro *nomina*; poterat etiam *marina* conici, ut § 144 extr. sed nunc mihi multo magis probatur principale mendum in *posita* quaeri scribique *ab Ovidio poeta nominata*, ut § 154 (pisces) *a nullo auctore nominati*. de mendo, quod haeret in *nomina*, cfr. § 126 *capitata* (*capita* VR) et XXXIV 34 *factitata* (*factita* B[1]); de *Ovidio poeta* cfr. XXX 33 et indices libb. XXIX. XXXII; nudum tamen nomen Ovidii invenitur § 11 et in indicibus libb. XVIII. XXXI. omnino enim familiare est Plinio, quippe qui 'humili vulgo, agricolarum, opificum turbae, denique studiorum otiosis' se scripsisse fateatur (praef. § 6), nisi de poeta agi e verborum continuatione eluceat — ut *Erinna carminibus suis* XXXIV 57, *Dorotheus carminibus suis* XXII 91, *Menander in comoediis* XXXII 69, *in comico socco* VII 111, *in Plauti fabula* XIV 92. XVIII 107 al. — exceptis paucis iisque nobilissimis poetarum nominibus apponere appellationem *poetae* sive simplicem sive honorificis verbis amplificatam. nudo nomine commemorantur Graecorum Homerus et Hesiodus, item Alcaeus (XXII 87), Musaeus (XXI 44. 145.

XXV 12), Nicander, quem nescio an medicis physicisve potius quam poetis adsignaverit, Romanorum autem Ennius, Plautus, Vergilius; Horatium X 145 *Flacci* cognomine satis distinctum vult. Homerum quidem nihilo minus II 14 *principem litterarum*, XXV 11 *primum doctrinarum et antiquitatis parentem* praedicat, Ennium XVIII 84 sollemni *vatis* nomine ornat eodemque Vergilium VIII 162. XIV 7. 18, Pindarum II 54. VII 109, Stesichorum II 54, Pomponium XIII 83. XIV 56. pleniore significatione appellat Sophoclem VII 109 *tragici cothurni principem*, Menandrum XXX 7 *litterarum subtilitate sine aemulo genitum*, Publilium XXXV 199 *mimicae scaenae conditorem*, Simonidem VII 89. 192 *melicum*, Aesopum XXXVI 82 *fabellarum philosophum*, Philiscum XXXV 106 *tragoediarum scriptorem*; ceteris vero locis poetas non fere nominat nisi adiecta *poetae* appellatione, e Graecis Aeschylum, Sophoclem, Euripidem, Aristophanem, Menandrum (praeter XVIII 72. XX 252), Anacreontem, Alcmanem, Archilochum, Hipponactem, Antipatrum Sidonium, e Romanis Pacuvium, Lucilium, Catullum, Laberium, Publilium, Domitium Marsum (indd. libri XXXIV). Epicharmum VII 192 non ut poetam, sed ut litterarum quarundam inventorem memorat. hoc more observato nolui XXXVII 40 in Sophoclis mentione cum *U* delere *poetam tragicum*. — § 154 vulgatam lectionem ferri non posse iam pridem 'vet. Dal.' perspexit, cum ad emendandam structuram proponeret *defixo*; profecto enim necesse est dici: (pernae stant) aut *velut suillo crure defixo* aut *velut suillum crus defixae*, cumque **B** exhibeat *uillum*, hoc praeferendum censui, ut nihil mutaretur nisi *r* et *ſ* litterae inter se simillimae. rariori autem locutioni, quae est *e longo* i. e. e longa parte, quae notio prorsus flagitatur oppositis verbis *qua latitudo est*, subsidio sunt *ex longitudine* XVI 21, *ex intervallis* XXV 71. XXVI 108. XXVII 120 et *ex obliquo* II 99. XXVII 14, *ex diverso* XI 109, *ex adverso* XVIII 323 vel *ex toto* XXXVII 121, *ex alto* XX 33. XXXVII 93, ut taceam frequentissimas, sed paulo alienas formulas *e longinquo*, *e propinquo*, *ex proximo*, *e profundo*, *ex opaco* vel *ex aequo*, *ex facili*, *ex insperato* al.

LIBRI XXXIII § 1 non persuadeo mihi contortum verborum ordinem recte ad ipsum Plinium referri. verbum *foditur* si deesset, nemo desideraret, quoniam verbis *tellurem intus exquirente cura* satis luculenter indicatur de fodiendo cogitandum esse. si id delere nolis, aut transponendum erit ante *quippe*, ut margini adscriptum transiisse in alterum versum putetur, aut, quod minus placet, scribendum *fodiniſ* vel *e fodiniſ* (cfr. § 98). ibidem pro *digitorumque*, quod facile poterat oriri ex *dignorumque* (cfr. XXXVII 83 extr.), scripsi *lignorumque*, ut ligna, quae ad opus intestinum aedificiorum pertinerent (ceterum cfr. XVI 233), vel etiam curricula et navigia

intellegerentur. *tignorumque* vix quisquam coniciat, sed possit *ſignorumque* i. e. statuarum sive marmore sive ligno factarum, quas pigmentis circumlini solitas esse constat (cfr. XXXV **133**). — § **39** *honoris causa* apud Plinium nusquam invenio, *honori* vero dativus stilo eius perquam accommodatus est: XII 83. VIII 185. XVI 9. XIII 46. itaque redeundum fortasse ad vett. edd., quibus cod. Poll. et **dh** adsentiri dicuntur, ut *causa* in **B** cum Iano et Felsio p. 99 pro glossemate habeatur. Iani rationem *honoris* cum *nihil aliud* iungentis tolerabilem, sed non probabilem duco. — § **58** in *quo nimis* (**VdT**) — in **Rh** *quoniam is* esse traditur; certe etiam veterum editorum codices habuerunt syllabam *is* — videtur latere *quom inis* i. e. *quoniam in iis* sc. militaribus signis. — § **83** *cum interrogatuſ eſſ& ſcir&ne*: sic **B**, nam *ſcir&ne* supra versum, sed ab eadem manu priore suppletum est, renovatis tantum postea nigriore atramento genuinis litteris. cernuntur vero, ni me fefellerunt oculi, evanida propemodum vestigia litterae *N* sub *ſci*, ut videatur librarius primo, deceptus pari terminatione *&*, solum *ne* supplere voluisse. depravationis igitur in ceteris libris originem et processum suspicor talem: fuit in archetypo *interrogatur essetne* (omisso *sciret*); inde *interrogaretur* factum est insertumque *verum* post *essetne*. verbo *sciretne* tantum orationi additur acuminis, ut interpolatori **B²**, stolido alioqui homini, tribui non possit. — § **122** *admotis gallae carbonibus* cum *v* retinui, quia *galeam* idem valere ac *vas ferreum* non satis probavit *U* **744**, et tali vase opus esse tacite intellegitur. neque vero obstat quod apud Vitruvium gallae non fit mentio, nam aliis quoque locis evenit, ut Plinius plura prodat quam auctores, quos sequitur, nec veri dissimile est utrumque eodem fonte usum esse (cfr. ad libr. XXXI Maximilianus Thiel, 'Quibus auctoribus Vitruvius quae de mirabilibus aquis refert debeat' p. 92—106 Commentt. philol. histor. Curtio Wachsmuthio sexagenario dicatarum 1897). denique, id quod gravissimi momenti est, Ernestus Berger Monacensis, pictor idem et antiquorum picturae investigator sollertissimus, experimentis invenit gallae carbones in hoc usu eximii effectus esse, levissimos scilicet tenacissimosque ardoris et paene expertes favillae (cfr. eius libellus Beiträge zur Entwickelungsgeschichte der Maltechnik II p. 13). quid, si huc pertineat notabile illud Marcelli 23, 21 *gallas, de quibus encaustum fit*? — § **132** an *alii de* (pro *ae* **BV**) *pondere subtrahunt*? — § **156** punctum post *Taurisci* nomen poni recte iussit Oehmichen stud. Plin. p. 160. apparet enim dignationis gradibus distinctos inde a § 154 enumerari artifices eorumque, qui uno verborum ambitu consocientur, nomina alphabetico ordine procedere, ut simpliciter laudatorum seriem ab Aristone ordiri necesse sit. eadem ratione tenentur proxime antecedentes *Calamis* — *Tauriscus*,

ut haec quoque causa sit, cur Antipatrum non artificibus adscriptum esse a Plinio statuamus. *Antipatro qui* sitne probabiliter a me scriptum, dubitari potest; structurae conveniat etiam *Antipatro poetae* (pro *quoque*) *Satyrum ... caelasse dictus* ⟨Diodorus⟩, *Stratonicus* (deleto *est* ante *str*). sed manebit, opinor, controversia, quamdiu hoc loco, sicut aliis multis, ignorabitur, quid vitii in Plinium, quid in librarios cadat. — § **161** (colorem) *candidiorem nigrioremve et crassiorem tenuioremque* **B** fortasse recte, quoniam inexspectatam particulam *que* aequalitatis gratia in *ve* mutatam esse veri similius est quam contra. sic codices praebent *candidius nigriusque* XVIII 78 (cfr. vol. III p. 494); alia exempla collegit Io. Müller de stilo p. 68 nr. 31, e quibus insignissimum est XVII 139 *de calidis frigidisque et umidis aut siccis*.

LIBRI XXXIV § **5** *ideo autem etiam deorum operi adscripta*, quod *S* primus e **B** recepit, ferri posset, si poneretur *adscribi* (sc. solebat), etsi sic quoque magis Plinianum esset *ideoque etiam*. non equidem arbitror iuncturam, quae est *ideo autem*, ullo loco inveniri. ortum esse *autem* videtur ex *etiam* prave iterato, dein mutato. — § **12** si *empta* verum est, sicut videtur, miror in omnibus libris litteram *m* (*in* **d**) additam esse. an fuit *ut* (= ὡς) *ludibrii causa*? apertius ita declaretur, rem aliter evenisse atque Gegania initio opinata erat. — § **19** quod ESellers scripsit *aut elephanti*, a palaeographica ratione commendationem quandam habet, sed non opus est correctura, quoniam *sicut* notione copulativa apud Plinium pervagatum est magisque etiam *sicut et*, quod hoc loco recte, ut puto, scripserunt *v.a.S*, nam *et* ante litteras *ele* plus semel sive omissum sive praemissum est: cfr. XXXVII 65 et nota ad XXIV 60, de mendo nota ad XXXIII 80 et XXXVII 78. — § **21** contra **B** cum ceteris libris posui *ni*, quia in postpositis enuntiatis condicionalibus huius generis *ni* particulae usus tanta frequentia est, ut, ubi nonnullorum codicum fide non careat, praeferenda sit; veri certe similius est *ni* in *nisi* mutatum esse quam contra. ex magna exemplorum copia pauca profero: § 34. XVI 28. XVII 5. 96. XIX 128. 152. XXI 184. XXII 107. — § **34** non opus est particulam *quin*, necessariam illam quidem, nisi *sint*, quod est in solo **B**, delere malumus, cum *U* inserere aut cum *D* mutando efficere ex *quae*; disiunctum fortasse est *quin* in *quae in* ac deinde ablativus positus (praesertim cum *E* positum esset ante *F*), cum olim fuisset *quin Etruriae factitata sint*: de qua structura saepe non intellecta atque etiam a Madvigio adv. crit. III p. 213 ad XXXV 157 temere attrectata cfr. CFWMüller p. 12. sic paucis versibus infra *Italiae* **B**. *Italia* **V**. *in Italia* **Rh**. negari quidem non potest, *dubitandi* locutiones apud Plinium longe saepissime adsciscere infinitivum, sed indubitata fide traditum est XXIV 187

*nec dubitatur quin* .. *utilissimum sit.* — § **39** extr. *D*, si scribatur *d*, quod saepe factum est, aegre discernitur a *cl*, unde videntur *v. a. H* recte scripsisse *CL talentis.* — § **41** *fuit. Ruit*, quod est in a, fortasse non tam interpolantis est quam de sincera scriptura dubitantis, cum *R* et *F* confundi facile potuerint. nec desunt in aliis codicibus duarum lectionum iuxta positarum exempla. bene profecto continuentur verba sic distincta: *quem fecerat Chares* . . ., *LXX cubitorum altitudinis. ruit hoc simulacrum* . . *terrae motu prostratum, sed iacens quoque miraculo est.* — § **49** tribus illis locis, in quibus *circiter* cum accusativo iunctum esse notavi — etsi XIV 73 *anno* **DE** *v. a. Bas.* (*D*) —, oppositi sunt septem II 187. VI 104. XV 1. XVI 100. XVIII 307. XXXIII 83. XXXVI 9, in quibus ablativus certa fide positus est; sed his locis *circiter* suis verbis enclitice interpositum adverbii notionem habet, illis vero praepositionis, ita ut non videatur ex *anno. m. quo* (**B**) conici posse *anno*, *in quo* (sc. tempore). — § **55** *in Titi imp. atrio duo . hoc opere*: sic **B**. nec cur *duo* in **B** additum nec cur *duo hoc* in reliquis libris omissum sit, probabilis causa excogitari potest; contra si *duo* corruptum est ex *quo*, facilis exsistit explicatio: excidit enim *quo* in **VRd** post *atrio*, in **B** autem post *duo* orationi hianti insertum est *hoc* ab interpolatore archetypi. quare revocari malim *quo* cum **h** *v. a. S.* — § **70** *canephoram* cum *U* recipi vetat usus, quo *canephorum* sive *canephoron* postulatur. *oporam* (**Rd**) post Osannum (act. litt. antiq. 1857 p. 595) evidentibus argumentis commendavit Lud. Henr. Urlichs in edit. Sellersiana. ibidem pro certa emendatione venditatur Traubii coniectura § **71** *Calamis et alias quadrigas bigasque fecit se impari.* si conicias *sibi par*, ut XXXVI 116, vel *arte* (*effectu*) *impari* vel si *sem̄ pari* (**B**), ortum ex *sine pare*, pro glossemate ad verba *sine aemulo* adscriptum esse existimes, intellegi saltem possit: monstrificos illos ablativos absolutos, grammaticae quoque rationi repugnantes, quis credat? en, habemus in **B** interpolationem e genere earum, quas librarius invitus fere commisit etiam amplius adulteratis litteris, quas in archetypo invenerat iam ita vitiatas, ut non intellegeret. — § **76** addendi *quoniam* (inter *appellatur* et *dracones*) manifesta est causa, omittendi non item. — § **83** totum locum praeter *miraculum* edidi ex **B**. potest etiam *miraculo* ex eo retineri, dummodo deleatur *ut*: cfr. VIII 57 *miraculo cessatum est.* — ibid. desideratur apta orationis membrorum iunctura; fortasse *signorum.* ⟨idem⟩ *et de sua arte composuit volumina.* — § **84** an *Antigonus*, *qui* ⟨et⟩ *volumina condidit*? fuerat *quid* corruptum in *quia*, postea deletum est *a*. cfr. XXXV 129 *volumina quoque composuit.* 79 (Apelles) *voluminibus etiam editis.* XXXVI 39 *Pasitelis, qui et quinque volumina scripsit.* aliter XXXIV 68. — ibid. de ansere Boethi celebratis-

simo et qui non desinat remediorum varietate sollicitari tenendum est, neque *vi* neque alium ablativum requiri, nam et XXXV 63 nude dicitur *Hercules infans dracones strangulans* et, ubicumque sic positum est, *strangulandi* verbum de vi manibus illata intellegitur. *amplexando* autem, quod quamvis violentum Traubius Sellersiae probavit, repugnat elocutioni Plinii in simili causa constanter *complexu* et *complectendo* usurpantis: cfr. XVIII 155. IX 86. 91. XXIX 138 et VIII 216. 32. IX 146 al.; aliena notione *amplexu* V 48 de Nilo amne, XXXVI 127 de magnete, X 197 de dracone posuit, semel VII 43 *amplexari fortunae munera.* accessit cum maxime novissima — etiamsi ne nova quidem, cum iam H Stein *ex aere* coniecerit — coniectura Aemilii Boisacq Bruxellensis *vi aenum*, quasi vero anser solus, non infans vel potius totum opus, ex aere fuisset! atque ut taceam in hoc sententiarum ordine ac nexu supervacaneam esse aeris mentionem neque ab ullo lectore serio desiderari, Pliniano more dicendum erat *aereum*, non modo de signis, tabulis, clavis, cultris, vasis, sed semper fere positum (XXXII 41 **B**[2] praepostere correxit *aeneo* et XXXIV 160 *aeneis* invectum erat edit. Colon.); adiectivi *aenei* exempla non novi nisi *aenea tuba* VII 201 et *aeneo vase* XXVII 47, utrumque fide parum certa; XXIX 35 pro *in aeneo* fortasse scribendum est *in aeno*, ut XXXV 44 *fervente aheno* (**B**), nam *ahenum* substantivi vice pro cortina dicitur (cfr. Cato r. r. 11, 2), ideoque recte videtur *S* VIII 192. XI 193 *aenis*, XXIV 111. XXVII 92 *aenae fulloniae* e librorum vestigiis restituisse, XXXI 28 vero *aes* vel *aera* et XII 88 *aerea* probabilius scribi. equidem, postquam initio cum Ric. Meistero amico in eandem coniecturam *vi annosum* incidi, nunc scripsi *eximium* (i. e. eximiae magnitudinis, adultum et robustum, ut prope accedat ad poetae illud γέροντα), palaeographica potissimum ratione ductus: nam *sex anno* (**B**[1]) ita natum est, ut propter falsum numerum *sex* (adhaerente *s* ab exitu vocis *infans*) librarius sibi videretur legere ANNO pro IMIO, quae quidem litterae unciali forma quam opportunae fuerint permutationi, exempla docent a me adnotata: § 106 *minii* **a**. *minime* **VRd**. *anni* **B**. XXXII 37 *annis* **VR**. *annos* **E**. *minis* **B**. XXIX 56 *ansere* **RE**. *misere* **d**. *imis aere* **V**, unde elucet quam vere XIX 121 coniecerit *B anniferorum* pro *minimi ferorum.* — § 103 an *in Cypriis fornacibus* (*cyprio* **BVd**. *cypria* **a**)? — § 108 *in tantum* pervagata est apud Plinium locutio, sed neque cum verbo *abesse* iungitur neque in exclamationis initio respicere ad praecedentia videtur, sed semper referri ad comitantem particulam *ut* consecutivam. argumento quoque simillimum huic loco est XXV 2 *tantum ab excogitandis novis . . absunt*; alterum exemplum est II 166 *tantumque a periculo decidendi abest* (aqua), *ut . . exsiliat.* quare vereor ne rectius scribatur *parent nominibus hi: tantum*

.. *absunt.* de hoc usu pronominis *hic* cfr. CFWMüller p. 15. 16 et XIX 129, de mendo etiam supra § 99 *hi si* (**B**) pro *nisi*, XXXVI 168 *in* **Bh**. *hi r*, al. XII **123** autem fortasse *in* delendum est: .. *veneunt*: [*in*] *tantum expedit licere auctorem.* — ibid. extr. quod scripsi *excitetur* (vel etiam *excitatur* permutatis vocalibus: *exatetur* **B**[1]), transfertur ad merces et fraudem unguentariorum quod de his mercatoribus ipsis intellegendum est, qui turpi medicorum inscitia excitari ad fraudem dicuntur. — § **109** ex *que*, quod **VRh** exhibent, **Ba** omittunt, sed nec casu quopiam nec interpolandi studio additum esse potest, effeci *squama*, quia sequens verbum *tollit* necesse est pertinere ad alterum unum ex antecedentibus *squama* et *flore.* sed ex Diosc. eupor. I 64. 85. 86 itemque Scribon. 51 veri similius est (quod sero vidi) post *uſuſ* excidisse *floſ*, ut continuentur *flosque et amplius* .. *inpulsus* .. *tollit* (*inpulsu* **VR**. *-sum* **Ba**. *-so* **d**). ita primum coniunctim nominantur *et squama et flos*, deinde inverso ordine *flos* et *squama* separatim tractantur. — §§ **135. 136** scripturae *diphrygem* — *diphryges remanent* — *diphryga* ita tantum explicari et inter se conciliari posse videntur, si Plinium adiectivum διφρυγής (sc. σποδός) vel adeo substantivum δίφρυξ sumpsisse putemus. — § **162** **B**[1] scripserat *gloriabitur igum* (recte, sed syllabis, ut assolet, perperam separatis); **B**[2] melius separavit, sed scripturam corrupit. quid voluerit, non satis patet: mihi visus est *biturnigum* vel *biturtvgum* scripsisse; Ianus de **B** nihil nisi *biturrugum* enotavit.

LIBRI XXXV § **4** inusitate et parum proprie (ne dicam absurde) dicitur *pinacothecas veteribus tabulis consuunt.* voluit 'vet. Dal.' *conferciunt*; potest etiam fuisse *complent*, ut § 148 *tabulae pinacothecas inplent*, § 7 *tabulina codicibus inplebantur*, XIV 13 (vites) *atria media complentes.* de *p* et *u* inter se permutatis cfr. § 28 *conuexa* (**V**) pro *complexa.* — ibid. extr. Madvig adv. crit. III p. 211 n. indignabundus iussit cum vett. edd. retineri *furisque detrahat laqueus*: nimirum credebat, quod perquam dubium est, in **R** exstare *laqueus.* arridet sane vel maxime haec orationis forma, etiamsi non corrigatur cum Broterio *furisve*, ac revocassem libenter, nisi iustam dubitationem moveret codicum **V** et **B** mirus in accusativo *laqueũ* consensus. hunc quidem, salva reliquorum forma, ferri non posse nemo fere negavit nisi *SJ*, qui verba explicaverunt ac si scriptum esset *detorqueat.* nec minus contorta efficitur oratio, si, ut accusativus servetur, conicias *furique detrahat laqueum*, ad exprimendam sententiam, quae videtur necessaria esse: heredem pretiosos clipeos frangere, ut prohibeat furem. — § **7** *aeternae domus*: de mendi origine (*eterne* = *eteme* = *etme*) non opus est verba facere; de vocabuli huius usu cfr. IX 124 *aeternae possessionis*, XXI 100 *aeterna folia*, XXXV 172 *aeterni parietes*, alia haud pauca. adverbium *aeterno*, quod Ianum

coniecisse, sed abiecisse video, invenitur uno loco, si recte se habet, II 240 *aeterno viret . . fraxinus.* — § **9** scite *id evenit* scripsit *J* pro *deuenit* (**B**), sed exemplis non satis probavit *id* necessarium esse, cum tamen non sit in multis eiusdem generis, ut XXV 22 *ut docebimus fecisse* (id) *reges*, XII 66. XXVIII 153. XXXVII 36 *ut* (*sicut*) *apparebit*, al. potuit *d* nasci geminata littera *o* vicinae vocis *homero.* — § **10** nemini offensioni fuisse *quo maius*, discordans illud cum sequenti *quam*, prope incredibile est. conieci *utique*; non minus aptum *neque maius* .. *ullum est.* — § **12** uncos *U* postea ita restringi voluit, ut sola anni mentio deleretur, propterea quod a Starkio in act. convent. philol. Tubing. p. 38—50 de Appii Claudii imaginibus in Bellonae aede disputante demonstratum esset, Appium Claudium consulem anni 79 a. Chr. n. intellegi. at nulla anni mentione quicumque Plinii aequalium posterorumque ea verba legebat, non poterat non intellegere priscos illos consules anni 494; itaque aut totum enun iatum delendum erit aut numerus mutandus in *DCLXXIIII.* — § **16** infelici conatu Holwerda defendit scripturam *invenit* arcessitis ablativis qualitatis *secundam* (picturam) *singulis coloribus* (§ 15), immemor ille quidem, non picturam hoc loco narrari, sed *eas* (i. e. lineas) *colore testae*, quem usum pronominis quis non barbarismi esse hodierni agnoverit? deinde vero Ecphantus non dicitur primus lineas colore rubro duxisse, sed figuras lineis adumbratas intus coloravisse, cui rei convenit *inlevit* illud Hauptii, quod recepi reverentia tanti viri motus, quamquam magis mihi probari fateor *impleuit* (de mendi genere cfr. supra nota ad § 4), ut Isid. or. XIX 16, 2 hunc locum aperte respiciens luculenter et ad rei proprietatem accommodate: *et nunc pictores*, inquit, *umbras quasdam et lineas futurae imaginis ducunt, deinde coloribus implent, tenentes ordinem inventae artis.* — § **19** *gloria scaenae* habent Silligio teste **dh**; sed vereor ne a vett. edd. e coniectura positum sit. a litteris (*scaena*) minus longe discedat *scaenica*, si putemus sumptis litteris *ic* pro *n* mox detractum esse alterum *n* ut supervacaneum. — § **45** *purpurae* (sc. fulgorem) *facere* scripsi restituto *E*, quod ante *F* absorptum est. de qua ellipsi sententiarum nexu flagitata et vere Pliniana cfr. nota ad XXV 121, ubi adde XVII 263. XX 155. — § **62** in **B** litterarum species ea est, ut videatur **B**$^1$ *permutari* scripsisse, inde **B**$^2$ fecisse unco addito *permutare*, denique **B**$^3$ radendo revocasse *permutari.* si vero iam **B**$^1$ scripserat *permutare* consentiens cum ceteris libris, scribendum erit *permutare posse* ⟨se⟩ *diceret.* — ibid. **B**$^1$ videtur *acragentiniſ* habuisse. — § **75** haud scio an **B**$^1$ scripserit *aſianum*, forma rariore, sed apte usurpata de picturae genere appellato ab hominibus, qui XXI 171 *Asiani* nominantur; nam adiectivum, quod est *Asiaticum*, ceteris locis inponitur rebus iis, quae ad Asiam terram pro-

vinciamve pertinent: *victoria* § 22, *cerussa* § 38, *cicuta* XXV 154, *mare* V 102, *iurisdictio* V 95. — § 76 qui factum sit, ut *S* adnotaret post *docuit* in B esse *autem*, incertum est. nec *autem* ibi est nec quidquam, quo is error nasci potuerit. refert hoc dedita opera adfirmare, ne quis a *D* et a me hanc lectionem praetermissam esse putet. — § 85 *fuit enim et comitas illi*: exspectaveris potius *autem*. an *invicem*, ut XVII 25? — § 87 init. *alia quia* iam diu conieceram perscripseramque, cum vidi etiam Martinum Hertzium, qui suum exemplum editionis Sillignanae, ut varia margini adnotata perlustrarem, a. 1893 benigne mihi commodaverat, in idem incidisse. — § 91 qui ablativos *tali opere .. victo sed inlustrato* servare volet, traiectione saltem verborum uti debebit: *versibus Graecis dum laudatur*, *tali opere* ⟨aevis⟩ *victo*, *sed inlustrato*. qua ratione simul apertius fit, quo errore *aeuis* interciderit. — § 92 *etiam* et *famam* aspectu minus inter se discrepant, si fingimus unciali forma scriptum ETIAM acceptum esse pro FĀAM. — § 120 fuit cum pro *umidus* recte conici opinabar *multus*, ut § 137 *sile multus*, vel etiam *nitidus*, siquidem qui *tumidus* dicitur (de mendo cfr. XXXII 85 al.), videri potuerit paulo acerbiore notari reprehensione. *inuictus* quoque a litteris nihil fere recedit nec sententiae repugnat. nam Traubii illud *uiuidus*, quamvis speciosum, eo satis exploditur, quod Plinius omnino nusquam hoc vocabulum usurpavit, occasione plus semel oblata: colorem dixit XXI 46 *vegetissimum*, XX 42 *validum*. a *vivendi* verbo derivata non alia admisit adiectiva quam quae sunt *vivus* et *vivax*. — § 126 *eam* cum gravitate in initio positum et a suo nomine *picturam* longe separatum fortasse parum respondeat sententiarum naturae et ordini. agitur de 'boum immolatione' Pausiae, quae tabula cur in primis 'spectata' fuerit enarratur. quare crediderim potius fuisse *ea enim* (sc. tabula) vel *ea et* vel nude *ea* (*eam* prave accommodato ad *picturam*) *primus invenit is* (pro *in* B) *picturam*. — §§ 132. 133 distinctionem verborum a Madvigio recte administratam esse certum est: de hoc dubitari potest, num satis probabile sit *quadripedum* deformatum esse in *quadripedem* (RF) et *quadripedes* (B*v*). idem efficitur scribendo ⟨et⟩ *quadripedes*. optime procederent (transposito *idem*): *huic adscribuntur. idem quadripedes*, *prosperrime canes*, *expressit*, nisi hoc violentius et neglecta ratione palaeographica (*fidem* codd.) actum esset. — § 140 extr. puncto post *pinxit* posito et mutata verborum iunctura, ut consocientur simul artificum nomina a littera *E* incipientia, scribendum erit: *Eutychides biga* ⟨qua⟩*m regit Victoria*, *Eudorus scaena spectatur*. quod certe multo magis arridet quam abruptum illud *bigam*: *regit*, pro quo iam 'vet. Dal.' voluit *bigam quam regit*. duobus nimirum verbis si rem absolvere voluisset, Plinius non minus breviter, sed suo mori convenientius meliusque

dixisset *regente Victoria.* — §§ **158. 159** huius loci identidem temptati compagem Madvigius adv. crit. III p. 214 ingeniose, sed supra modum violenter et mira in tanto viro iudicii levitate dirumpit evertitque, cum reiceret Plinianissimos, ut ita dicam, illos ablativos absolutos in clausula periodi adnexos sequente enuntiato condicionali, cuius usus pauca posuisse exempla satis est: XXVII 2 *nullo vitae miraculo maiore, si verum fateri volumus*, XVIII 1 *vel per se tantum herbarum inmensa contemplatione, si quis aestimet varietatem*, 238 *observatione minime fallaci aut dubia, si quis adtendat*, XXXI 3 *prorsus mirabili natura, si quis velit reputare.* (unde colligitur, ut hoc obiter moneam, non ex **B** aperto et perspicuae originis mendo recipiendum esse *si qui*, quod alioqui non invenio nisi XXX 49 et ne hic quidem librorum memoria traditum, sed e coniectura Iani positum). cardo rei vertitur in recta interpretatione verborum *adsiduitate satiant* (cfr. XII 81), qua constituta et correcto praeterea *neque* pro *uel quae* (**B***v.a.H*) oratio naturali et continuo sententiarum ordine procedit hoc modo: 1) *in sacris etiam hodie fictilibus prolibatur simpulis.* 2) *neque adsiduitate satiant figlinarum opera* profani usus, quae vita cotidie oculis offert summa formarum varietate. 3) *quin etiam defunctos sese multi fictilibus soliis condi maluere.* 4) *maior pars hominum terrenis utitur vasis.* ceterum *quaeque adhuc* (= praeterea) *diximus* § 159 cum codd. retineri debet, si modo quae nuper ARoosen in Wölfflini archivo X (1897) p. 353 n. 2 de hoc adverbii *adhuc* apud Senecam usu exposuit, in Plinium quoque cadunt, apud quem unum certe invenio huius modi exemplum XXXIII 37 *sunt adhuc aliquae non omittendae in auro differentiae.* — § **191** genuinum fortasse servavit **B**: *emplastris, quae siccandi causa componuntur*, si continuentur *oculorumque* (pro *oculorum quoque*) *medicamentis miscentur.*

LIBRI XXXVI § **6** *etiamne tacuerunt* .. *conlocari*: Handius Tursell. II p. 580 hunc locum et XXVIII 6 *etiamne Graeci suas fecere has artes* attulit, ut doceret apud Plinium *etiamne* induere posse eandem significationem ac *nonne etiam.* recte ille quidem; et addere poterat XIX **54** *etiamne in herbis* .. *uno asse venali*, ubi ut interrogantis indignationem exprimerem, inductus mendo codicis **E** (*facere*) invexi infinitivos: restituendi potius sunt indicativi *inventum est* et *fecere.* etsi mirum est, Plinium perpaucis locis *etiamne* sic usurpavisse, cum ceteris unice amaret dicere *non et* (cfr. vol. III p. 492 ad XVI 216), tamen non sine certa ratione id fecisse videtur; voluit enim aliquantum ponderis ponere in gradationis notione, quae est vocis *etiam.* ad eandem igitur normam derigi par est XXI **78**, quo loco omnis tolletur difficultas, si deleverimus *in melle* ut glossema verbis *in qua* adscriptum: *parum enim erat genuisse rem, in qua venenum facillime daretur. etiamne hoc ipsa [in*

*melle*] *tot animalibus dedit*? est enim sententia haec: non contenta erat natura genuisse mel, in quo (ab hominibus inprobis) venenum facillime daretur. nonne etiam hoc ipsa tot animalibus dedit (sc. serpentibus, scorpionibus cet.)? quattuor his exemplis videmus commune esse tempus perfectum, sed XXXIII 40 *etiamne pedibus induetur* (aurum) *atque* .. *faciet*, ubi manifesta est indignatio aurum etiam pedibus feminarum indui vetantis, haec sententia efficitur tempore futuro, quod e codice **B** demum receptum est, cum reliqui praesens exhibeant. itaque in simili exemplo, quod superest, XIX 56 *etiamne herba aliqua diviti tantum pascitur* nunc quoque arbitror *pascetur* rectius esse. — § 9 pro *etiamnum* et hoc loco et aliis quibusdam conieci *etiamtum*, quia sententiae ratione postulari videtur, sicut traditur IV 121 *etiamtum incomperta magnitudine*, XIV 76 *Italicis* (vinis) *etiamtum ignotis*, XXV 11 *cum etiamtum quae rigatur Aegyptus illa non esset*, 21 *etiamtum libera Brittannia*, item VIII 82. 154 al. ac fuit facilis librariorum error, cum ob vulgarem pronuntiationem (cfr. Velius Long. 78, 19 K.) passim (**B**[1] fere ubique) *etiannum* scriberetur, *nn* autem et *mt*, litteris parum distincte exaratis ligatisque inter se, prope ad indiscretam similitudinem accederent. aliis locis, ut XXXIII 61. 133. XXVIII 135, scribendum fuit *etiamnunc*, quod luculenta vi temporali certo constat XIV 54. XVI 37. 216. XVII 156. XVIII 11. 107. XIX 13. XXI 4. XXII 8. XXV 11. XXXV 172, al., ut similibus locis aliis etiam *hodieque* vel *adhuc* vel *ad nostram memoriam* posita videmus. particula enim *etiamnum*, quae apud Plinium plus centies invenitur, ut satis cognosci queat eius proprietas, duplici potissimum notione ab illo ita usitatur, ut haud raro postposita suo nomini 1) idem significet quod *praeterea*, *porro*, *insuper* et 2) cum comparativo iuncta intendat augeatque vim simplicis *etiam*. praeterea perpaucis locis nulla certi temporis ratione habita rei statum permanentem universe indicat, ut V 58 (terra) *etiamnum esurit* = 'nondum satiata est' et XXVI 122, ubi *etiamnum* conieci pro *et tantum* vel *etiamtum*. simili ratione explicari videntur XIV 54 et XXXV 158 *durat etiamnum*, quoniam omni pondere in verbo *durat* posito particula tamquam enclitice adnexa non opus erat praesentis temporis notionem aperte designari; locis autem ex aliis scriptoribus oratione obliqua citatis XXXIII 36 et XXXIV 36 fortasse sua est condicio. Handius quidem Turs. II p. 580 adfirmavit qualibet notione scriptores promiscue usurpasse *etiamnum* et *etiamnunc*; apud Senecam vero in prosa oratione semper, in poetica si non semper, at certe plerumque *etiamnunc* scribendum esse a Rooseno in Wölfflini archivo X (1897) p. 345—353 expositum est, quem usum Haasius edit. Senecae vol. I praef. p. V novicium esse iudicavit. sed neutrum cadere in Plinium et utramque formam usu probe distingui compro-

batur librorum auctoritate, ex qua iudicii momentum pendere par est. optimi enim libri, in primis **B**, duplici illa notione supra explicata paene constanter exhibent *etiamnum* (item **M** XIII 95. XIV 54 et 83, ubi duobus fere versibus omissis concluditur ex litterarum commissura *bruma|aliud*), ut mirum non sit, si quis e diverso contendat hanc formam, etiam manifesta vi temporali, omnibus omnino locis esse reponendam. recentiores tantum codices, qui in re tali haud ita multum valent, variant aliquando pro *etiamnum* falso praebentes *etiamnunc*, ut locos aliquot corrigendos dixi vol. IV p. 499 ad XVI 47. 50. 67. — § **30** numerum *XXV* vindicavit Chr. Petersen libello de Mausoleo a. 1867 conscripto, ut refert Baumeister monum. antiqu. class. II p. 893 sqq. sed *sexagenos ternos* falsum esse manifestum est; *centenos*, quod unde *U* sumpserit nescio, non minus falsum esse ex conformatione aedificii, qualis describitur, facile apparet. quod pro *LXIII* proposui *CXXS* (probabilius fortasse *CXXI*), repetitum est a Peterseni ratione. quae nisi constare videretur detectis substructionibus, conicerem *CXIII*, ut laterum numeri fuissent 113 et 107. — § **33** Iani coniecturam *Heniochi* alphabetico artificum ordine bene commendavit HLUrlichs in edit. Sellersiana. — § **35** *Daedalsas* nomen, de quo multum dubitatum est, intactum reliqui, quoniam SReinach in conventu Acad. Paris. inscriptt. et litt. d. 15. Mart. 1897 — nondum scio quibus argumentis — docuisse fertur, auctori et Veneris Romanae et Iovis, qui fuit Nicomediae, nomen fuisse non *Daedalum*, sed *Daedalsen*. — § **39** paulo minus ineleganter ad Pasitelem fiat transitus, si scribatur *ut traditur. Varro admirator* vel (cum **B** *d* habeat pro *ut*) *id tradit Varro, admirator.* — § **41** extr. valde dubito num dici potuerit *circa Pompeium* pro Pompeii theatro, neque ellipsis, qua *G* scripsit *circa Pompei*, offensione vacat hoc loco, in quo nulla alius theatri mentio fit. an *circa Pompeianum*? — § **43** extr. rectius fortasse *operiret* modo potentiali temporis praeteriti, ut in re eadem XXXIV 83 et VII 85 extr. — § **46** hoc loco, qui est de maculoso marmore, id agit Plinius, ut ostendat sero tandem coepisse apud Graecos marmora in praecipua dignatione esse: Homeri temporibus ait universi marmoris fere nullam fuisse auctoritatem, maculosi non ante Menandrum et Chiorum demum lapicidinis quibusdam apertis. huic sententiarum tenori melius conveniat, cum praesertim picturam Plinius alioqui minime contemnat: *non fuisset picturis* (sc. parietum) *honos ullus* .., *antiqua marmorum auctoritate*. de *aliqua* et *antiqua* permutatis cfr. XXV 147. — § **50** cum in insula Melo nusquam aut atrum aut aliud omnino marmor inveniri narretur (cfr. Blümneri technol. III p. 45 sqq.) cumque discrepantes scripturae propius absint a *Chio*, quod *H* recepit ex Isidoro, tutissimum erit id revocare, quamquam ne apud hunc quidem fide satis certa probatur.

nam versicoloris Chiorum marmoris mentio (§ 46) non obstat, quominus praeterea atri quoque speciem in aliis partibus lapicidinarum repertam esse putemus, quippe quae non totae illud unum marmor dicantur continuisse, sed tum 'ostendisse', cum exstruerentur Chiorum muri. fuisse vero atrum marmor in Chio testatur Theophr. lap. 7 μέλας (λίθος) διαφανὴς ὅμοιος τῷ Χίῳ, ubi similitudo ad utrumque, et atrum colorem et naturam tralucidam, referatur necesse est. — § **55** (maculas diverso modo) *colligunt*, non bene illud congruens cum verbis *sparsa, non convoluta, canitie*, ita tantum vindicari posse videtur, ut scribatur aut *convoluta, non sparsa* aut *expansa, non convoluta.* — § **56** *nigricantis* potuit quidem facile accipi pro *nigricanns*, quo facto alterum *n* velut inutile deleri consentaneum erat. sed cum omnes libri (praeter **h**?) habeant *duri*, **VR** autem *molli* (fortasse detracto *s* in exitu ante *c*), non inprobabile exsistit: *mollis candidi, nigricantis duri.* — § **68** *amoris in coniuge*: exempla Madvigii gramm. Lat. § 231 **n. 1**, quibus *U* tueri conatus est inauditum illum ablativum, nihil probant, nam generis sunt alieni. si *in* genuinum est, potest ortum esse ex *ut* (= ὡς) causam amoris apertius indicante, nisi vero praestat cum Pintiano corrigendo reponere accusativum. — § **81** creditur in quattuor verborum continuatione *inter* in **B** prave iteratum esse. ad sententiam vero perquam apte dicatur addito *eas*: *vestigia inter e a s* (sc. pyramidas) *aedificationum nulla.* Iani quidem coniectura *in terra* commendari videtur simili mendo X 95 *internidificant* (pro *in terra nidificant*), sed terrae mentio hoc loco et supervacanea est nec addit id quod desideratur. an vero cogitari possit de nomine composito, qualia sunt *interlunium, internodium, intercolumnia, intertignia, interfluus, intermenstruus*, alia? saltem *interaedificatorum* videtur sic dici potuisse. ceterum tollendum fuit punctum post *exstant*, ut ablativis absolutis causa indicaretur. — § **86** CFWMülleri loci huius intricati interpretatio, qua quo rectius *invisum* illud explicaret, coniecit *suspectavere*, redarguitur diversitate temporum, quae est in verbis *possint* et *suspectavere.* et mire profecto diceretur, n o n p o s s e saecula labyrinthi moles dissolvere, adiuvisse autem Heracleopolitas in hoc dissolvendi labore, qui nullus erat. immo simplicius ac minus artificiose putatur in c o m p o n e n d i s molibus invictis sua sponte illos exstitisse adiutores, vitiatum autem esse *invisum*, cum non possit idem valere atque *invisitatum.* pro quo facile se offert *inm̄sum* i. e. *inmensum*, nisi malueris *inuictum*, ut § 121 *invicta miracula*; de mendo cfr. *uicta* et *uiſa* (**B**) XXXVII 115. — § **89** si necesse est, de quo adhuc dubito, *fulsisse* e. q. s. ad Chaeremonem in labyrintho pauca reficientem, non ad primos aedificatores, referri, omnis difficultas evanescet traiectis vocibus duabus vicinis: (fulsisse) *fornices, dum quadrati lapides ad-*

*surgerent.* — § **108** pro verbis *in post uitam* (**B**) vel *inposuit iam* (*r*) Madvigius adv. crit. III p. 214 coniecit *inpostura*, 'deceptum pudorem a Plinio dici' interpretatus. cuius sententiae rationem fateor me non adsequi nec adducor equidem, ut hanc vocem, Plinio alias inusitatam, hoc loco recte poni credam. — § **115** infinitivum *sedere* dubitanter retinui, nam fueritne ita Graeco more notione consecutiva usurpatus, valde incertum est. longe mihi maxime probatur Iani illud *sede* (quadraginta milium hominum), vitiose geminata syllaba *re* sequentis vocis *relicus*. — § **133** *in farinam mollis*: offensioni haec fuerunt non solum editoribus vetustis, sed etiam Fröhnero in verbo *appellatur* mendum quaerenti. si *molitus* parum recte conieci, potest etiam *in farinae* ⟨modum⟩ *mollis* proponi. — § **166** *mollitia*, omissum a **FdTh***v.a.G*, vereor ne glossema sit interpretandi causa exquisitiori voci *mortalitate* oppositum. quae suspicio verbis deinceps sequentibus *alia mollitia* adeo non refellitur, ut videatur confirmari. — § **171** scripsi cum **B**$^2$ *fortuita* sc. coria. licet tamen lapides intellegere, quibus coria componuntur, nec absurde scribi posse censuerim: (lapides) *tantum frontibus politis*, *reliqua fortuitos conlocare* (*s* ante *c* a librariis omisso). — § **199** extr. *vitrum sulpuri* .. *in lapidem*: notandum est, eadem verba, nisi quod *sal nitrum* pro vitro et *vertitur* pro *feruminatur* posita sunt, eodem modo XXXI 122 adnexa esse in clausula de nitro narrationis, ubi iam paulo ante (§ 111) eadem observatio haud dubie subest verbis his: (nitrum) *frequenter liquatum cum sulpure coquentes*. inde exsistit suspicio, hoc quoque loco ***nitrum*** pro vitro substituendum esse: nimirum ut iterum adnecteretur haec observatio, factum est nitri in vitro fabricando mentione (§ 191); mendi autem origo eo explicatur, quod archetypi librarius, cum toto hoc capite de vitro agi videret, hoc potissimum ut animo teneret inductus est. nec taceri debet, in **B** voci *uitrum* hoc loco praefixum esse signum crucis +, quod quid sibi velit incertum est. glossemate ea verba in textum venisse non crediderim, quoniam *feruminandi* verbum, plerumque illud male intellectum, glossatorem non redolet. si alterutrum pro interpolato habendum sit, malim XXXI 122 *sal nitrum* .. *lapidem* expungere, quae verba non uno nomine suspecta sunt. — § **203** singularis apud Plinium usus hoc loco est vocis *ecce*, pro qua **B**$^2$ *esce*, quod cum nihil sit, non potest e coniectura correctum esse. an fuit *sc.* i. e. *scilicet*?

LIBRI XXXVII § **4** extr. *praelatis multis* (**B**) probabilius videtur quam *tot praelatis*, si fingimus in ceterorum codicum archetypo *multis* post *praelatis* ob similem exitum omissum fuisse insertumque lacunae explendae causa *tot*, quod sententiae non convenit nisi si Plinium credidisse putamus lectoribus suis notas fuisse gemmas omnes in Concordiae templo ad-

servatas. — § 18 facile est conicere *potavit VII annos*, sed nomen proprium latere in *annos* vel inde patet, quod nuda appellatio *consularis* non est Plinianae consuetudinis. nam plerumque praemittitur nomen ipsum hominis; omisso eo substituitur *vir*, ut VII 183. XV 91, uel numerale nomen (*unus*, *duo*, *tres*), ut VII 142. XXVI 5. XXXVI 203, semel *quidam* XI 49 et *senes* XXIX 10. certe nusquam abest nomen, cui adhaereat *consularis*. quin etiam ad nomen proprium apponitur plenior appellatio *vir consularis*, ut XI 213. nec aliter usurpatur *praetorius*: cfr. XX 215. XXII 120. VII 142 et VII 63. XI 223. XIX 35. XX 199. ipsum nomen, cuius exitus tantum hoc loco exstat, plane incertum est; licet etiam de uno e Vipstanis consularibus cogitari (cfr. Tac. ann. XIV 1. XI 23): *potavit* ⟨Vipst⟩*anus*. — § 40 verborum *forma aliaſ* ultimae litterae *a aliaſ* a **B**[2] scriptae sunt in loco raso, fide haud ita certa. ceterum cum vocales *i* et *e* saepe permutatae sint, *principe* recipiendum censeo. — § 41 *persuadere* (**B**[1]**L a**), si genuinum est, facile vindicatur inserto *se* post *sperasse*. ibidem quae sequuntur *quamve pueritiam* .. *reperiri*, pendent ex verbis *eum sperasse quis non miretur*, contorte duabus interrogationibus uno vinculo inplicatis. fortasse *quamve* corruptum est. concinnius certe continuetur *ullamve* (de mendo cfr. § 13 *nulla* **BL**. *qua* **dh**. *quam* **F**) aut *usquamve* (omisso *us* post *miretur* ob similitudinem litterarum *ur* et *uſ*). — § 42 extr. *atque non sidere*: de *non* et *con* permutatis cfr. § 86 *quae contraluceant* (**dh**), de locutione *atque non* in contrariis orationis membris Plinio familiarissima § 88. 115. 117. XXXVI 198. XXXI 73. VII 94. XVII 91. 135. XVIII 61. XX 57. XXII 108. XXVII 78. XXIX 29. — § 48 *ramenta quoque eius* (sc. sucini): toto hoc capite et ante et post plurali numero *sucina* narrantur. suspicor *ramenta ex iis*, ut XXI 5 *ramento e cornibus*, XXIIII 129 *ramenta e ramo* (e Iani coniectura) et passim *radix* vel *folia ex* herba arboreve, *cinis ex* aliqua re, alia eius generis. — § 52 interpolatio molesta, quam exterminavi, nata est primo e glossa *lyncurium* ad pronomen *id* adscripta vel e titulo marginali, postea varie latius serpsit (in **B** cumulatis etiam dicendi verbis), quia elliptica structura non intellecta erat. est vero *etiamsi* non uno loco sic a Plinio positum: V 53 *etiamsi non protinus populis, feris tamen et beluis frequens*, ib. 60 *multis* (urbibus), *etiamsi ignobilibus, frequens*, VII 100 *omnia, etiamsi non prius, attamen clarius fulsisse*, X 17 (aquilae) *cum dracone pugna* .. *magis anceps, etiamsi in aëre*, XXIII 12 (uvas) *in caelesti aqua servatas, etiamsi minime iucundas*. olim etiam XXIX 29 *etiamsi alienis locis, tamen* et XXXVII 115 *etiamsi victa*, per se nulla offensione. particularum *quamvis* et *quamquam* talem usum apud Plinium pervagatum esse notum est; exstat *tametsi* quoque particulae

exemplum XVI 243 *similem* .., *tametsi tardiorem*, *iniuriam*. — § **56** init. *primum* illud, quod in solo **B** traditur, habet sane quod offendat. ante vocem *Indici* transposuit *D*, recte haud dubie ad sententiam, sed nec Pliniano more necessarium est et apertior addendi causa quam omittendi. est fortasse glossema marginale ad vocem *Indici* pertinens et errore in proximum versum superiorem inlatum. — § **64** extr. de hoc loco difficili priorum sententiis enarratis ponderatisque copiose ac dilucide disputavit Blümner technol. III p. 313—323. cui de summa rei adsensus retinui vulgatam lectionem *supini*. quod nihilo setius propter **B** conieci *supinis rerum*, id factum est, quia videtur oportere supinos quidem esse homines, qui rerum a tergo et in loco inferiore positarum imaginem in speculis intueantur, sed specula prona potius et rebus reddendis adversa. vis et usus adiectivi *supinus* eorumque, quae opposita sunt (*pronus*, *infestus*, *convexus*), satis declarantur locis in adnotatione congestis; unde apparet etiam XVIII **47** inter se contraria esse *proclivibus* (si modo recte se habet) et *supinis*, ut verba sic accipienda sint: (fossas) *in solutiore terra saepibus firmari vel proclivibus* (i. e. quas vel proclives esse licet) *aut supinis lateribus procumbere*. quamquam fieri potest, ut in verbis *firmari ine* (*ne*) *procibus* (*procliuis* **F**²) lateat *firmari, si sint proclives* (sc. fossae) vel etiam *firmari*, *aliter prociduas*. — § **71** hoc loco desperato, ut videtur, et cui ne Solini quidem vel Isidori ope satis multum subsidii ferri queat, pro *qui tamen* fortasse scribendum est *quidam non*. negationem iam Barbarus proposuit. — § **72** an *et semper iam* (pro *tamen*) *vilissimi fuere*? — § **89** primus recepi e **B** *rubentibus* i. e. *cum rubent*, nam locustarum maris crustae non natura per se rubent, sed coquendo demum hunc colorem accipiunt. evidentior fiat loci sententia, si scribatur ⟨ceu⟩ *locustarum*, sicut Plinius passim ea particula utitur ad denotandam similitudinem (VIII 121 *ceu crocodilo*, XIII 54 *ceu culices*, XVI 41 *ceu cupressis*, XIX 45 *ceu lactis*, XXVI 82 *ceu libanotidis* itemque XXVII 85. 93. 111, al.), cumque **B**¹ semper scripserit *lucusta*, potuerit sane *ceu* intercidisse inter *uero* et *lucustarum*; sed non opus est inseri structurae per se satis dilucidae, qua non perspecta e *rubentib.* in recentiorum librorum archetypo fictum est *rubentior*, quem comparativum nullo loco alio apud Plinium inveniri memoratu dignum est. — § **91** extr. qualem *S* ex **B** ediderat hunc locum ferri non posse iam *J* recte vidit, cum propter sardam in § 105 demum descriptam coniceret *nec sarda* ⟨iam subtexenda⟩ *est huic gemmae*. sed *differenda* illud, quod est in reliquis libris omnibus, non potest acceptum ferri interpolatoris studio, qui ordinem tantum verborum mutavit, cum sit transitionis ad rem novam eamque cognatam formula vere Pliniana, ut XXXI 106 *non est differenda et nitri natura*,

*non multum a sale distans.* nec obscura est causa erroris, quo *differenda* post *sarda* omissum est. postquam autem § 86 *sardonyches* tractatae sunt, quarum nomen compositum est ex *sarda* et *onyche*, iam deinceps dividuae ex eodem nomine gemmae tractantur: itaque ut § 90 *exponenda est et onychis natura propter nominis societatem*, sic § 91 *nec sarda differenda est, huic gemmae dividua ex eodem et ipsa nomine*, qua ratione et *dividua* suam accipit significationem structuramque et dativum *huic gemmae* (sc. onychi) ex pronomine *eodem* aptum esse facile intellegitur. — § **100** *proxima natura eius* scripsi, non ignorans remedium incertum esse. potest etiam conici *propria natura eius*, ut distinguatur sandastros Garamantica ab Arabica. nam *propter patriam quam .. vocant*, quamvis aptum ad sententiam (cfr. § 171), iusto tamen violentius est. ibid. paulo post non expedio, quid agat *narrata*; nondum enim narrata est nec religio nec siderum cognatio. facilius sit intellectu *religio nata* (vel *nata a*) *siderum cognatione.* — § **105** nec Sardium nec Babylonis apud Theophr. lap. 30 mentio fit, sed quae praesenti tempore ibi narrantur, universe ac summatim dicta sunt. sic hoc quoque loco interiecta universa observatione verba *hoc metallum .. tradunt* paulo longius respiciunt ad verbum *Sardibus.* si vero nihilo minus *laudatissimae .. aperirentur* e. q. s. una verborum complexione cohaerere putanda sunt, redeundum erit ad lectionem olim vulgatam, qua ad verba *haerentes .. cordis modo* ex antecedentibus tacite suppletur 'repertae sunt', ut *reperiuntur*, quod est in uno **B**, interpolatoris manu invectum sit. nam *repertae*, quod *D* ex eo fecit, probabilitate omni destitutum est. — § **129** *et suum genus*: non potest *et* hoc loco idem valere quod *etiam.* scribendum potius *sed tamen ei suum genus* (sc. est), ut XVI 166 *suum genus sagittario calamo* et ib. 124 *malis proprium genus.* minus veri simile *sed tamen* ⟨hab⟩*et suum genus*: cfr. X 11 *haliaëti suum genus non habent.* — § **145** *radi* cum *U* e Solino inseri non videtur necessarium esse; sed cui videbitur, probabilius scribet *abnuer& radi duritia.* — § **146** extr. nec meo nec priorum sanandi conatibus vulnus ad cicatricem perductum est, sed fuco potius occultatum. primum enim triplicis stirpis codices **Badh** (et, ut suspicor, **F**) habent *cum*, non *contra* (in **a** propter *cum* etiam ablativus *limphatu* positus est); itaque *contra*, quod est in **L** et in cod. Poll. omisso *cum* (in **L** etiam *radiantem* omissum est), recte tribuitur coniecturae eius, qui recentiorum librorum archetypum recensuit et correxit corrupitve. deinde vero *habentium* (**BFdh**. *habentiam* cod. Poll.) pro sincero haberi par est, positum illud loquendi genere eodem quo genetivi *lingentium* § 184, *perunctarum* XXX 124, *perunctorum* XXXI 119, *foventium* XXXIV 122 (cfr. supra p. 488 ad XXXII 106); *habentem* (**a**) adsimulando fictum est, *haben-*

*dam* (**L**) corrigendi studio. denique substantivum illud *lymphatus* nusquam alibi invenitur, nec veri simile est nulla necessitate noviciam hanc et inutilem formam finxisse Plinium, cum *lymphationem* dicat § 51. 61. XXXIV 151 et semel adiectivo (XXVI 52 *lymphatica somnia*), ceteris locis *lymphandi* verbo utatur: XXIV 164 *lymphari homines*, XXVII 107 *lymphantium animorum*, XXXI 9 et XXX 84 *lymphatos*, VIII 185 *repente lymphati*. quibus rebus eo ducimur, ut *lymphatum* pro participio (pertinente ad *animum*) rectius accipi statuamus, post *radiantem* autem ob similem exitum excidisse *sanari animum*, ultima quidem syllaba servata, sed corrupta in *cum*, ut omnia procedant hoc modo: *radiantem*; ⟨sanari anim⟩*um lymphatum habentium* (sc. aspisatim gemmam). quod *U* proposuit *habentem uim* (a litteris propius absit *habere uim*), etiamsi interpolatum illud *contra* probari possit, ordine tamen verborum recedit a more Pliniano, cui conveniat *vim habentem* (vel potius *vim habere*) *contra lymphatum*. — § **150** *adalligata proicitur*: sententia obscura est verbis fortasse mutilatis. (an *adalligata corpori dicitur urere ui portentosa* vel tale quid?). — § **158** an *sopito* (permutatis *tiſ* et *to*)? — § **168** verba, quae in **FdhL** post *hyaenae* vitiose scripta sunt, in **B** aut consilio aut propter similem exitum oculorum errore omissa esse veri simile est; neque vero abesse debent, nisi forte *in oculis* corrigendo substituere malumus pro eo quod in omnibus libris est *ex oculis*. cum Solino autem et Isidoro, qui *lapides* exhibent, consentiunt **BF** in masculina forma participii *subditi*. pro *in uase* liceret conici *in Asia*, nisi Plinius ipse et Solinus Africae potius Aethiopiaeque hyaenam assignarent. quid olim scriptum fuerit, difficile dictu est. an *innati* (cfr. § 187) vel *inlaesi*? — § **175** *hab&* *nomen* esse in **B** (cfr. § 171), a *SD* non adnotatum est. — § **183** *liuida* re vera non magis certum esse scio quam *hysgina* (*D*), etsi in hoc vel adiectivi forma incerta est (cfr. etiam IX 140. XXXV 45). e litterarum vestigiis praeterea elici potest *generum est*, ⟨similis⟩ *lychnidi*: cfr. § 103 (vel XXI 18). — § **188** *ammochryso* commendatur etiam alphabetico ordine in enumerandis nominibus, quae causae similitudine artius comprehenduntur, quoad fieri poterat, observato. — § **191** probabilius fortasse *spartopolian rarioris* (sc. canitiei color), omisso *ſ* ante *r*, nam *rarior.iroditiſ* **B**. — § **200** adverbium *excusate*, aptissimum illud ad rem et non modo a Tacito, Plinio minore, Iustino usitatum, sed munitum etiam simili adverbio *causatius* (praef. § 7), cur editores adhuc spreverint, non intellego.

## ADDENDA AD VOLUMEN QUARTUM

In scriptorum testimoniis contextui subiectis sinistro casu omissa sunt: XXIII §§ 57. 58 = Gargil. p. 180, 16—21. — ib. § 59 = Gargil. p. 181, 5 sqq. — ib. § 60 = Gargil. p. 181, 13 sqq. addidit praeterea Detlefsen (Berl. philol. Wochenschr. 1897 p. 621): XXX § 1 = Serv. ad Verg. Aen. III 90. — § 6 = Dionys. Chalcid. in histor. Graec. fragm. (Müller) IV 394. — § 13 = Pompon. Mela III 18. — § 148 = Cato r. r. 73. ib. extr. = Democrit. ap. Colum. VI 28 et VII 3, 12. (cfr. Plin. VIII 188).

Emendationes proposuerunt in censuris huius voluminis scriptis Detlefsen (l. l. p. 622 sqq.) et Io. Müller (Wochenschrift f. klass. Philol. 1897 p. 798 sqq.).

Müller coniecit: XXVII 83 hoc in olla fictili ⟨uel⟩ luto circumlitum *apte coll. XX 26.* — XXVIII 145 communis ⟨uis⟩ et medullarum est. — XXIX 48 simulque vim potus faucibus habeat (& cibi **E**r*S.* ac cibi **d***v.* & cibus **VR**. *an potius delendum?*).

Detlefsen scribi vult: XXX 4 Azonacen *cum* **E***G coll. Keipero philol. 1885 p. 368.* — § 5 Mermerum et Arabum et Typhoeum (Arabantiphocum *ll.v. ego* et *omitti malim*) *coll. de* Mermero *tract. de mul. in Westermanni paradox. p. 213, de* Arabo *Plin. VII 196, Aeschyl. Pers. 316, de* Typhoeo *Tertull. de anima 56.* — § 8 Ostanes (*non* Osthanes). — § 16 *cum Kiesslingio* non obsequi numina aut cerni non posse. ni forte hoc, in illo nihil membris defuit. *si veri vestigia in scriptura* POSSENT (**E**r) *quaerenda sunt, malim equidem*: cerni non POSSE. FVIT forte hoc in illo; nihil in ceteris defuit. *nam* ni forte *Pliniani usus esse negaverim.* — § 17 violare naturam deam (eam *ll.v. an* naturam rerum? *cfr. XXVII 146*). — § 27 hoc idem strigis pinna (stricis **E**). — § 74 alumine scisso *cum ll.v* (schisto *S*) *coll. XXIII 108.* — § 108 digito medio (*quod ego quoque conieci*) *coll. Schuchio Gargil. Mart. cura boum p. 35.* — § 122 quae gregatim folia ⟨asphodeli⟩ sectantur *coll. XXII 68.* — § 144 *propter vocem* emissus, *quae sequitur*: ter circumlato in aedibus palumbe (maedis **V**. medis **dE**). *sed de verbo* emittendi *sic posito cfr. infra § 148. XXXV 114. XII 59.* (*XXIX 129. 130. XIII 54*).

## ADDENDA AD VOLUMEN TERTIUM

Spicilegii critici in retractando tertio volumine facti aliquam partem lectoribus hoc loco tradere placet, correctis simul nonnullis erratis, quae plagulas quamvis attente corrigentem fefellerunt. omissa autem argumentatione satis habeo

indicasse tantum ea, quae nunc mihi emendatiora esse aut certe probabiliora videntur.

XVIII § **291** mira⟨ri inenarra⟩bilem benignitatem: *cfr. XXXV 158.* — § **330** pecudes de sole *apte coniecit CRück ephem. gymn. Bavar. 1897 p. 415. ibid. p. 254 vindicavit* § **359** inflatumque altius *coll. Cic. de divin. I 7, 13.*

XIX § **11** apro saetas, quae ferri aciem vincunt (quae = que = ceu e *ll.*). — § **22** *transponendum* temptatum est tingui quoque linum. — § **48** unguentis *coni. H*; *in* **E**, *ut in reliquis, est* unguenti. *quod B coniecerat* tingenti *sententiae non convenit*: *cfr. XXIV 96. scribendum* unguente (*i. e.* pingue faciente) quicquid sit cum quo decoquatur. (ungenti *v.a.B*). — § **50** in remediū: *cfr. nota ad XXV 145* (*XXIII 156*). — § **54** in his (*sc.* herbis) quoque aliquas (*sc.* herbas) sibi nasci tribus negant. — § **58** herbae maxime placebant, quia non egerent igni (herbe *corrupto in* horti *ll.v*). — § **69** scandentes parietum aspera ⟨penetrant⟩ in tectum usque: *cfr. XVI 236.* — § **73** *extr.* rustica supellectile (*abl. absol.*). — § **79** ⟨ob⟩ hoc serere maxime cupiunt. *an vero* hūc *sc.* raphanum? *nam* hoc (*i. e.* semen) *non aptum.* — § **80** differentia ⟨est⟩ semine. — § **90** *an* inest ⟨ex⟩ longitudine nervus? *cfr. XVI 21. ibid.* qui decocto extrahitur (decoctis *ll.v*, *sed* siser *semper singulari numero usurpatum videmus*). — § **97** est *om.* **E**(?)**F***v.a.D.* | inarescentis **DFd**. -tes **G**. -tia **E**(?)*v*. *an* folio inarescente? — § **103** circa ver & (a **DF**) cum germinent. — § **109** *aut* capita dilatabant ⟨in⟩ hoc (*sc.* porro), item in bulbis *aut* capita dilatabant — hoc idem in bulbis —, *nam* item *semper in initio suum locum habet.* — § **121** cum pervenit ad palmi altitudinem (*permutatis terminationibus*): *cfr. vol. IV p. 488 ad XXVI 86.* — § **122** *p. 282, 2* direptis **d***v.a.Brot.* — § **140** teneritas in dote iis (is = si *ll.*). — § **155** inde vigoris significatio. proverbio usurpant (-pauit *ll.v*) id vocabulum veluti torporem excitans (-tatis *ll.* -tantis *v*). — § **158** *an* certaminis Nemeaei? — § **161** alterum eius genus silvestre (*sc.* est). . . Thebaicum. si . . potetur in dolore stomachi, e (in *ll.v*) Carpetania . . maxime laudatur. — § **165** ceteri fere (*ll.v*) conyzam (*non* uero *cum* **Q***D*). — § **176** sicut ⟨in⟩ reliqua terra (*i. e.* non in hortis) sata. — §§ **182. 183** *sic distinguendum*: bestiolae innascentes necantur his. Horae rigandi. — § **188** *an* apio eximunt coqui obsoniis acidum (*sc.* saporem)?

XX § **19** *an* tostaque? (quoque *ll.v*). — § **29** ovis quae feminam pepererit: *cfr. XXVIII 75.* — § **33** unde, quae in proverbium Graecis (*sc.* venerunt), multa Syrorum olera (undique *ll.*). — § **34** siser erraticum sativo similis est [et] effectus (*genet. qualit.*): *cfr. XIX 165.* — § **44** quae et syce *coni. G nullo, quod sciam, testimonio.* quia sic ē *ll. om.* **Q**. *delendum glossema pertinens ad* noctibus inquietantes. — § **46** cum

vini hemina [potus]: *glossema marginale pertinebat ad v.* vel sucus *paulo infra.* — *ibid.* renium *cum S* (renum *ll.*). — § **65** asperitatem addito dulci ad intinctum aceti temperante (-tes *ll.v*), si crassior pituita sit, scillite: *de participiorum cumulatione cfr. Müller de stilo p. 32 et XXI 166* radice contrita . . inposita, *XXXIV 157* aqua inmissa eluente calculos, *XXXV 28* supervolante aquila draconem complexa. — § **71** addito ⟨modice⟩ aceto. — § **72** undecim saepe, caule lilii *flagitatur Dioscoridis testimonio.* — § **74** idem si in aceto decoquatur . ., item morbum regium (item *ll.v*). — *ibid. extr. an* quorum quidem (*sc.* Magorum) . . aliqui chreston appellant? — § **75** genitura quibus valetudinis modo (morbo *ll.v*) effluat: *de voce* valetudinis *'morbum' significante cfr. XX 199. XXIII 48. 94. 122. XXIV 43. XXVI 9. XXIX 93.* — § **82** *p. 326, 16 not. lege* eluxatas *ll.v.a.H.* — § **88** si mandetur (-ditur *ll.v*). — § **100** cocta (tofta *ll.v*) . . iterum in aqua coquitur. — § **104** vino aqua caelesti temperato: *sic* **d**; & aqua **FE** (*e dittogr.*). ex aqua *v contra Plinii usum.* — § **122** et in choleris (etiam *ll.v permutatione crebra*). — *ibid. extr.* in vino, ⟨in⟩ duritia. — § **137** sic et . . narium indita iis. suco (sic et *ll.v*) conlutis dentibus prodest. auribus quoque . . sucus infunditur. — § **147** et si (his *ll.v*) coagulati potu strangulentur. — § **153** vitia ⟨e⟩ melle decocto et nitro sanat. — § **158** qualiter et substernere (qualit' = qualia *ll.D*): *cfr. II 106. 139. 156. III 40. XXVII 44. 47. XXX 104. XXXV 3.* — § **161** item (*vel* etiam) ecligmate (et in *ll.v contra Plinii usum*). — *ibid.* inpositis ⟨in⟩ vellere foliis: *cfr. nota ad XXVIII 248.* — § **198** *an* ⟨suco *vel* liquore⟩ e nigro papavere sopor gignitur? — § **201** ego [tamen] damnaverim collyriis addi (*mutata dittogr.*): *nam dici debebat* collyriis tamen addi ego damnaverim. — §§ **227. 228** (sucus datur) decoctae comitialibus hemina. sucus (suc; = suci *ll.v*) hic . . inlinitur. set (et *ll.v*) sacris ignibus . . folia inponuntur. — § **231** et alterum genus . . vocant; sativo id est minus et acutiore folio (idē similius **E***v*. itē similius *r G*): *cfr. Diosc. et paulo infra* maius sativo. — § **237** sternumentis (-utamentis *ll.v*): *cfr. nota ad XXIV 97.* — § **241** eximie utile scopis ipsius (eius *ll.v*) . . decoctis. — § **244** sucum addit in (is *ll.v*) ipsumque ovum infundit ⟨et⟩ mel: *nam* inane ovum *non pro vase est, sed mensurae vice fungitur, ut fiant aequae portiones. paulo infra*: inlinit is (inlitis *ll.v*) etiam vulneribus. — § **252** dicitur potum e vino prodesse, clavis pedum inlitū (inlini *ll.v*), item lienibus . . ex oleo. — § **256** *transponendum* et urinam ciet ad tormina potum.

XXI § **4** *ante* erat *excidit* mos *typographi errore non correcto*; *tum deleto* postea *incertae fidei* (*non credo id exstare in* **R**) *sic distinguendum*: arborum enim ramis coronari in sacris certa-

minibus mos erat. primum variari coeptum .. Sicyone ingenio Pausiae pictoris. — § **15** iam & (a *Il.v*) Troianis temporibus: *cfr. XVII 119. XIII 69. XXXIII 6. XXXIV 158.* — § **36** rosa recens e (a *Il.v*, *ortum ex* ae) longinquo olet: a *repugnat constanti usui Pliniano.* — § **40** *p. 393, 17 not. lege* exilis **d** *G* (*non* **G**). — § **42** *fortasse* Illyricum maxime laudatur: *cfr. Theophr.* (cilicum *vel* filicum *Il.*). — § **44** si modo .. foliis (folifoliis = folia eius *Il.v*) mane candida .. caerulea aspicitur. — *ib. in adnot. lege* Diosc. IV 133 (*non* 123). — § **46** alius (color) in viola serotina <ceu> conchyliorum vegetissima. — § **51** quae & Cappadocia vocantur: *sic recte v.a.D* (que & = quia *Il.*). — § **59** *p. 399, 25 not.* helene **dR** *H. cet. pertinent ad p. 400, 1.* — § **63** croco quam simillima. [quamquam] in Italia odoratior candida: quamquam *v cum* **d**(?) *incerta fide*; quam *r* (*prava iteratione*). — § **64** *p. 401, 12 not. post* floxos **E** *adde*: *om. r.* — § **78** percussos eū (*sc.* sucum; ea **ET**. eas *r*) bibere. — § **80** operculum (alvorum) .. ambulatorium, ut propellatur intus (properatur *Il.* proferatur *G dictione minus apta*). — § **94** *p. 411, 14 not. lege* cauteile **G** (*non G*). — § **97** inveteratos <conditos>que. — *ibid. extr.* vocant & scalian (ascaliari *Il.*). — § **139** contra suffusiones oculorum, urinas <cruentas>: *cfr. XXI 173. XXIV 23. XXVII 120.* — § **146** et abortum fieri poto (*sic* **RdE***v*. puto **VG***D*); *infinitivi* esse *et* fieri *pendent a verbo dicendi ex v.* vocant *tacite supplendo*: *cfr. Müller de stilo p. 76. 77. pro* puto *Plinius dixisset potius* censuerim, crediderim *vel* arbitror, reor. *possit temptari* stomacho tamen <aiunt> inutile esse, *sed non opus est.* — § **149** sicut araneorum, [item] scorpionum, item contra volvarum strangulationes. — § **154** *p. 429, 11 not.* floresque **VGd** *pertinet ad v. 14.* — § **159** quandam etiam gratiam his veneremque conciliari: *cfr. XVII 53* (faetore) in quandam etiam gratiam mutato. — § **161** inlinitur <cū> cotoneo malo cocto: *cfr. XXII 122.* — § **166** quam primam aspiciant uere, continuo tolli iubentes. — § **180** mira oblivione minus nocent, ea quippe praesentaneo remedio .. exceptionem addidere, ne diutius id fieret: delirationem enim gigni eo. <non equidem censeo> demonstranda remedia (minus nocentia **V**. minnocentia **R**). — § **181** commendetur ergo cibis: *sic libri omnes* (ciuis **R**) *recte*; in cibis *v. de dativo cfr.* cibis placere *XXII 58*, experiri cibis *XII 29*, expetitur cibis *XIX 48*, cibis gratae *XXII 16, al. alieni vero generis est* XVIII 128 in cibis nostris .. commendantur (rapa). — § **182** *an transponendum* copiosa aqua mulsa calida?

XXII § **4** herbis tingui lapides, parietes. [nec pingi] nec tinguendi tamen *e. q. s. de mutata dittogr. cfr. in cod.* **B** *XXXII 94* [nec pinec] nec pinguibus, *XXXIV 96* [provinciae] provinciisque, *131* [scabritis] scabritiae. — § **5** immensum quiddam